Thesaurus graecae linguae ab Henrico Stephano constructus : in quo praeter alia plurima quae primus praestitit vocabula [...]

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

{BnF

gallica
BIBLIOTHÈQUE
NUMÉRIQUE

Estienne, Henri (1528?-1598). Thesaurus graecae linguae ab Henrico Stephano constructus : in quo praeter alia plurima quae primus praestitit vocabula in certas classes distribuit, multiplici derivatorum serie... ([Reprod.]). 1572.

1/ Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'oeuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF.Leur réutilisation s'inscrit dans le cadre de la loi n°78-753 du 17 juillet 1978 :
 *La réutilisation non commerciale de ces contenus est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source.
 *La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés ou de fourniture de service.

Cliquer ici pour accéder aux tarifs et à la licence

2/ Les contenus de Gallica sont la propriété de la BnF au sens de l'article L.2112-1 du code général de la propriété des personnes publiques.

3/ Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

 *des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés, sauf dans le cadre de la copie privée, sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.
 *des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source gallica.BnF.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

4/ Gallica constitue une base de données, dont la BnF est le producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

5/ Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue dans un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

6/ L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur, notamment en matière de propriété intellectuelle. En cas de non respect de ces dispositions, il est notamment passible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

7/ Pour obtenir un document de Gallica en haute définition, contacter reutilisation@bnf.fr.

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

THESAVRI
linguæ Græcæ
ab Henr. Stephano constructi

TOMVS II.

BIBLIOTHEK
DER
CANTONALEN
LEHR-
ANSTALTEN
ZU
ZÜRICH

LECTORI HVIVS THESAVRI
LINGVAE GRAECAE.


ADmonitum te volui, lector, non fore tibi quærendum hoc in Tomo nomen Καίσαρ, totúmque eius comitatum, post Κεσαρ: sed in calce ipsius Tomi. Quum enim diu multúmque cogitassem priorémne huic Κεσαρ an illi Καίσαρ locum dare deberem, diúque dubius hæsissem, quum vtrinque rationes quæ me monerent haberem: accidit tádem vt quú nomen Κεσαρ priores sedes occupare permisissem, tanta stipatum caterua venerit, vt dum animum meum in instruendis suis ordinibus detinet, interim mihi ex memoria comperitorem suũ extruserit. Nec verò hîc tantùm sed alibi quóque talia contigisse scio: sed consulendum tibi esse indicem memineris, vt quo quidque loco positum sit cognoscas. tunc certè, siquid non esse vbi debuit, non tamen deesse comperies. Hoc præterea te ex me intelligere volui: quum literam K simúlque secúdum tomum à verbo Καθαίρω auspicatus essem, non vtens ea separationis forma quam cæteri Tomi postea habuerũt, libuisse eadem opera voci illi Καθαίρω quasdam, nec non de ipsa litera K aliúsque nonnulla præfigere: magistramen ad implendas paginas, quàm quòd cum vllo incommodo hinc abesse & in indicem referuari possent.

VALE.

P

V VI

Κάππα



K κ

LIttera dicta fuit Κάππα, necnon Κόππα, sed χ γλῶσσαν, vt docebo paulo post. Vsurpatum autem fuit Κάππα pluraliter quoque: in prouerbio, τρία κάππα κάκιστα, id est, Tria cappa pessima: videlicet, Cappadocia, Creta, & Cilicia, inquit Suidas. Notantur certè hoc prouerbio tria trium nationum peruersa ingenia, peruersique mores. Quarum duæ posteriores aliis etiam prouerbiis sunt infames. Extat enim de Cilicibus & hoc, Κίλιξ οὐ ῥᾳδίως ἀληθεύει, Cilix non facilè verum dicit, vel, vera loquitur. Atque adeo hinc est etiam VERBVM Κιλικίζειν, SIVE Κιλικίζεσθαι, pass. voce, pro κακοηθεύεσθαι, siue κακοηθίζεσθαι. Illud Suidas, hoc autem habet Hesychius: vterque vocem passiuam Κιλικίζεσθαι non actiuam Κιλικίζειν afferens. At Eustath. hanc actiuam vocem Κιλικίζειν habet: dicens, Κιλικίζειν (SICVT ET Αἰγυπτιάζειν) esse τὸ πανουργεύεσθαι. Quinetiam COMP. Ἐσμυρνικίζεσθαι apud illos lexicographos legitur: vel potius apud Hesychium quidem passiua hæc vox Ἐσμυρνικίζεσθαι, apud Suidam verò ACT. Ἐσμυρνίζειν: & PASS. Ἐσμυρνίσθαι. Postquam enim dixit Cilices improbitate fuisse infames, subiungit, Vnde & Ἐσμυρνίσθαι, pro κακοηθεύεσθαι. Est enim Ἐσμυρνίζειν, τὸ κακοηθίζεσθαι. Sed fortitan aliter scripta hæc reliquit: quum alioqui absurdè videatur dici, ideo Ἐσμυρνίσθαι esse κακοηθεύεσθαι, quòd Ἐσμυρνίζειν sit κακοηθίζεσθαι. Est enim idem per idem probare: nec magis ex Ἐσμυρνίζειν confirmari potest significatio verbi Ἐσμυρνίσθαι, quàm ex Ἐσμυρνίσθαι significatio verbi Ἐσμυρνίζειν. Cæterùm inuenitur ETIAM Κιλίκιος ἄλεθρος prouerbialiter dictum: id est Cilicium exitium, de crudeli & immani. Cilices enim, ob piraticam quam exercebant, & assiduas hostium depræ dationes, infames erant immanitatis & crudelitatis nomine. Quapropter & Attici vindictas acerbiores Κιλικίους appellabant. Hæc Eras. partim ex Suida, partim ex Hesychio. Ego autem aliquando suspicatus sum pro ἄλεθρος legendum esse ἀλήθειος: vt ἀληθείας expositio esset illius Κιλικίους. Habemúsque fortasse huius lectionis aliquod vestigium apud Hesychium, in interpunctione quæ est inter Κιλικίους & ἄλεθρος. Hoc saltem fatendum est, Κιλικίου ἄλεθρον, si quendo vsitatiorem loquendi morem, prima fronte passiuè potius quàm actiuè accipi: id est, pro exitio quod passi sint Cilices: quum tamen hìc contrà intelligendum sit de eo quod intulerint seu inferre soliti sint Cilices. Sed ad Cretes veniendum est: à quibus est itidem VERBVM Κρητίζειν, q. d. Cretizare: pro Mentiri. (sequendo vulgatum illud, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται. id est, Cretenses semper sunt mendaces. quod est initium hexametri versus apud Paulum apost. ex Epimenide sumpti, vt quidam putant. Eadem certè verba hexametrum versum apud Callimachum inchoant: sed is aliis finitur verbis quàm apud Paulum) Κρητίζειν, inquit Eustath. τὸ ψεύδεσθαι, quod etiam apud Callimachi scholiastem legitur, necnon apud Suidam. At Hesych. cum ψεύδεσθαι addit ἀπατᾶν, id est decipere. Prouerbialiter autem dicitur πρὸς Κρῆτα κρητίζειν, Aduersùs Cretensem Cretizare, pro Aduersùs mendacè mendacia vti. (Quæ forma, sed diuerso sensu, dicitur πρὸς Κᾶρα καρίζειν)

A At verò COMPOS. Συλλητίζειν dicebatur de iis qui, Cretensium more, post seditionem aut quampiam discordiam, inter se reconciliari hostibus aliunde inuadentibus resistebant coniunctis viribus. Et hic omnium aduersùs communes hostes consensus, fuit DICTVS Συλλητισμός. Vide Plutarch. in libello De fraterna charitate. Extant porro & alia verba à quarundam gentium nomine derivata, eáque itidem infamantia. Quorum in numero est VERB. Ἀσσυρίζειν pro αἰσχρουργεῖν. Sed de hoc alibi.

Κάππα Λιβυκῶς legitur apud eundem Suidam, quod ille exp. κακόν. Erasmus existimat in hoc dicto respici ad geminum κάππα, quo scribitur vox κακά: ac similè figura Plautù appellasse furem, etium literarù hominẽ.

Interdùm hæc litera κ numeri nota est, nimirum vigenarii: sicut ι nota est denarii, & λ tricenarii, atque ita deinceps.

Fuit autem dictum ETIAM Κάππα pro Κόππα, sed χ γλῶσσαν, vt inquit Eustath. (vbi VOX γλῶσσα intelligenda est ἀπὸ ξενικοῦ μέρους ἑλληνικῆς, vt ipse alibi exponit) Atque inde esse NOMEN Κεππίας. Est autem hæc vox apud Aristophanẽ nomen equi, in Nubibus, ὅτι ἐπιδέξιον τὸν κέντρον. Vbi schol. itidem censet hanc esse nominis κεππίας originem. Scribit enim κεππίας equos fuisse dictos quibus impressa esset litera κ: vt σαμφόρας, eos quibus σ. Adiungitque aliam illius nominis κεππίας expositionem, sed quam minimè probat. vt nimirum κεππίας dictus sit ὁ κάλλιον καὶ καλλίονα τῆς ἐπιπλῆς τὸ ἵππειον. Idem tamen (nisi fortè alius verba hæc esse putanda sint) exponẽs hunc eiusdem comœdiæ locum, — ἐγὼ χαλκίδιον μοι πρίζει διὰ τοὺς ἵππους τοὺς κεππίας, annotat κεππίας appellari non simpliciter ab illius literæ impressione, sed simul etiam respiciendo ad verbum κεντέω. Scribit enim, μετὰ τοῦ χαρακτῆρος καὶ τοὺς ὀπισθοφόρους αὐτοῦ τῶν ἵππων ὅλους. Quòd si hæc expositio voci isti hìc conuenit, non dubium est quin & illic conueniat. Sed ego malim simpliciter κεῖ τὸ χαρακτῆρος intelligere, assentiente etiam Eustathiò, & NOMINE Σαμφόρας mecum facientes: vtpote in quo ad ipsum χαρακτῆρα tantummodo respiciatur. Idem Aristoph. in illa Nubium comœdia, Οὔτ' αἰπὺς, οὔτ' ὀξὺς, οὔτ' εὐσαμφόρας. Vbi scholiast. esse ait dictos hoc nomine equos qui haberent σ in femore. Sed apud eum legitur σαυρόφορας, non σαμφόρας. addítque & cum μ & cũ ω scribi hoc vocabulum. Adeò vt, sequendo illum, possit SCRIBI Σαυφόρας, quoque sicut Σαμφόρας. Athen. tamẽ habet duntaxat hanc scripturam per μ, itémque Eust. nullam alterius mentionem faciens. Eius verba sunt hæc, comm. in principium libri Iliadis, ὅτι δὲ τὸ Κάππα στοιχεῖον Κόππα καὶ γλῶσσαν ἐλέγετο, δηλοῦσιν οἱ τὸν Κεππίαν ἵππον εὐσήμους οὕτω λέγοντες διὰ τὸ ἔχειν τὸ ἐπιτυχὸν ἵππου ὡς σῆμα Σαμφόρας, ὡς καὶ ἱστορεῖται τοῦ Ἀλεξάνδρου ἵππον εἶναι Βουκεφάλαν. Ἄλλοι δὲ Σαμφόρας. Hesych. quoque & Suidas Σαμφόρας duntaxat habent. Quod compositum sonare puto perinde ac si quis dicat, σημαντικόν. Quod autẽ scribit Eustath. notam illam literæ fuisse inustam, optimè conuenit cum iis quæ apud Anacreontem legimus initio cuiusdam odarii, Κτήσομαί μὲν ἵππον Πυρὸς χαρακτῆρα ἔχοντα. Atque hìc vicissim ea χάραξ conuenit cum verbis scholiastæ cuius meminit

notam illam ϗ μαγὶ imprimi ſolitam dicentis.
Κατ᾽ ἐφίππους autem dictus à Luciano videri poſſit quòd Ariſtophane vocat᾽ eſt equus κατ᾽ ἐφίππιον. Aſſeritur enim ex illo, ἢ ἵππον κατ᾽ ἐφίππιον Μῆδον, ἢ κατ᾽ ἄνδρα ἑξήκοντα ὁπλίτας. Vbi quicunq; loquens ab eo inducitur, (aſſerũtur enim hæc ex eo, non indicato dialogi nomine) iocoſè hæc nomina vſurpat, vt opinor, & quidẽ à ſe ficta. Quod porrò in v.l. habetur, κατ᾽ ἐφίππιον equũ dictum fuiſſe eũ qui ferret literam Cappa, hoc quidem extra cõtrouerſiam eſſe debere puto: ſed quod ibi additur, literã hanc eximii equi fuiſſe notã, hoc verò, neſcio quo teſtimonio nitatur. Neque enim apud Ariſtoph. videmus equũ κατ᾽ ἐφίππιον (quem Luc. κατ᾽ ἐφίππιον dixiſſe exiſtimatur) ei præferri quem σαμφόρον appellat, id eſt, ut ita enim compoſitum hoc vocabulum relinquã, cuius exemplo Lucianũ illud κατ᾽ ἐφίππιος dixiſſe credibile eſt. Illud certè ΝΟΜΕΝ Χιάζοντος nõ minus nouè ab eo vſurpari crediderim de equo eximio deductũ à Centaurorum nomine, qui optimi optimorum equorũ agitatores fuiſſe perhibẽtur. Cæterùm vt literæ quædam equis imprimebantur, ſic etiam aliis quibuſdã rebus, vt numiſmatibus, nécnon clypeis. Nã Lacedæmonii quidem Λ, vtpote primam nominis ſui literã, clypeis ſuis imprimebãt: vt Meſſenii illis finitimi, literã Μ. vnde Eupolis apud Euſt. ΔΙΧΑΤ᾽ ἐπὶ Λακώνων plurali numero pro clypeis ſcribens, ἔδακτάζων δ᾽ ἰδὼν τὰ Λάκωνα ἐπὶ Λακώνων. i. ἐπὶ τοὺς ἀσπίδας, inquit Euſt. Apud Xen. ſunt itidem clypei notati literã ϵ. Quod autem ad numiſmata attinet, recordor in præſentia literæ χ dũtaxat, qua Athenienſes adulterinos nummos notabant: eámq; rem ſignificabant VERBO Χιάζειν. Quũ enim Chios odio proſequerentur, quemcunq; nummum vitioſum offendebant, ei notam literæ χ imprimebant, à ſe Chios eodem modo reiici innuẽtes. Talem deinde nummum DICEBANT Χῖον: vt in hac voce leges. Sed quod apud Euſtathium generalius eſt, alii Athenienſes in ſuo tantùm aduerſus Chios bello feciſſe cõmemorant. Vtcunque ſit, huc pertinet Χιάζειν, ſi quidem eo ſignificetur Notare vt ſpurium: SICVT Χιάζοντες εἴχος dici putatur à Bud. qui notatur vt ſpurius. Quæ verba accepiſſe eum ex Sophoclis & Eurip. ſcholiaſtis puto. ab iis enim quidam verſus χιάζοντ᾽ dicuntur. vt hic in verſum ictũ tragœdiæ quæ inſcribitur Oreſtes, Ἔλεον, πίτνω λίτομαι σὸν ἄγαν πρόσω ὁρᾶς, annotat, ὡς: πίτνω καὶ ὕστερος αἰτούμενος τὸ ἔλεον. ὅθεν καὶ χιάζεται ὁ εἴχος. σημαίνων τὸ ὑπόπτως τῆς ἐλέους. Sed fortaſſis aliquid aliud ſub hoc verbo latet. Interdum certè dicũt ſimpliciter τὸ χιάζειν ſignificantes. vt apud Soph. in Philoctete, p. 401, meæ edit. ſchol. in hunc ſecundum verſum, Οὐκ οὖν μέλλεις Σύντομα λαμπρὰ, annotat, τὸ χιάζεις, ἀντὶ τοῦ λαμπρὸν ἔπεσθαι αὐτὸ σπεύδοντα τοῦ λαμβάνειν. Sed quũ & alias ſignificationes habeat verbum iſtud Χιάζειν, de iis eadem opera dicendum fuerit: ac primùm de ea quæ à Chiorum nomine indem petita eſt. Hęc quidẽ habet ducaxat, χιάζειν, παρὰ Χίοις. At Poll. lib. 9, c. 9, in titulo περὶ δημοσίων καὶ ἀδίκων νομισμάτων, ſcribit, τὸ μὴν παρὰ Χίοις χιάζειν, ἢ χιάζειν, τὰ ἀδόκιμα χαλκᾶ χρῆσθαι, λέγει Δημοκρίτου τοῦ Χίου, καὶ Φιλοξένου τοῦ Σφηττίου καὶ ὑπ᾽ ἄλλων ἱκανῶν. Sed pro Philoxeno nominat Theoxenidem Suidas, quẽ vide. Fuerit certè Χιάζειν, Chium illum Democritũ imitari in curioſa nimium & aliquid nimis operoſæ atq; adeo ſupermacanæ artis habẽte modulatione. (Simul autem obſerua VERBVM, Δοριάζειν: quod itidem interpretãdum fuerit, Siphnium illum ſiue Philoxenũ ſiue Theoxenidẽ in curioſa nimium & aliquid ſuperuacaneæ artis habente modulatione imitari.) At verò Χιάζειν à forma ipſa literæ χ, redditur Decuſſare. Vnde verbale NOMEN Χιασμὸς, Decuſſatio, οἷς τὸ χ ἐναπεικάζεται, Platonis Ira v. Jin quibus annotatur etiam, χιασμὸν eſſe figuram, quãdo quatuor propoſitis, tertiũ ſecundo reſpondet & conuenit, quartum primo. Et χιασμὸν dici periodũ ab Hermog. tomo 4. De inuent. χιασμὸν admittere, quum videlicet in quadrimembri circuitu vtriſq; propoſitionibus ambæ redditiones correſpondent & conueniunt: & contrà, vt apud Demoſth. Olynth. 2, ὁ δὲ Φίλιππος ἐκ τῶν ἐναντίων ἐκ τῶν ἐλαχίστων μεγέθη κατεσκεύακεν,

ὑμεῖς δὲ καὶ ἐκ τῶν πρώτων· ὑμεῖς δὲ καὶ ἐκ τῶν ἐλαχίστων ἐκινδυνεύσατε χρήματα καὶ ἐκ τῶν μεγίστων ἀπολωλέκατε. Dicitur autem χιασμὸς à χ literæ, quæ cruris in modũ inter ſecantibus ſeipſas duabus obliquis lineis figuratur. Hactenus v.l. Sed alia χιασμοῦ ἐφίππου exempla vide apud ipſum Hermog. tomo illo 4, in eo c. in quo de periodo tractat. Eſt porro à verbo Χιάζειν deductum ΝΟΜΕΝ Χιασὶς, ex hoc verò, ADVERB. Χιαστὶ, ſit autẽ χιαστὶ. (ſequendo interpretationẽ datam nomini χιασμὸς, Decuſſatio) Decuſſationis formam habẽns. Vnde apud Euſt. χιαστὶ ζυγοὶ δοκῶν, item χιαστὶ πίπτειν. Apud eundem eſt Χιαστὶ κεῖσθαι. ſed hoc eſt ab ipſis Chiis, vt ex eius expoſitione cognoſces. At verò χιαστὶ πρὸς ἄλληλα apud Proclũ in Euclidem, pertinet ad illam literæ vocis ſignificationẽ de qua nunc agitur. Iam verò quoniã in hunc ſermonem ingreſſus ſum, ea quæ de aliis quoque literis in mentem mihi nunc veniunt, addẽda his cenſeo: quum alioqui hic omiſſa, aliũ ſibi locum, minus fortaſſe commodum, poſtulatura ſint. Primum autem in iis locũ LITERAE Λαμβδᾶ dandum eſſe cenſeo, quòd plura de ea quàm de cæteris dicẽda nunc occurrant. Præmonẽndúſq; eſt lector, inueniri ΛΤΙΑΜ Λαμβδᾶ. vnde eſt Λακεδαιμόνιος pro Λαμβδακεδαιμόνιος, vt infrà docebitur. Sed habet alios quoque vſus hoc Λαμβδᾶ. nam Heſychius ait eſſe ὄνομα (addens, eſſe τὸ χεῖλος ὑγρὸν καὶ ἀμυδρόλαλον, id eſt literam liquidã & immutabilẽ. ſicut & grãmatici vulgò quatuor literas liquidas ſiue immutabiles eſſe tradunt, λ, μ, ν, ρ.) In prouerbio autem quod Eraſm. ex Ariſtoph. Cõcionatricibus affert, Δοκεῖς δέ μοι ἐγὼ λαμβδᾶ κῆ τοῖς Λεσβίοις, fellatricẽ indicat, velut ænigmate primæ literæ, quæ cõmunis Leſbiis, & vitio quod ei genti tribuitur obſcœna voce, videlicet λειχεῖον. Vide Λεσβιάζειν. Apud Herodotum Λαμβδὼ nomẽ eſt proprium mulieris, quæ erat filia Amphionis cuiuſdam ex iis qui Bacchiadæ inter Corinthios appellabantur. de qua Pythicũ oraculum editum fuit, Λαμβδὼ κύων, πέτρη δ᾽ ἐλαφηβολέει. &c. Vide Terpſichorẽ, p. 101 meæ edit. Medicis autẽ quædã ἰσχιὰ, id eſt futura, eſt DICTA Λαμβδοειδὴς, SIVE Λαμβδοειδὴς Sutura tranſuerſa in poſteriore cranii parte, quam ſi à tergo ſpectes, figuram literæ Λ imitari videbitur. Appellatur etiã λαμβδοειδὴς ab Actuario diuiſio venæ cauæ inferioris, qua in duo crura abit, paulo ſupra initium oſſis ſacri. Eandem diuiſionẽ Gal. in lib. De anat. ven. elemento ν comparat. Gorr. (Sonat autem λαμβδοειδὴς, literæ Lambda formam habẽs: eodẽ modo quo DICITVR Ὑοειδὴς SIVE Ὑψιλοειδὴς, os quoddam in ſimilitudinẽ literæ Υ bicorne, pluribus oſſiculis contextum, ad radicem linguæ ſitum. Sunt qui etiam λαμβδοειδὴς appellent, cõmuni cum ſapitii ſutura nomine, à litera λ, quæ inuerſa, nõ eſt valde diſſimilis literæ Υ.) His addendum eſt NOMEN Λαμβδακισμὸς, SIVE Λαμβδιασμὸς, quo ſignificatur literæ Λ crebra & odioſa repetitio, vt quidã volunt. Fab. lib. 1, c. 9, Et illa per ſonos accidunt quæ demonſtrari ſcripto non poſſunt, vitia oris & linguæ, ἰωτακισμὸς, λαμβδακισμὸς, & ἰσχνότητες & παχύτητες μακρὰς, feliciores fingendis nominibus Græci vocant. Labdaciſmus (inquit Capella) eſt vbi L plurimum diſſonat. vt ſi dicas, Sol & luna luce lucẽt alba loca lacte. At Diomedes lambdaciſmon eſſe ait ſi lucent prima ſyllaba vel alma nimium plenè pronũciemus. Quoniam autem is vno eodémq; loco nõ de hac tantùm voce, ſed de aliis quoque quæ eiuſdem generis ſunt, agit, (nimirum de ea quoq; vno quod DICITVR Ἰωτακισμὸς, de eo item cui NOMEN Μυσταμισμὸς) eorum cum locum huc afferam. Sunt præterea pronunciationis quædam vitia (inquit) quæ nonnulli barbariſmos vocant: ἰωτακισμὸς, λαμβδακισμὸς, μυσταμισμὸς: hiatus, colliſiones, & omnia quæ plus æquo minuſue ſpũtiã aberuditis auribus reſpuuntur. Hæc vitia proloquuti cauenda, controuerſiam de nomine pertinacibus relinquamus. Ἰωτακισμὸς ſunt quũ in literæ ſuprà iuſtum decorẽ in dictionibus extenditur. Λαμβδακισμὸς ſimiliter, ſi Lucẽ prima ſyllaba vel Alma nimiũ plene pronunciemus. Μυσταμισμὸς quoq; ſunt quũ in fine partis orationis inuenitur m littera, & ſequẽs à vocali inci-

pit quæ non ſit loco cõſonantis poſita. Hæc enim ſcribitur, nõ autem pronuntiatur. vt, Quouſq; tandẽ abutere. Tunc autẽ prõnuntiamus m literam quũ ſequitur vocalis loco cõſonantis poſita. vt eſt, Tum luno æternum ſeruans. Hæc ille. quibus adiungam quæ & Capella eadem de re ſcripſit. Is, compoſitionis præcepta percurrẽs, vitium eius maximum eſſe dicit, hiulcas, & aſperas voces, iotaciſmos, metaciſmos, labdaciſmos, homœoprophoron. dyſprophorõ & polyſigma nõ vitare. Et paucis interiectis, Metaciſmus eſt quũ verborũ coniunctio M literæ aſſiduitate colliditur: vt ſi dicas, Mammã ipſam amo, quaſi meam animã. Labdaciſmus eſt, vbi L plurimũ diſſonat. vt ſi dicas, Sol & luna luce lucẽt alba leui lactea. Iotaciſmus, Iunio Iuno Iouis iure iraſcitur. Hæc ille: ego verò puto breuius & generaliꝰ poſſe dici, in vnoquoque horum nominum reſpici ad eiuſdẽ literæ nimium crebram & odioſam repetitionẽ ſiue iterationẽ. Idq; ex Suida etiã coniicio, qui VERBVM Ῥωπαίζειν eſſe ait τὸ ῥ πολλάκις συνεχῶς λέγειν. id eſt, Litera ρ aſſiduè vti, ſiue identidem. Nec enim dubiũ eſt quin ab hoc verbo itidem ſit DICTVM Ῥωπασμός, Aſſiduus literæ ρ vſus, Frequens literæ ρ repetitio. (In v.l. EST & Ῥωπίζω, Literam ρ in pronuntiãdo ſæpiuſculè itero) Quemadmodũ autem habes Ῥωπαίζειν, ex quo Ῥωπασμός, ita Γωπασμός & Λαμβδασμός & Μυπασμός ex Γωπαίζειν & Λαμβδαίζειν & Μυπαίζειν eſſe ſciendum eſt, licẽt horum exempla non afferantur. Cæterùm quod ad hoc poſtremũ verbũ attinet, ſcribo primam eius ſyllabam litera υ. quanuis in eo quẽ protuli Diomedis loco nõ μυπασμοί ſed μυπασμοί ſcriptũ eſſe, & apud eundem legi itidem Metaciſmi, partimq; apud Capellam, minime ignorem. Sequor enim potius ſcripturã quæ apud omnes reperitur, videlicet Mυ, quũ de hac litera agitur. Sic in verſu qui cõplectitur argumentum libri μ Iliadis, Μῦ ὄμαχα σοὶ πῖχας, ὁ δὴ ἔκτορι φαίδιμος Ἕκτωρ. Interiiciũtur autẽ ſuperuacaneæ alioqui literæ in μυπασμῷ ad vitandã cacophoniã. Sed & hoc addẽdum de VOCVLA Mυ, eã apud Ariſtoph. inueniri initio Equitũ, vſum etiam alium habentẽ, nimirum pro flebili ſono poſitã. Ibi enim quidã ξυν κλαίοντες, hunc ſonũ edunt, Μύ μῦ. μὶ μῦ, & ita deinceps per totum iambicũ verſum: vbiq; μὶ in priore loco ſcripto, at μῦ in poſteriore: hoc videlicet producto, illo correpto, ad efficiendũ ex binis iambum. Quinetiã VERBVM Μύζειν hinc originem habere ſciendũ eſt. Eſt enim μύζειν, Clauſis labris quendã ex naribus ſonum emittere, qualis eſt gementium. Exponitur autẽ & Muſſo, ſiue Muſſito. vt apud Ariſtoph. in Theſmophor. τί μύζεις; ταῦτα πιπίνῃ καλῶς. Sic Bud. apud Plut. de Cæſare Rubiconem tranſeunte, μύσας πολλὰ μεθ' αὑτοῦ, Secum muſſans inter reputandum facinus. Affert & ex Balilio ἔνιοι μύσας. Idem teſtatur Gazã reddere Mutire & Stridere, apud Ariſtotelem: ex quo aſſertur, μύζει δὲ πελειὰς ἀφώνως, De animal. lib. 4. Item μύζων δὲ σίνων, de delphino, lib. 8. Hinc autẽ eſt VERBALE Μυσός, quod de piſcibus itidẽ vſurpatur ab Ariſtotele, veluti quũ De hiſt. an. lib. 9, dicit de ſiluro, γαμίσκεται δὲ ὑπὸ τῶν ἁλιέων ὃ αὐτύχη ὠοφυλακῶν. ἐμύσων γὰρ τὰ ἰχθύδια ἄπαντα, καὶ ἦν πολὺς καὶ μυσμός. Alioqui, ſequendo id quod de propria verbi μύζειν ſignificatione dictum fuit, eſt proprie Sonus qui labiis occluſis ex naribus emittitur: qualis eſt gementũ. vnde exponitur etiã συριασμός. (Poteſt etiam reddi Muſſatio, ſeu Muſſitatio: vt μύζειν Muſſare, ſiue Muſſitare) A Suida muris quoque ſonus eſſe dicitur: ſed quod olim apud Suidam repoſui ex nuda coniectura, videlicet μω pro μωϊ, id nunc ex vet. etiã codicis auctoritate poſſum reponere: vt videlicet legamus apud eum, Μυσμός, ὁ συριασμός, καὶ ὁ τῶν μῦ ἦχος: non autẽ, ὁ τῶν μωΐ. quem tamẽ errorem ſequuntur v.l. In quibus eſt ETIAM Μυσμὼ, quo dicitur ſignificari Sonus nariũ irriſioni plerũq; dicatus, & Reprehẽſio. Vnde eum qui citra reprehẽſionis morſum agit, vocari ἀμώμητα, detracto ſ. Affert quidem & Bud. μωσμὸς ex Heſ. expoſitũ χλεύασμός, ſed apud eum nõ reperio. Eſt porro & Μυζῶ quod ſignificat Sugo: pro quo dicitur ETIAM Μυζίω, vt Xen. οἰκ. lib. 4. ἴδοι δέ, ὅπως δάκνων, λαβόντα εἰς τὸ στόμα μύζειν τοὺς κολάκους. Altero autem vſus eſt Plut. de Demoſthene loquens, φαρμακὸν ἔχων ὑπὸ τῇ ὀρεχάλῃ, μυζήσεις ἀπήγαγε. Inuenitur etiam PARTIC. Μυζῶπις apud Suid. quod exponit ὀπτίζοντες. Horum autem cõpoſita, necnõ alia huc pertinẽtia verba, in ſerie alphabetica ponenda erũt. At verò Etymologus ineptè & impetitè literã μυ inde nomẽ accepiſſe ait quòd huius pronuntiatio μυσμὸν quendam habeat: quũ contrà illa litera μυ huic μυσμῷ, vel potius verbo μύζω, ex quo eſt μυσμός, originẽ dederit. Nec verò his de μυ ineptiis contentus, ſimiles, ſed maiores, de litera ru affert: nimirum literam ru nomine hoc donatã fuiſſe quoniam ῥυσμὸν πολὺν ἔχει ἡ τοῦτου ὀνομασία. Scilicet verò vt idem etymũ literæ ρ, quod & literæ μ, dari poſſet, vox iſta ῥυσμὸς ad ſignificationem vocis μυσμὸς pertrahenda fuit: quum alioqui nihil in ſignificatione cõmune inter ſe habeant. Sed & hoc ſciendũ eſt, antequã dicẽdi de litera Mῦ finẽ faciam, eam a Democrito VOCATAM Mῦ, vt teſtatur Euſt. ex Rherorici lexici auctoritate. Quemadmodũ autem ex μυ deriuantur illa vocabula, ita ex litera ρ factam eſſe vocẽ ῥοῖζος ſciendũ eſt: necnon ex aliis alias. Ita enim ex β traditur eſſe ortũ nomẽ βῆμα, ex ζ autem verbum ζίειν, ex ξ verbũ ξίειν. denique ex σ verbum σίζειν, vnde σῖγμος. Adeo vt ῥοῖζος eſſe dicatur ὁ ἀφ' ἑνὸς ῥ ἦχος, itidémq; in cæteris. Sed quoniã litera σ plura ex ſe deriuata habet vocabula quàm reliquæ iſtæ, ex quibus eſt etiam vnũ quod ad ea pertinet cõpoſitionis vitia de quibus ſermo paulo antè fuit, de vocibus ex illa deriuatis hic agere, iiſque tractatũ hunc claudere inſtitui. Prius tamen lectorem monebo, quod ad ipſam literam attinet, eam non eſſe indeclinabilem vt cæteras: ſed inueniri etiam PLVR. Σίγματα, σιγμάτων. Xen. Hell. 4, οἱ δὲ Ἀργεῖοι ὁρῶντες τὰ σίγματα ὅτι τῷ ἀσπίδων, ὡς Σκιωνίους, οὐδὲν ἐφρόντιζον. Et paulo pòſt, τὰ σίγματα ταῦτα. Genit. autẽ σιγμάτων legitur apud Platonẽ comicum, in hoc verſu Ἕσπερ ὀν τῶν σιγμάτων Εὐριπίδου. Quẽ affert ſch. Euripidis, propter hunc ſenariũ quo in eo irriſum eſſe ait, ex Medea, Ἕσπερ ἐγώ; ἴσασιν Ἕλληνες ὅσοι. Euſt. in illo Platonis comici verſu poſt ἕσπερ addit ἡμᾶς: ſed abũdare manifeſtũ eſt. Cæterùm quãuis dicatur ὁ σιγμαῖος, nihilominus tamẽ dicitur & τὸ σίγμα, (eodẽ modo quo τὸ ἄλφα, τὸ βῆτα, itidémq; in reliquis) vt apud Athen. lib. 10, ἀποχρᾶν τὸ σίγμα. (Hoc quoq; ſciendũ eſt, σίγμα non ſolùm eſſe nomen literæ, ſed exiſtimari eſſe & nomẽ menſæ aut potius cœnaculi ſemirotũdi, inſtar hemicycli & lunatæ teſtudinis, à ſimilitudine huius literæ. Sed de hac eius forma ζ intellige. Habetur enim bis apud Martialem, & apud Lampridiũ, vt oſtendẽt Lat. dictionaria. Venio ad ea quæ ex huius literæ nomine deriuata ſunt. In iis primum PONO Σιγμαδοκίς, SIVE Σιγμοειδής, Formã habens literæ ſigma. vt σιγμοειδὴς Thracia dicta fuit. Apud medicos σιγμοειδεῖς dicuntur membranulæ tres, ad orificiũ venæ arterialis poſitæ. Itẽ χόνδροι σιγμοειδεῖς, & λίθοις σιγμοειδὴς. Intelligendum autem de hac literæ forma ζ. Vide Gorr. Sequetur NOMEN Ἄσιγμος, ς, ὁ & ἡ, Carens litera Sigma, vt ἄσιγμος ᾠδὴ apud Athen. lib. 10. ἐκεῖς τοὺς τοιούτους λόγους τῆ ἑρμηνίως ἡ ἄσιγμον ᾠδὴν, ἥτις ὀνομάζεται κίναιδοι. Paulo pòſt, ὕμνος ἄσιγμος. Eodem lib. οἱ ἄσιγμοι καλούμενοι τῶν ᾀσμάτων. Apud eundem, & eodem libro, atq; adeo paulo ante priorem illum locum in quo dicit ἡ ἄσιγμον ᾠδὴν legimus πλὴν ἀσιγμοποιηθῆναι ᾠδὴν. Vbi niſi reponendum ſit ἄσιγμον ποιηθῆναι, fuerit participiũ ex verbo Ἀσιγμοποιέομαι ὦμαι: præcedẽte voce ACTIVA, Ἀσιγμοποιέω, ῶ, Compono nõ vtendo litera σ, Carmen compono in quo non vtor litera σ. Et ita ᾠδὴν ἀσιγμοποίητα, Ode compoſita abſque litera σ. Illi autem Ἄσιγμος opponitur NOMEN Πολύσιγμος, Abundãs litera σ, Frequenter repetitam habens literam σ. vt ille ex Euripidis Medea verſus. At verò apud Capellã legimus Polyſigma, inter vitia compoſitionis, atq; Polyſigma eſſe vbi S litera crebrius geminatur: vt Soſia in ſolario ſoleas ſarciebat ſuas. Habeat præterea hæc litera factũ ex ſoni ſui imitatione (vt antea dictũ fuit) VERBVM Σίζω. quod dicitur de ſtridore ſeu ſibilo quẽ emittit ferrum candens quũ in aqua extinguitur. Hanc enim eius eſſe ſignificationem apparet ex Hom. Od. ι, de oculo Polyphemi qui ἔσβεσται ἐλαΐνῳ περὶ μοχλῷ veluti ferrum (candens videlicet) quod aquæ immergitur.

Sic de eo quod frigitur: vt piſcis qui frigitur in ſartagine, dicitur αἴζειν. Athen. vel potius Clearchus apud Athen. l. 7, οἱ δὲ περὶ τὸν ἀρχέστρατον ὀψοβάμονας καλοῦσιν ὅτι ἥρωσι τηγανίτην αἴζουσιν ἀφαυρόν. quibus additur, ἄλλοι δέ τινες καὶ αἴζειν καλοῦσιν ἀλλᾶσθαι. vnde dicitur, αἰδὼ τοῦ ἀφύη. Tale est apud Aristophanem in Acharn. ἢ δ' ἀπὸ μαγίδος αἴζουσα πυρρίας. vbi scholiast. ζέουσα, οἷς ὅτι τηγανίζεται ἔχει λεπτοῦσα. Dicitur αἴζειν & de vento: quod ex Fabio affertur. Pollux αἴζειν proprium esse putat auium quæ κώμυχοι dicuntur. ΝΙΚΕ Σίζε ΕΤ Σῆμος, Stridor qualis est ferri candentis dum in aqua extinguitur. Potest autem & Sibilus reddi. Aristot. Meteorol. libro 2, de tonitru, τὸν δὲ ψόφον ὅταν ποσθυπτομένου πυρὸς καὶ αἴζῃ βροντὴν λέγουσι. Idē inferius, ἐὰν δὲ ἡ αἴξις μικρὰ ζέσις: Potest & de stridore illo dici qualis est piscis qui frigitur. Eust. esse ait τὸν τῶν ὀπτῶν ἦχον. At verò COMP. Ἐπαίζειν, dicitur de eo qui canes instigat in aliquē, seu incitat, sibilo quodam. Aristoph. Vespis, καὶ ὅταν οὗτός γ' ὀπαίζῃ, Ἐπὶ τὸν ἰχθύν' ἦν ὀπτερύξας, ἀχρὶς αὐτὸν ὀπτήσῃς. Sed pro τὸν ἰχθύν repono τὴν ἰχθύν. Illud quoq; ὀπτερύξας mihi suspectum est. Apud Hes. est ΕΤΙΑΜ Ἐπαΐσσειν, quod exponit μετὰ κραυγῆς καὶ ὁρμῆς, id est Incitare venatorum more, vt nimirum illi canes aduersus feras incitāt. Sed hoc ὀπαΐσσειν ab eadem origine esse nō puto: quin potius esse à VOCE Σίττα, qua pastores vti soliti sunt ad gregem, vt eum ad festinandum incitarent. Theocr. idyll. 4, — σίττ' ὁ Λύκαργος, Σίττ' ἀ Κυπαίρη τὰ τὸν λέοντα τὼ κύνε ἐπάγουσι; Eust. σίττα apud Theocritū esse dicit aduerbiū πρὸς ὁλοσχερές. Alibi verò SCRIBIT Σίττ, differens αἴβ' ἀμοιβῆς. Hes. habet Σίττα quod esse ait ὀπτοφώνημα αἰξίν. atque ita peculiare esset caprariis: quū tamē latius patere eius vsum videamus. Eundē porro vsum habere VOCEM Φίττα tradit Eust. veluti quū dicitur φίττα μαλιάδες, & φίττα μαλίαι, item & φίττα μεταί. Ita enim hæc scribuntur apud illum, qui etiā addit nympharum hæc esse nomina. At Pollux coniunctim habet SCRIPTA Φιττάμαλιάδες, ET Φιττάμαλίαι, ITEM Φίτταροι, quæ iuuenculārū lusum fuisse tradit, in quo sese mutuò ad celerandum incitarent, simul ὀρχησιοῦσαι πρὸς νύμφας. Vnde fit vt alteram lectionem lubentius sequar. Ad φίτταροι quidem certè quod attinet, non dubium est quin factum sit ex Φίττα μεταί.

ΚΆΒΟΣ, υ, ὁ, Mensuræ frumentaceæ genus. μάδιμνον, inquit Hes. itidémq; Suid. Quinetiā Pollux καῦβον esse dicit σίτου μάδιμνον: & ex eo factū vt καύβασον appellarint τὸν ἐσθίοντα τὸν ἄρτον ἄπληστον. Pro quo καύβασον, apud alios legi καύβασον docebo paulo pōst. Hoc addo, Hesychiū, postquam dixit καῦβον esse μάδιμνον σιτικόν, addere, καὶ σιτικόν. deinde, οἱ δὲ σανείδα. Etym. pro μάδιμνον σιτικόν habet, non sine manifesto errore, μαπωνικόν. Natum autem esse errorē ex compēdiaria nota cuius significatio non animaduersa fuerit, mihi fit verisimile. Inuenitur porro & NOMEN Καῦβη, apud Suidam, expositum βρῶσις, id est Cibus. Vide Καῦβηξ.

Καύβασος, ου, ὁ, (VEL Καύβασος, vt quidem apud Pollucem legitur) Edax, Vorax, Qui cibō est inexplebilis. Ab Hesychio exponitur generaliter ἄπληστος: at verò Polluci καύβασος est ὁ ἐσθίων τὸν προφὴν ἄπληστος. Vterque alioqui eandem eius deriuationem tradit, videlicet ab illo καῦβος, de quo dictum modò fuit. Existimo autem, quum καῦβος sit mensura frumentacea, καύβασον propriè dictum fuisse eum qui multum frumenti seu panis frumentacei ederet: q. d. frumenti edacem siue voracem. Sic apud nos Lemouices propter panis edacitatem καύβασοι appellari possint. Cæterùm si καῦβος de vinaria quoque mensura dictum sit, (vt Hesychius testatur) videtur καύβασος dici etiam de egregio potore vini potuisse. Cuius tamen significationis nullam mentionem ab vllo factam reperio. Atque adeo Pollux & Suidas minimè illam agnouisse videntur. Pollux enim postquam dixit καύβασον nominatum fuisse τὸν ἐσθίοντα τὸν προφὴν ἄπληστον, subiungit, ὡς καὶ τὸν πολυπότην, πίθον. Suidas autem, si quidem sequamur vulgata eius exemplaria, videri quidē possit iis verbis quæ addit, alteram illam nominis καύβασος significationem confirmare. At si fidem adhibeamus veteri meo codici, (vt certè hic, si vsquam alibi, fide dignum esse manifestum est) eadem cum Polluce dicere Suidam comperiemus. Postquam enim dixit καύβασον dici τὸν ἄπληστον, quia καῦβος est μάδιμνος σιτικός, adiecit, καὶ τὸν μάζονον ἡμεῖς, vt quidem habent vulg. exemplaria. Vbi prima fronte dixerit aliquis subaudiendum duntaxat καλοῦμεν, aut tale verbum, cum aduerbio οὕτω. perinde ac si scriptum esset, καὶ τὸν μάζονον. ἡμεῖς οὕτω καλοῦμεν: vel, καὶ τὸν μάζονον ἡμεῖς ἡμεῖους καύβασον καλοῦμεν. Sed aliam eius fuisse mentem indicat vetus codex: in quo post ἡμεῖς habetur πίθον, hoc modo, καὶ τὸν μάζονον ἡμεῖς πίθον. sub. καλοῦμεν. (Obserua autem obiter & vsum hunc NOMINIS Πίθος, ex Poll. pariter & Suida) Idem codex habet καύβασος, (vt Hesychius & Etymol.) non καύβασος, vt vulg. exemplaria. quorū tamen fidem sequuntur v. lex. vtpote in quibus annoteretur dici καύβασος, vel καύβασος. Apud Hesychium legitur ETIAM Καύβασος, & quidem non solùm pro Thraciæ vrbis nomine, (vt apud Etymol. & Suidam) sed & in illa significatione quæ data fuit præcedenti καύβασος. Nisi fortè irrepsisse apud Hesychium putandum est καὶ ἄπληστος post πόλις Θράκης, ἢ καὶ Γαρίδρος. Apud Stephanum legitur Καῦβασος, geminato scriptum, & accentu in fine collocato. Diciturque ab eo esse vrbs Thraciæ: Hellanicum tamen Lyciæ eam tribuisse. Apionem tradidisse eam esse κώμην Cappadociæ. Et Eustathius quum dixisset Καῦβασον esse vrbem Hellesponticam, vel Thraciæ quæ est ad Æmum: subiungit, οἱ δὲ Καππαδοκίας φασὶ, πόλιν ἐν Ἁγχιάλῳ Καῦβασον. (Vbi obserua ETIAM Καῦβασον) Legitur autem hinc factum loci ADVERB. Καυβασόθεν apud Homerum Iliad. ρ, Πίφαυσκε δὲ Φθιώτιδα καυβασόθεν ἔνδον ἐόντα. vbi Stephanus legit καυβασοῦθεν, cum αυ, si modò eius vulg. exemplaria non mentiuntur. Apud eundem certè sunt ἐθνικὰ NOMINA Καυβάσιος ET Καυβασίτης, vnico σ. Verùm vt ad Καῦβασος reuertar, positum etiam pro ἄπληστος, sciendum est huic scripturæ altisque addi vnam posse, VIDELICET Καῦβαξ: quam tamen mei duntaxat lexici veteris autoritate confirmare possum.

Inueniuntur præterea duo NOMINA Καύβηξ ET Καῦβαξ. quorum prius significationem habet cum præcedentis καύβασος significatione conuenientem: at posterius non item. Nam Καύβηξ quidem dicitur à Suida esse auis quæ alio nomine larus: & ab edacitate λάρος esse appellata (non tamen ab illo Καῦβος deducendo, sed à voce Καύβη, qua significetur τροφή, id est cibus) eiúsque meminisse Euphorionem hoc in versu, Τῆς οὐκ ἀΐδηλα, οὐδὲ κρυπτὰ καύβηκας. At verò Καῦβαξ ἐστί, sicut Etymologo, est πανοῦργος.

Καυλίαι quoque (si significatio spectetur quam illi dat Hesychius) ad καῦβος seu καύβη pertinere iudicetur. exponit enim κατατίνει. quod certè aptè dicitur de iis qui sunt ἄπληστοι. Sed apud cæteros lexicographos istud verbum minimè reperio. Ac NOMEN Καύλημα quod alioqui ex verbo illo factum videri possit, apud eundem Hesychium significationem nullo modo affinem illi habet. Exponitur enim ab eo αἰσχρόγαμα, dicitúrque esse Laconum. Apud eundem est ETIAM Καῦλαι, quo significatur à Paphiis μαιάδιλλος τῆς ὑγρᾶς. Ibidem LEGITVR Καύλιλλος, significans ὁ ἀποστολυμάδιος τὸ αἰδοῖον, Recutitus, Verpus, Apella. Sed addit, οἱ δὲ ὄνομα. vbi fortasse deest κύριον. Credibile enim est eum scripsisse, οἱ δὲ ὄνομα κύριον. sub. τῆς λέξεως. id est, Alii autem nomen proprium esse dicunt. Apud eundem (interiecta tamen voce Καύβιον) legitur Καύηλος, quod esse ab eo dicitur πηλοῦ κοπτός. Sed meritò suspecta hic scriptura ista καύβηλος fuerit: tum quòd sit interiectum vnum vocabulum inter alterum καύβηλος & hoc: tum etiam quòd series alphabetica scripturam aliam postulet.

ΚΑΓΧΑΖΩ, F.άσω.P.ακα.Cachinnor, id eſt Effuſe rideo, vel Riſum effundo. Factum puto per onomatopœiam, imitando ſonum qui in profuſo riſu editur. Eunapius apud Suidam, οἱ δὲ Οὖννοι, πλατὺ καγχάσαντες ὦχοντο.

Καγχάζω, Conuitior, βλασφημῶ, inquit Suidas, citans ex Sophocle, παύσων καγχαζόντων γλώσσας.

Καγχασμός, οῦ, ὁ, Cachinnatio, id eſt ipſa cachinnādi actio: vel Cachinnus, Riſus profuſus. ὁ ἔκχυτος γέλως, Suid.

Καγχαστής, οῦ, ὁ, & Καγχαστός, Cachinnator, id eſt Qui luben ter cachinnatur. Bud. ex Polluce.

C. Διακαγχάζω, præpoſitione διὰ augēte ſignificationem ſimplicis καγχάζω. Plato 1 De repub. καὶ ὃς ἀκούσας αὖ ἐκάγχασε μάλα Σαρδόνιον. Lucianus, ἐφ' οἷς ἐπαινεῖτε ἢ ἐλέγατε, πάμμολις ἐπαύσω διακαγχάσας.

C. Ἐκκαγχάζω, præpoſitione ἐκ itidem augente ſignificationem ſimplicis καγχάζω. Xenoph. Symp. Κεπφοῦλος ὢν καὶ ἐξεκάγχασεν ὅτι τῷ οἰκέτῃ ἐπῃνέθη. Ariſt. Ethic. 7, καὶ ὡς τῶν οἱ κατ' ἀγορὰν πιπράσκοντες τὸν γέλωτα, ἀθρόον ἐκαγχάζουσιν.

C. Ἐπικαγχάζω, vt ὑπὸ τούτοις τοῖς λόγοις ὑπεκαγχάσαντες, pro καγχάσαντες ὑπὸ τούτοις τοῖς λόγοις, quum ad hæc verba cachinnū c ſuſtuliſſent. Ἐπικαγχάζων, ὑπογελῶν, Heſych.

¶ Καγχαλάζω, idem quod καγχάζω. Athenæus 175, ὀλίγου τι γθομόφου, καὶτός τι ὁ Ἀντίοχος ἔπινε καγχαλάζων. De qua lectione nos dubitare non ſinit Heſychus qui habet, καγχαλάζει, ἀθρόως γελᾷ.

¶ Καγχαλάω, F.άσω, P.ακα, Exulto, Sūmo gaudio afficior. Hoc verbo vtuntur poetæ, & ſoli quidem, vt opinor. Homerus Iliad. κ, Καγχαλόων, ἅμα δ' ἄλλοι ἴσαν χαίροντες Ἀχαιοί. vbi annotat Euſtathius, ἔτι δ' ὅμως τὸ καγχαλόων ὑπὲρ τὸ χαίρειν· ὃν καὶ ὃν τῷ χαλᾶν τὴν ὀπλίσιν παρεκτείνεται. Heſychius tamen καγχαλᾶν exponit etiam ſimpliciter χαίρειν, item γανυσᾶν. Idem καγχαλάα exponit non ſolùm χαίρει, & ἥδεται, ſed etiā γελᾷ, id eſt ridet. Quod autem ad etymon attinet, Euſtathius in Odyſſ. ψ, ſcribit itidem, καγχαλόωσα ἤγουν χαίρουσα καὶ χαλωμένη, καὶ ὡς οἷον χαλίφρων ὑφ' ἡδονῆς γινομένη. Quibus aſſentiens ipſe Heſychius, poſtquam καγχαλάα explicauit ἥδεται, addit, ἀπὸ τοῦ ὠχαλάσμαι τῷ ψυχῷ ἔχειν. Et rurſum, καγχαλῶ, χαλῶμαι ὑπὸ χαρᾶς, αἴρομαι. Ego tamen non aliunde καγχαλάω quàm à καγχάζω deduci exiſtimo, quòd profuſus riſus ſummæ lætitiæ ſit argumentum.

Καγχαλίζομαι etiam eſt χαίρω (id eſt gaudeo) Heſychio: & ἱλαρύνω.

Καγχάομαι, ᾶσμαι, ſecundum eundem ſignificat γελοιάπαστος, id eſt, Rideo incompoſitè.

ΚΑΔΟΣ, ου, ὁ, vel Κάδδος (illud tamen malo) Vas vinarium, οἶνου ἀγγεῖον, Cadus, Dolium, vel Doliolum. Herodotus apud Pollucem, καὶ Φοινίκιον οἶνου κάδδον. Sunt qui ex Dioſcoride referant, decem congiorum fuiſſe capacem, ſicut & metretam: quum tamen alii ſcribant duodecim. Plinius (inquit Budæus) lib. 14 cap. 16, cadum pro metreta dixit. Ab Heſychio exponitur κεράμιον, quod ſignificat teſtam ſiue amphoram. Philochorus (inquit Pollux col. 381) tradit amphoram (ἀμφορέα) vocatam fuiſſe à veteribus κάδδον: & dimidiam amphoram (ἡμιαμφόριον) appellatā fuiſſe ἡμικάδδιον. Epicharmus tamen diſtinguere videtur κάδδον & ἀμφορίσκον, ſcribens, Οὔτε σὺ κάδδῳ δηλούμενος, οὔτ' ἐν ἀμφορεῖ. Apud Latinos itidem ſcriptores, & poetas præſertim, Cadus nomen eſt vaſis vinarii, habétque priorem breuem, ſicut & in verſu Græco quem affert Suidas. ita vt ſecundum eos κάδος non κάδδος ſcribendum ſit. Eſſe autē ab ἔχαδον deriuatum ſuſpicatus ſum, mutata tenui in aſpiratam, donec כד *cad* Hebræis pro hydria alióque vaſis genere in vſu eſſe comperi.

¶ Accipitur & pro poculo è quo bibitur: vt Anacreonti apud Athenæum lib. 11, p. 191, οἶνου δ' ἐξέπιον κάδδον. Quæ verba corrupta ſunt apud Pollucem: qui etiā ſcribit κάδδον à Bœotis vocatum fuiſſe σκύφον. ¶ Ab eodē affertur hic Ariſtophanis locus, Εἰς κάδδον ἔνα καλὸν σύρει. Ex quo colligi poſſe videtur κάδδον fuiſſe etiam vas matulæ vſum præſtans.

Κάδος, Vas in quod calculi immittebantur, Situla ſiue ſitella ſuffragiorum, Bud. Ariſtoph. in Auibus, Οὐκ ἀποψηφίσῃς; οὐκ ἀποψήσῃς τὼ κάδω; Paulo pòſt, Ἐγὼ δ' οὐ βούλομαι τὼ κάδω διχασθῆναι. Vbi ſchol. ἵνα κάδους ἵνα ἀμφορεῖς εἰς αὐτὰς τὰς ψήφους καθιᾶσιν. Vide κάδισκος. | Κάδδις, vnde κικαδδῶσαι, vide in ἀποψηφίσασθαι.

Κάδισκος, ου, ὁ, vel Καδδίσκος (dimin.) Paruus cadus, Parua teſta. Pollux inter vaſa vinaria ſicut κάδους & ἀμφορεῖς, ita καδδίσκους & ἀμφορίσκους ponit. Citatur ex Nonno pro ſitula quæ in puteum demittitur.

Καδίσκος, ſicut & κάδος, Vas in quod calculi coniiciebantur. καδδίσκος μέντοι (inquit Pollux) ἔστιν ἀγγεῖον ᾧ τὰς ψήφους ἐκάθιζον. Demoſth. πρὸς Εὐβουλίδην, 110, Καὶ λαμβάνοντες δύο ἢ τρεῖς ψήφους ἑκάστου τούτων ἐνέβαλον εἰς τὸ καδίσκιον. Erant autem duo καδίσκοι (inquit Budæus) vt colligimus ex Antiphonte περὶ Ἀπορράπτου, 151. vnus in quo abſolutorii calculi ponebantur, alter in quo damnatorii. Idem in Comm. ex quodam loco ſcholiaſtæ Ariſtophanis elici poſſe dicit duas fuiſſe amphoras, aut duos cadiſcos in quos iudices calculos mittebant: alterum ἄκυρον vocabant, & ἀφέτηρον, & τὸν ἀπατόν, in quo αἱ τῶν καταδικαζόντων ψῆφοι ponebantur, αἱ αἱροῦσαι: alterum appellabant κύριον, & ὕστερον, & τὸν ἁλόν, in quo αἱ τῶν ἀπολυόντων ψῆφοι ponebantur, αἱ σῴζουσαι. Iſæus 77, εἰς καδίσκους ἡμῖν πεψήφισται, perinde ac ſi diceret Conſortes litis ſumus, Bud.

Καδίον, ου, τὸ, (diminut. aliud) Paruus cadus. Item Pera. Καδίον ποιμενικόν, Pera paſtoralis, 1. Regum cap. 17. Bud.

— Ἡμικάδιον, ν, τὸ, Dimidius cadus, vt ἡμιαμφόριον, dimidia amphora. Philochorus apud Pollucem libro decimo ſcribit veteres ἡμιαμφόριον vocaſſe ἡμικάδιον, ſicut ἀμφορέα καδδον.

ΚΑΘΑΙΡΩ, F.αρῶ.P.αρκα, Purgo, Mundo, Homerus Odyſſ. χ, — νῆϊ περᾴσας τάδε πῆ ἀπάγγοισι πολυτρήτοισι καθαίρειν. Athenæus lib. 7, πάσας ἀφίλους καθαίρειν. Paſſiua vox Καθαίρομαι, Purgor. Ariſtot. De mundo, ὄμβροις γῆ καθαίρεται. Herod. lib. 5, καθαρθεῖσα πονηρῶν αἰθρώστων. Dicuntur etiā καθαίρεσθαι qui purgantur medicamento. Plut. in Præcept. de ſanit. ἄχρι πολλοῦ ἡμέρας κεῖνται καθαιρόμενοι, καὶ κατὰ πλασμόμβοι, ἢ περιπίνοντες ἰατροί. Et mulieres καθαίρεσθαι dicuntur quum purgantur per menſtrua. Plutarchus Lycurgo, ἢ τῶν ὑπὸ τῶν κυνῶν καθαιρομένων γυναικῶν.

Καθαίρω, Expio, Luſtro. Καθαίρειν στόλον, Luſtrare claſſem, Appian. lib. 5. Bell. ciu. Idem, οὗτος μὲν οἱ Ῥωμαῖοι τὰ καθ' αὑτοὺς καθῆρεσαν. Καθαίρω καθαρμόν, pro Expiationem adhibeo (q. d. Expiatione expio) citatur ex Platone De leg. Et καθαρθῆναι καθαρμοῖς, Expiationibus expietur, ex eodem. Idem, ἀποδιοπομπησόμεθά τι αὐτὰ καὶ καθαρούμεθα, id eſt (inquit Budæus) Abluemus, expiabimuſque, eáque nos abdicabimus. Subiungitur autem vox actiua. Ἐξωρύττεις ἵνα τὰ ἱμάτια ἀγνὰ καθαίρῃς, ἢ τὴν ἰατρίνην, ἢ τὴν σοφιστῶν. Affertur & ex Hermogene, οὔτε καθηγεμόνος ἀπὸ τῶν ἀδικημάτων, pro Neque à ſceleribus expiatus.

Καθαίρω, Flagris cædo. καθαρθῆναι enim Heſychius exponit μαστιγωθῆναι. Et Theocriti ſcholiaſtes in Idyll. 5, ἐκάθηρε eſſe dicit ἐμαστίγωσεν, item αἱ τὴν ἰτυφάλλιδα καὶ ὀστᾶ καθαίρουσι. Ibidem ponit & aliam explicationem ſenſum obſcœnum habentem. Pro illa autem expoſitione citat hæc Ariſtophanis, πρὸς τὰς πλάτας καὶ ἐκάθηρεν.

Καθαρμός, οῦ, ὁ, Purgatio. Item Expiatio, Luſtratio. Plutarchus Sympoſ. 3, καὶ πολλὰ δίκαια καὶ τὸν καθαρμὸν ᾧ χρῶνται Σκύθαι περὶ τοὺς κάμνοντας. Plato De republica 2, λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων. Plutarch. καθαρμὸν ποιεῖσθαι τῆς δυνάμεως, Luſtrare exercitum. Idem, ἄγη καὶ μιάσματα καθαρμοῖς διώλυσε, ſcelera expianda.

Καθαρμὸς pro κάθαρμα, id eſt pro piaculari homine, vide in Κάθαρμα.

Κάθαρμα, ατος, τὸ, Purgamentum. Pollux libro 5, cap. 46, ἐν τοῖς περιόδοις καθαρμάτων ἐκκλητήριος. Cui loco conſentanea eſt hæc expoſitio Ammonii, καθάρματα, τὰ μετὰ τὸ καθαρθῆναι ἀπορριπτούμενα. Budæus tamen in Annotat. poſt. in Pand. κάθαρμα ait ad verbum ſignificare purgationem & piamentum: quum alioqui ſordes illæ purgamentum vocentur non purgatio. Quare purgamentum ac piamentum ipſum ſcripſiſſe ſuſpicor. D. Paulus epiſt. 1 ad Cor. cap. 4, ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περίψημα ἕως ἄρτι. Ita enim legit

Budæus,& ita in veteri quodam exemplari me quoque legere memini: quum tamen magis recepta sit altera lectio, ὡς περικαθάρματα, quam suspicor ex ὡσπερεὶ καθάρματα factam. Retinēdo autem περικαθάρματα, præpositio pondus addet, quasi quis dicat(vt annotat Beza) sordes vtique euerrendo collectas. id est ἀποσκεύσματα, vt schol. Græcus exponit. Vide & aliā interpret. huius loci paulo pòst. Eustathius καθάρματα dici ait ὑπὸ ῥυπαρίας καὶ ἀπολύπης. Erit igitur καθαρμα qui & ἡλίου ταῖς περιόδοις καθαρματων ἀκβλητότερος dicitur in illo Pollucis loco,& συρφετὸς: aptissimeque (vt opinor) exponetur Latina voce Quisquilia, seruata metaphora. Luc. p. 45, καὶ ἐξουκιδίζει αἰδρά ποδα καὶ καθάρματα ἡμᾶς ἀποκαλῶν. Et Philo, καθαρματα καὶ περιοχὴ ἁπαντα καὶ γῆς ἄχθη καὶ ἴσα τοιαῦτα ἀποκαλοῦσι. In his enim & similibus locis καθάρματα videntur potius dici viles homines, contemptique & abiecti, quàm sceleste: de qua significatione statim dicetur.

Καθαρμα, Id quod ad purgandum adhibetur, siue ad expiandum. Et secundum hanc significationem καθάρματα vocabantur homines scelerati, tanquam piacularesc, id est pro patriæ lustratione expiationéque deuoti. (qui & sacri à Latinis appellabantur) quorum videlicet capite omnia ciuitatis aut gentis alicuius scelera luebantur, quique ad auertendam deorum iram mactabantur. Vide schol. Aristophanis & Suidam. Huc referens Budæus dictum Pauli, ὡσπερ καθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, hanc esse ait eius sententiam, Nos tanquam piacula mundi facti sumus, & succidaneæ pro populo victimæ. Ac si diceret, Non minus apud gentium vulgus detestabiles quàm illi qui diris execrationibus onerati atque obruti, pro salute publica abisci olim solebant. Herodotus (vt idē docet) καθαρμὸν pro καθαρμα dixit in Polymnia, hominem piacularem, & pro patriæ lustratione expiationéque deuotum, καθαρμὸν τῆς χώρης ποιοῦμενοι Ἀχαιοὶ Ἀθάμαντα τὸν Αἰόλου. Porcello qui ad expiationem immolabatur impositum fuisse hoc nomen, tradunt schol. Aristophanis in Acharn. & Hesychius. Hinc igitur fit vt καθαρμα vocetur homo sceleratus, & neutrum genus ita vsurpetur vt quum Latini hominem vocant scelus. Aristoph. Plut. Γρύζειν δὲ καὶ θερμαίνειν ὦ καθάρματα; Æschin. in Ctesiph. ἃ δὲ σὺ λέγεις, εἶπον αἰ καθαρμα ζηλοτυπίᾳ φρενῶν. Idem Demostheni καθαρμα est ὦ μιαρὲ μιαιφόνε μιαιφονώτατε. Pro corona, σὺ δ' ἀρετῆς, ὦ καθαρμα, ἢ ὑπὲρ σῆς μεγαλοψυχίας, ἢ καλῶν, ἢ μιᾶς ὁτουοῦν;

Καθαρσις, εως. ἡ, Purgatio, Expiatio. Plato Cratyle, ἐπεὶ τί μὴ καὶ ἡ καθαρσις καὶ οἱ καθαρμοὶ καὶ κατὰ τὴν ἰατρικὴν καὶ κατὰ τὴν μαντικήν. Galeno & aliis, καθάρσεις ἐμμήνιοι, purgationes menstruæ mulierum, quæ etiam τὰ ἔμμηνα & καταμήνια, item τὰ γυναικεῖα, Latinis menses & menstrua.

— Αὐτοκάθαρσις, Ipsamet purgatio. Naz. De baptismo, Χειρὸς γὰρ αὐτοκαθαρσις ὑδωρ. Vel, Per se purgatio erat. Sic dicitur vt αὐτοπάλιθια, & alia.

— Ἀκαθαρσία, ας, ἡ, Sordes, Immunditia, Spurcitia. Demosthenes κατὰ Μειδίου pag. 230. pro summa improbitate (vt impurum hominem dicimus sceleſtum) πόσον οὐκ ἔχον ὅσιον ὑπὲρ ὁτιοῦν ἀκαθαρσίας. Vide ἀκάθαρτος.

— Καθάρσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Purgatorius, vel Purgatiuus, Purgandi vim habēs. Item Expiatorius. Februarium mensem καθάρσιον posse dici tradit Plutarchus. nam (vt scribit Ouidius) Februā Romani dixere piamina patres. καθάρσιος φύσις, Nazian. καθάρσιον ὕδωρ, Nonno Lustralis aqua. Citatur & ex Aristotele, καθάρσιος Ζεύς, Expiator Iupiter.

Καθάρσιον, ου, τὸ, (substantiuè positum) pro καθαρσις, vel καθαρμὸς, Expiatio, Lustratio, vel Piaculum. Greg. in Entom. Macc. πασῆς τῆ λαοῦ καθάρσιον. Idem de Christo, καθάρσιον τῆς οἰκουμένης. Idem, καθάρσιον ἀφεστικὸν ὅτι τῆ ἐξ ἐκόδου. Alludens ad morem illum de quo Plutarchus in Præc. politicis, ἀφιστάντων καθάρσιον περὶ τὴν πόλιν ἐκάλουν. Et ante eum Demosthenes, ἐπισβαν τὸ καθάρσιον ἀφεστιχθῆ. de quibus vide scholiasten Aristophanis in Acharn. vbi porcellum expiatorium κάθαρμα vocatum scribit, & ab Æschine in Timarchum καθάρσιον. Suidas quoque χοιρίδια (id est porcellos) quibus populus lustrabatur in theatris & concionibus, καθάρσια vocata scribit. vbi adiectiuum etiam esse potest. Καθάρσια, Sacra expiatoria, Piacula. Lucianus, τῆς Ἑκάτης τὸ δεῖπνον φαγόντα, καὶ τὰ ὠὰ καθαρσίων ὠά, id est oua lustrationum, vt Turnebus vertit. Plutarch. ἐν ῥωμ. κεφ. de Hecate itidem, χοιρία δὲ δεῖπνον Ἑκάτης πιπράσκουσιν εἰς τριόδους, ἀποδιοπαίων καὶ καθαρσίων ἕνεκα μοίραν. In quibus locis ἱερῶν potest subaudiri, & ita adiectiuum erit καθαρσίων. Budæus καθάρσια interpret. Expiamenta in hoc Pausaniæ loco, Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις ἀποκτείναντες Πύθωνα, εἰς τὸν Αἰγιαλείαν ἀφίκοντο καθαρσίων ἕνεκα.

Καθαρτὴς, οῦ, ὁ, Purgator. Item Expiator, Lustrator. vt Soph. Electra, pag. 83, Σύ τ' ὦ πατρῷον δῶμα. σεῦ γὰρ ἵεμαι Δίκης καθαρτὴς πρὸς θεῶν ἀρωγὸς. Plutarchus, καθαρτὰς καὶ μιάστορας προσηγόρευσε τοὺς νεκρούς. Scholiastes Aristophanis ait καθαρτὴν dictum τὸν περικαθαίροντα τὴν οἰκίαν. In vulg. lexicis scribitur & Καθαρτὴρ, pro eadem significatione.

Καθαρτικὸς, ἡ, ὁ, Purgatiuus, siue Purgatorius, Purgandi vim habens, vt καθαρτικὸν φάρμακον. Plutarchus, ἐλεγκτικὸν λόγον ὥσπερ καθαρτικὸν ἔχων φάρμακον. Pro Expiatiuus autem potius dicitur καθάρσιος, vel καθαρτήριος, quod hic sequitur. Budæus tamen καθαρτικὸν μῦθον apud Aristotelem Polit. 8 interpr. Animi purgatorium aut expiatorium.

Καθαρτήριος, ου, ὁ καὶ ἡ, Idem quod καθάρσιος, Purgatiuus, Purgatorius. Item Expiatiuus. Synesius in epist. ὡς ἔστι γὰ τὸ δημόσιον ξίφος οὐχ ἧττον ἢ πάσι τοῖς περιπλημμέλειαν χέρνιβα, πάντως καθαρτήριον. Idem, δαίμονες εἶσι καθαρτήριοι.

Ἀκάθαρτος, ου, ὁ καὶ ἡ, quasi dicas, Non purgatus. pro Impurus, Immundus. ‖ Item Sceleſtus, apud Demosthenem & Lucianum: quæ metaphora est & in voce Latina. Sic in Ἀκαθαρσία, suprà.

Εὐκάθαρτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Purgatu facilis, Qui facilè purgari potest. cui opponitur Δυσκάθαρτος, Purgatu difficilis.

C. Ἀναχαθαίρω, Expurgo, Perpurgo. vel simpliciter, Purgo. Nam præpositio ἀνὰ interdum auget, interdum nihil significationi addit, sicut nec cæteræ nonnunquam. Et Ἀναχαθαίρομαι significatione actiua. Plutarch. in Antonio, ἀναχαθαιρόμενος τὰ ὀπίσω τῆ πολέμου, persequens reliquias & repurgans. Ἀναχαθαίρειν τὸ περίσκομμα, pro Purgare offendiculum, dixit Nazian. accipiendo Purgare eo sensu quo Plinius dicit Fastidium purgare pro Tollere. In vulgaribus lexicis tamen ἀναχαθαίρειν exponitur hic Tollere. Vide infrà ἀπακαθαίρειν χάλυβες. Apud Platonem ἀναχαθαίρεσθαι pro Planè explicare, vel pro Persequi. vide Bud. Comment. pag. 310 & 1031. Apud Dionysium Areopagitam, Ἀναχαθαίρειν ῥῆμα, pro Sensum eius allegoricum explicare. Ἀναχαθαίρειν (inquit Budæus pag. 321) theologicum est verbum pro Allegorias anagogicas ad liquidum vsque sensum patefacere & explanare. ‖ Ἀναχαθαίρεσθαι dicitur sol in deliquio, quum luna solem subiens & eum nobis auferens, sensim præterlabitur, & eam partem solis quam nobis primùm abstulit, prætereundo reddit. Budæus ex Dionysio Areopagita, pagina 310 Commentit.

C. Ἀναχαθαρσις, Expurgatio, Perpurgatio. vel simpliciter Purgatio. ‖ Item (sequendo significationem quæ modò data fuit verbo ἀναχαθαίρειν) Allegorici sensus & reconditi anagogica explicatio. Vide Bud. Comm. 321, & 835.

Ἀναχαθαρτικὸς, Expurgandi siue perpurgandi vim habens, aut simpliciter, Vim purgandi habens, Purgatiuus.

C. Ἀπακαθαίρω, Expurgo, Repurgo. Item Abstergo, vt in hoc loco Xenophontis Pæd. 1, ἀπακαθαίρειν τὴν χεῖρα εἰς τὰ χρόμματα. Ex Plutarcho autem in Numa citatur, ἀπακαθαίρων τοὺς βαναύσους τύχας εἰς οἰκετῶν χεῖρας. ‖ Ἀπακαθαίρω, Lustro, Expio, apud Dionysium Areopagitā. B. pag. 322.

Ἀπακαθαίρομαι, Passiua voce vsurpatur interdum actiuè, pro ἀπακαθαίρω. Quum autem passiuā signif. habet,

significat Expurgor, Abstergor. Item Lustror, Expior. ‖Citatur præterea Ἀποκαθαίρειν τὴν κύλυφος ex Aristotele, De animal lib. 7, pro Detrahitur putamen. Vide suprà Ἀποκαθαίρειν τὸ περίττωμμα.

C. ΣΥΓκαλέω, Cõuoco, Cõgrego. συγκαλεῖς Suid. exponit συναγάγῃς. ΗΙΝC Συγκλησία, Conuocatio, Concilium: & dicitur de ſenatoribus, ſicut ἐκκλησία de populo: vt habent vulg. lexica.

Σύγκλητος, ου, ὁ, καὶ ἡ, Conuocatus. συγκλήτου στρατιώμασος, Eurip. Conuocati exercitus. q. d. conuocatitii, vel collectitii. Σύγκλητος vocabatur ἐκκλησία, id eſt concio quæ indicta erat. Demoſth. Pro corona, συγκλήτου ἐκκλησίας ὑπὸ στρατηγῶν σπουδῆς. Bud. p. 552. Schol. Ariſtoph. in Acharn. dicit ἐκκλησίας τοὺς μίμους & ἀσελγείας, id eſt legitimas & ſtatas, (id eſt ſtatis temporibus haberi ſolitas) dictas fuiſſe κυρίως eas quæ ob vrgentia quæ piam negotia conuocarentur, συγκλητος & προσκλητος. Vtrunque enim apud eum legitur in locis vicinis. Poſtea autẽ σύγκλητος βουλὴ dictus fuit Senatus Romanus, & σύγκλητος etiam, ſine adiectione: quæ appellatio frequens eſt apud Plutarchum & Herodianum. Dicitur & βουλὴ interdum ſine adiectione. Latini vocarunt etiam patres cõſcriptos. Soph. (ſcribit Euſtathius) σύγκλητον λέγειν dixit pro eo quod Homerus βουλὴν, ſubaudies σύγκλητον.

Συγκλητικὸς, ἡ, ὁ, Senator. Bud. ex Plut. & Luciano.

Σύγκλητος, ου, ὁ, Collectitius, vt quidam apud Suidam, ὁδὸς δὲ ἀσύμου καὶ σύγκλυδος ἔχλη ἔαχεος πρὸς αὐτὴν στειχομένη. Vſitatius eſt in plurali σύγκλυδες, vt σύγκλυδες ἄνθρωποι quod exponitur Conuenæ. Gall. Gens ramaſſez. Plut. ἐμὲ, εἶπεν, νὴ Δία τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἀλλαγμὸς ἡδὺς ἐστιν, ὥσπερ καὶ συγκλύδων ἀνθρώπων. Idem Sympoſ. 4, μαδᾶν copulat cum συγκλύδων: Iſocr. autem hos μαδᾶς συλλήβδην appellat.

ΚΑΛΕΩ, in vulg. lex. & Καλέομαι, pro καλῶ, Voco. ΥΝDE Προκαλέομαι, pro προκαλοῦμαι, Prouoco, Laceſſo. vt apud Homerum καίρειν Καδμείων προκαλίζειν. Et ſæpe apud eundem cũ infinitiuo, vt Il. γ, προκαλίζειν cum μαχεσασθαι. Et Il. η, Αλλ' ἴθι νῦν αὐτὸν προκαλίζειν. Et Od. η, — προκαλίζειν ὀϊζυρὸν ἐξανύσασθαι. Euſtath. ex προκαλῶ factum tradit eodem modo quo προμαχίζω ex προμαχῶ.

ΚΑΛΙΣΤΡΕΩ, ῶ, pro καλῶ, Voco. Eodẽ terme modo factum eſſe puto ex καλῶ, quo βωστρῶ ex βοῶ. Reperitur autem καλιστρεῖν apud Heſychium, qui exponit καλεῖν.

ΚΙΚΛΗΣΚΩ (apud poetas) idem quod καλῶ, Voco, Accerſo, Od. χ, — κικλήσκειν πατέρ' ἡμὸν, ὅς ἐφέζεται ἠνεμόεντι. Il. ι, Καλέσσω εἰς ἀγορὴν κικλήσκειν αἰδρείησι. Dicitur & κικλήσκομαι pro κικλήσκω, hac ſignif. Il. κ, — ἀλλ' ἄμοσις κικλήσκετο πάντας ἀρίστους. Interdum autem κικλήσκω eſt ἰωνικῶς καλῶ, vt in hoc loco Il. ι, Κικλήσκουσ' ἀίδαο καὶ ἐπαρσίου Περσεφόνειαν. vbi Euſtath. tradit nõ ſimpliciter καλεῖν ſed ἰωνικὴν καλῆσαν declarare. Κικλήσκω eſt etiã Nomino, vt καλῶ. Odyſſ. ι, Οὔτίς ἑμοί γ' ὄνομ' ἐστὶ, Οὖτιν δέ μιν κικλήσκουσι. Et paſſ. Κικλήσκομαι, vt Od. ο, Νῆσος ἥν Συρίη κικλήσκεται, εἴ που ἀκούεις.

ΚΕΛΟΜΑΙ ſunt qui à καλῶ deducendum putarint, (præcedẽte κέκλεμαι) itidem & κλέος (à quo κλείζω & κλῄδων) ſed quære κέκλεμαι cum ſuis compoſitis poſt κελάω, at κλέος & compoſita, poſt κλείω. ibi enim ea potius ponenda cenſui.

ΚΑΛΟΝ, ου, τὸ, Lignum. Heſiodus in Op. & D. Τέκτονα τοῖον ἐπιστάμενον δικαδαίρῳ ἁρμάξαι, Πάλλ' ἐπικαμπύλα κᾶλα. In vulg. lex. annotatur exponi funem à Valla apud Herodotum: ſic autem confunderetur κᾶλον cum καλῶς. Feſtus ligneas clauas à Græcis κᾶλα vocatas ſcribit, quas geſtantes ſeruos appellatos fuiſſe calones. Vide paulo poſt in καλοφέρος.

C. Καλοκοπέω, πῶ, Ligna cædo, ſeu findo. Ab Heſychio exponitur non ſolum ξυλοκοπῶ, id eſt ligna findo, ſed & σκηνοποιῶ, id eſt tabernacula conficio.

C. Καλόπους, οδος, ὁ, ΤΟ Καλοπόδιον, ν, τὸ, Ligneus pes (ad verbum) Lignea pedis forma qua ſutores vtuntur. Horatius formam dixit, 2. Serm. ſat. 3, Si ſcalpra & formas, nõ ſutor. Gall. quoque forme vocamus. Plato in Sympoſio, ἔχων δὲ τοῦτον ὄργανον οἷον οἱ σκυτοτόμοι πρὸς τὸν καλόποδα λαιστρεύοντες παρὰ τῶν σκυτῶν ῥοπίδας. Sic & apud Galenũ Therap. 9, οἱκεῖοι μὲν ὑπὸ ζηλοτυπίαν, ὅτι ἴσασιν, ἀλλὰ καὶ κατ' ἄλλο παροιμίαν ἐπὶ καλόποδι τοῦτο ἐποίουν. vbi tamen Eraſmus καλόποδα interpretatur calceamẽtũ. vertit enim, Quin magis iuxta prouerbium eodem calceamento calceãt omnes. (Vtitur autem Galenus hoc prouerbio aduerſus quoſdam imperitos medicos, qui non habita ratione morborum, eadem remedia omnibus admouebant) Sed Etymologus Κῶλον, καλοπόδιον eſſe ait ξύλινον πόδα, & Acron quoque in illo Horatii loco formas interpretatur καλοποδίτα, pro quo in vulg. edit. legitur calopodias. Apud Pollucem duobus locis habetur, in vno καλόποδες, pag. (vel potius colũna) 174. in altero καλόπους, col. 396. Scribit autem in illo priore loco, τοὺς δὲ ἀπὸ γήπεδα καὶ ἐπιρράπτοντας τὰ κῶλα ὑποδήματα, καλοπόδας, ἢ καὶ τοὺς τῶν χρείαν μόνον ἀπὸ καὶ τοῦ ἀρχαίου κέκλημένους. In

posteriore autem, post ὑμεῖς & ἐμέθεν ponit καλαὶ ἔπας ex Plat. Sympos. (ex illo opinor quem protuli loco) & subiungit, καὶ ἀδεσπότους ἢ αὐθαίμους καὶ χαλιμούντας. In illo quoque Galeni loco quædam exemplaria habent καλαμίδι.

Καλοπὸς (malè pro καλαπὸς) Hes. Ἀλοφηλάμους. Et sch. Arist. scribit solitos seruos appellari καλόπους & καλαπόνους, de quibus vide in Καλός.

C. Καλοπόνος, ν, ὁ, Ligna tũdens. Picus martius, ita dictus à tundendis arboribus. καλοπόνος, ὁ ποικιλόπους, Hesych.

C. Καλοφόρος, ν, ὁ, Qui ligna portat, Calo. Athen. Dipnosoph. 4, pag. 33, ἐπεὶ καὶ αὐτῶν ἀκολουθοῦσι δύο θεραπόντες ξυλοφόροι καλόν καὶ αὐτοὶ καλοφόροι. Seruio calones sunt qui militibus ligna portant: Festo, sunt militum serui, qui ligneas clauas gerũt. Citatur ex eodem Festo, Calones, calcei ex ligno facti. Quæcunque autẽ sit propria Latinæ huius vocis significatio, à κᾶλον deriuari minimè controuersum est.

Κάλπος, Ligneus. Nam ab Hes. κάλπα exponitur ξύλινα.

ΚΑΛΑΘΟΣ, ν, ὁ, Calathus, Quasillum. Dicitur κάλαθος (inquit Eustathius.) ἀπὸ τοῦ κᾶλον (id est ξύλον) & θεῖον, quod est χωρεῖν. κᾶλα γὰρ θέσπιν κυκλοειδῶς ὑφαινόμενα κάλαθοι. Sic alibi κάλαθος, ὡσὰν δηλαδὴ κᾶλα φέροντα κύκλῳ. quæ autem sint hæc ligna declarat alio loco, de hac voce κάλαθος scribens, ὅτι δηλαδὴ ἐπαρτίζουσι κᾶλα διὰ τοῦτο, ἤγουν ξύλα καὶ λύγοι φερομένους κύκλῳ. Animaduertendum est autem vbi dicitur ab Eustathio (pag. videlicet 1208, ὡσὰν φέροιτο, fieri fœmininum hoc nomen: quũ præcedat etiam ἡ ἀπὸ τοῦ Καλλιμάχου κάλαθος. Quam tamen scripturam reddit mihi suspectam hic eiusdem grammatici locus, pag. 1488, vbi postquam dixit θέλαρον posse etiã fortasse καλάθου appellatione significari, subiũgit, εἰ καὶ ἄλλως δημητριακοῦ καρποῦ συμφορὰς ὁ κάλαθος, ὡς καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ Καλλιμάχου δηλοῖ. Hoc autem eum intelligere puto de isto Callimachi loco, vbi τῷ καλαθῷ legitur Doricè pro τοῦ καλαθοῦ, non pro τῆς, initio hymni in Cererem, Τῷ καλαθῷ καπέπτης ὅπη φίγξασθαι γυναῖκας, Δάματερ, μάλα χεῖρε πολυβότειρα, πολυμήδιμοι, vel (vt alii) πολυμήδιμοι. Virg. Ecl. 3, — tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphæ calathis. Vbi Seruius, Sanè calathus Græcum est. nam Latinè quasillum dicitur. In vulg. lex. scribitur κάλαθον propriè dici sportulam vbi κάλαμη (id est tinctas lanas) reponebant: sed ad vasa tritici, vuarũ, lactis, & aliorum, translatum esse. Quæ quidem deductio apud Etymol. quoque habetur: sed eam planè repudio (quum & ipsa scriptura refragetur) ac potius alteram admitterem à κέλλα, quam idem subiũgit. Hesychius etiam vult κάλαθον fuisse in quo mulieres lanam reponebãt. Calathus apud Virgiliũ est etiã vas vinariũ, Ecl. 5, Vina nouum fundam calathis Ariusia nectar. Hesychio quoque κάλαθος inter alia est ποτήριον ὁ & ψυκτήρ. Vide & alias signif. apud eum.

C. Καλαθοειδὴς ές, ὁ, καὶ ἡ, Calathi formam habens. De calathi autem forma nos remittunt vulg. lex. ad Marcelli annot. in Dioscor. 4. HINC & Καλαθοειδῶς aduerb. In formam calathi.

C. Καλαθηφόρος, ν, ὁ καὶ ἡ, Calathum gestans. Καλαθηφόροι Hesych. οἱ τὰ μαγειρεῖα φέροντες.

Καλάθιον, ν, τὸ, & Τ. Καλαθίσκος, ν, ὁ, diminut. Paruus calathus. Schol. Callimachi in primum illum versum hymni in Cererem annotat, ὅτινες γὰρ λέγουσιν Ἀλεξανδρεῖς, ἐν ἀρχαιρεσίοις τῶν ἡμέρᾳ, ἣν ὁ χρόνος φέρει, ἔθος ἦν καλάθιον εἰς ἕμιον τῆς Δήμητρος. Apud Hesychium autem καλαθίσκος est etiam saltationis genus: sed suspicor Καλαθισμὸς legẽdum, de quo vide quæ sequuntur.

Καλαθισμὸς, ὁ, Saltationis quoddam genus, seu forma. Athen. lib. 14, χόρευμα δέ ἐστιν ἐγχώριον ἔνοπλον, καλαθισμὸς, καλαθιστὴς, (siue καλαθιστὴς) ὀρχηστὴς, στασιωτικόν.

ΚΑΛΙΑ, ᾶς, ἡ, Nidus. inidem λέγει τὴν κάλιον, id est à ligno. quòd nidi soleant esse ex bacillis & festucis compacti. Phocyl. Μηδὲ κάλιας ὄρνιθας καλιῆς ἄμα πάσας ἐλάσῃς. Vtitur & Lucianus pro nido. Significat autem & caueam, εἰσιόντων ἐπὶ δεῖπνα, inquit Pollux. id est, domuncalam auiariã. ¶ Ponitur καλιὰ & pro domo, propriè autem ea quæ est à ligno. κοινὸν, inquit Suid. ἐξ ὕλης ξύλινος. & addit, κᾶλα γὰρ ἔλεγον τὰ ξύλα. Quibus subiũgit hunc ex epigr. versum, Φασὶς τ' ἐχέτω πατρίδος καλιάν. Sed & pro quauis domo generaliter vsurpari constat. Vtitur sæpe Hesych. in Op. vt v. 371, de fraudulenta muliere loquens, — ἐπὶ δόμους καλιάν. Et v. 299, — ἐξότου δὴ πάλιν πίμπλησι καλιὰς καλιάν. Ceres videlicet. Et paulo pòst, Ὡς κέ τις αἰμάξῃ βίοτον πάντα καλιάν. Vbi quidam non totam domum, sed peculiariter horreum intelligendum putant. Obseruandum est autem ι in hoc nomine produci in his aliisque locis, (licut & in illo epigr.) quum tamen à Phocylide corripiatur.

Καλιὰς, άδος, ἡ, Tugurium, Domuncula. Plut. De defectu orac. 279, ὅτι γὰρ ἱερὸν καλιὰς ἐστὶν ἡ παρὰ τὸν ἄλσος ἐστία ἴσασιν, ἡ φωλεὰς ὀλίγης ἀλὰς μίμημα τυραννικὸν ἢ βασιλικὸν ἔχουσα οἰκήσεως. Ab eodem pro sacra domuncula id est sacello, videtur poni non semel: vt in Numa, ναοὺς ἢ καλιάδας ἱερὰς. Et in Camillo, ὡς οἶκον ὄντα τοῦ Κρίου καλιάδα.

Καλὸς, ᾶ, ὁ, Cauea. Cratinus apud Pollucem, ὡς τὸν καλὸν, εἰ τύχοι, καθείργνυται. Item Domuncula, Casa. In vulg. lex. annotatur καλιὸν, sicut & κελιὸν, apud Dionys. Halic pro fano siue sacello sumi: vel potius καλιὰς esse quas Vitruuius cellarum ædiculas vocet, vulgò dictas nidos. ¶ Καλιὸς, Carcer, Hes. Item Lignum quod & κλοιὸς vocatur, Hes. & schol. Aristoph.

Καλίδιον, ν, τὸ, Domuncula, Tugurium. ἢ οἱ μικροὶ οἶκοι, inquit Hesych. καλιαὶ καὶ καλίδια. Citat Pollux ex Eupolide.

ΚΑΛΑΥΡΟΨ, οπος, ὁ, (potius quàm Καλάῦροψ) Pedum, propriè quod in summo est repandum, ῥόπαλον, ὅπερ καμπύλον ἐν ἀκρῳ ἔχει vocatum quasi κᾶλον αὐ ῥόπον. Eust. pag. 1332, & 1815, Hom. Il. ψ, Ὅσσοι τὸν ἔρριψε καὶ αὐρόπια βουκόλος αἴγας. In vulg. lex. citatur & hic locus, — καλαύροπά τε μηχίαν Κάδδαλε. vbi exponitur ῥάβδον ποιμενικήν. quæ expositio est Hesychii, qui Καλαύροπα dicit esse ποιμενικὴν ῥάβδον & βουκολικήν. ¶ Τ καλαύροπον apud eundem Hesychium Lignum quo boues percutiuntur.

ΚΑΛΟΣ, λὴ, λὸν, Pulcher, Formosus. Il. χ, Καλὸν δ' οὔτ' ὀπιθεν οὔτε κατόπισθεν ἰδέσθαι ἐφθαλμοῖσιν, Οὔθ' ὑπὸ γαστρός. Et Il. φ, Οὐχ ὁσίας εἶος κἀγὼ καλός τε μέγας τε; Sic καλὴ θυγάτηρ, Od. θ. Sic passim & in soluta oratione vsurpatur: apud quos interdum infinitiuum ἰδεῖν adiunctu habet, vt apud Plut. in Romulo, καλὸς ὀφθῆναι, pulcher aspectu. Dicitur & καλὸς πρὸς ὄψιν. vt apud Athẽ. 12, Theopompus Tyrrhenorum vxores esse dicit καὶ πρὸς ὄψιν καὶ πρὸς ἕξιν καλάς. Legitur & καλὸς τὸ σῶμα, sub. κατά. vt Xen. τοὺς καλοὺς τὸ σῶμα τε & τοὺς ἀγαθοὺς τὰς ψυχὰς dixit. Interdũ καλὸς & εὐειδὴς copulantur: vt apud Plat. in Crit. καλὴ τε εὐειδὴς γυνὴ, pulchritudine eximia fœmina, Cic. interpr. Huic opponitur αἰσχρὸς: sicut & καλὸς oppositum habet αἶσχος. Vruntur & de rebus inanimatis, vt χλαῖναν καλὴν, Od. ω, & ἅμαξαν καλὴν, Il. ω. Sic Κρήτη καλὴ καὶ πίειρα, Od. τ. Cic. apud Plat. καλὸς ἂν εἴη ὁ κόσμος vertit Pulcher est hic mundus. Pro loco tamen cui adhibetur, interdum Decens, vel Decorus; interdũ Egregius redditur. Sæpe autem καλὸν per Honestum exprimitur. Sic apud Hom. Od. θ, Ξεῖν' ἦ καλὸν ἔειπες (subaudito μῦθον) non honestũ sermonem protulisti. Et Od. ρ, Αἰνότατ', εἰ μὲν καλὰ & ἐεθλὰ ἐείρεαι (sub. ἔπεα) nõ honesta verba. Apud eundem Il. ρ, εἰ μὲν καλὸν ἐνὶ δήμῳ ἀμύνασθαι, sub. δεῖ. Res est inhonesta, vel res est indecens. Cicero καλὸν non solùm Pulchrum, Honestum, verum etiam Præclarum, alicubi & vtile interpretatur. Vide meum lex. Cicer. Idem ἐπὶ ψυχῆς καλὰς apud Plat. vertit Cogitationes bonas. Καλὸν interpr. etiam possumus alicubi Laudabile. vt Eustath. in illo loco Odyss. ν, — οὐ γὰρ καλὸν αἰτίμητον ἐὸν δίκαιον ἀπολέσθαι, docet καλὸν esse ἔπαινον ἔχον. Sic Thuc. 3, καλὸν αὐτῷ, ὅτι πρὸς ξυμμάχους ξυνεπέσθαι, Aitolis honestum, gloriosum ei fore. Sic apud Xenoph. τὸ καλὸν pro τὸ καλῶν, eodem sensu, τὸ καλὸν ἦν αὐτοῖς ἑρμᾶν, ἀλλὰ μεθερμηνεύειν. Sic τὸ πρέπον, Nõ gloriosum, aut non laudabile esse dicebat. Vel, Non honestum, vt Bud. vertit. Paulo pòst autem τὸ καλὸν alia signif. vsurpatum videbimus. Annotat quidam καλὸν appellari à philosophis quod quouis modo pulchrum fiat τὸ καλὸν, eximium illud ac verè pulchrum siue honestum quod à virtute proficiscitur. ¶ Nonnunquam

τὸ καλὸν ſubſtantiuè ponitur, ſicut τὰ καλὰ, & tum vertitur Decus, Ornamentum: vt apud Eurip. τὸ καλὸν τοῦ βίου. Citatur & ex Iſocrate, τὰ τῆ πατρίδι καλὰ, pro Patris ornamenta. Fortaſſe autem rectius interpr. Patris egregia facta. ¶Καλὸν etiam pro commodo dicunt. nam Lucianum obſeruaui in dialogo qui inſcribitur πρόσωπον ἢ δίκαι, quod vno in loco dixerat ὡς δικαίῳ, poſtea dicere ὡς καλῷ. Ita enim prior habet locus, οἰκίαν πρὸς ἣν οἰκοδομοῦμαι ὡς δικαίῳ, poſterior autem, ἢ οἰκία ὡς καλῷ τῆς πόλεως οἰκοδομεῖται. In quibus ſubaudio χωρίῳ vel πρέπει. At Xen. Hell. 6, ἔστι δὲ μεταξὺ Κέγχρεων ὡς καλῷ μάλα τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ, & τῶν πόλεων αἱ &c. vulgò exponitur Sitã eſſe in loco peropportuno ad trajiciẽdũ in ſinũ Corinthiacũ & in vrbes quæ &c. vt ſit ὡς καλῷ πρὸς κόλπον καὶ πρὸς πόλεων pro ὡς καλῷ τῷ εἰς τὸν κόλπον καὶ τὰς πόλεις πρόσκειται. & quidem ita vt genitiuus τῆ προσκείμου reſoluatur in præpoſitionem cum accuſat. hoc modo, ὡς καλῷ πρὸς τὸν εἰς τὸν κόλπον καὶ τὰς πόλεις προσκείμου. de qua expoſitione dicetur & paulo póſt. Thucydides καλῶς προσκείμου & καλῶς ὡς προσκείμω dicit, vt poſtea docebitur. Οὐκ ὡς καλῷ τῷ) cũ infinit. dicitur etiam pro Non cómodũ eſſe, Incommodum eſſe. Xenoph. Hell. 4. pag. 303, νομίσαντες οὐκ ὡς καλῷ τῷ) πρὸς τοὺς ὁπλίτας ἐκπολεμοῦν. Sic apud Soph. — τοῦτο γὰρ ὡς καλῷ φρονεῖν pro δίκαιόν ἐστι. Rurſum Xen. in eadem ſignif. articulum τῷ interiicit: vt in loco paulo antè citato ex pag. 341, poſt ὡς καλῷ τῷ Κορινθιακῷ κόλπου, καὶ τῶν πόλεων αἱ ὅπη τοῦτον καθήκουσιν, addit ὡς καλῷ δὲ τῷ ἐν Λακωνικὴν χωρεῖν βλάπτειν. Vbi videtur ſubaudiendum aduerb. ἔνθεν, quod & in præced. aptè ſubaudietur: vt ſit ὡς καλῷ ἔνθεν τῷ Κορ. κόλπου καὶ τῶν πόλεων. Eadem particula in omnib⁹ huiuſmodi locis ſubaudiri poſſe videtur, & omnibus quadrare: quum alioqui non in omnibus ita reſolui poſſit genitiuus, vt modò reſoluimus τῷ κόλπου & τῶν πόλεων. vbi autẽ hic quoq; ſubaudieris ἔνθεν, & dixeris ὡς καλῷ ἔνθεν τῷ κόλπου, tunc ἔνθεν τῷ κόλπου reſolui poterit in ἔνθεν τῷ εἰς τὸν κόλπον προσκείμενον. Sed vt aliter potius reſoluendum exiſtimem facit quod habetur in eodem loco, in fine ipſius clauſulæ, ὡς καλλίστῳ δὲ τῷ πρὸ αἰπεινοῦ ἠπείρου καὶ τῷ εἰς Γεραιστὸν ἀπὸ Σικυωνίας προσκείμου. ſi enim hic ὡς καλλίστῳ ἔνθεν τῷ πρὸ ἠπείρου accepiſſet pro ἔνθεν τῷ εἰς τὴν ἤπειρον προσκείμου, tunc vocem προσκείμου vtrique parti ſeruire volens, ita dixiſſet, ὡς καλλίστῳ τῷ εἰς τὴν αἰπεινὴν ἤπειρον καὶ εἰς τὴν Γεραιστὸν πρόσκειται. Budæus tamen exponit Commodiſſimè ad trajectum in continentem. Apud Thucyd. autem lib. 5, ἀλλ' ὡς καλῷ ἦν μάχῃ ἰσόκλειτ ἔσεσθαι, exponitur à ſchol. ὅτι συμφέροντ. At Xen. ὡς καλῷ aliter etiam vſurpauit. nam οὐκ ὡς καλῷ ἔφη αὐτοῖς ὁρμεῖν accepit pro Non honeſtum eſſe dicebat. vt vult Bud. Apud Polyb. ὡς καλῷ ἥδεσθαι interpr. In tuto collocare. vbi ſcribit, ὡς καλῷ ἡδέσθαι ἀπεδέξαντο τὰς κατὰ τοὺς Κιλικας. Sic autem Εἰς καλὸν, vel Ἐς καλὸν, pro Commodè, vel Auſpicatò, alia tamen conſtructione. Plato Symp. εἰς καλὸν ἥκεις ὅπως σωθῇς ποτε. Sic Xenoph. in ſuo & ipſe Sympoſio, εἰς καλὸν γὰρ ὑμῖν συμπεπτώκαμεν.

Καλὰ ἱερὰ (vnde compoſitũ καλλιερεῖν) Læta exta, vt quidam reddũt: vide in Ἱερά. Plinius de ocimo loquẽs, pro eo quod Theophraſtus dixerat εὐμίλλως καλὸν ἔσεσθαι καὶ πολύ, ſcribit, Vt lætius proueniat, tranſlata videlicet ſignif. vt quum arua læta, ſegetes & fruges lætæ, herbæ lætæ, pabula læta à Virg. dicuntur. Vide in aduerb. καλῶς, pro eodem poſita καλῶς & εὐδαίμονος.

Καλὸς κἀγαθὸς, vel Καλὸς καὶ ἀγαθὸς, (contra Suidam) Bonus, Cic. interprete apud Platonem. Si bene recordor eorum quæ de vſu harum vocum coniunctè poſitarum obſeruaui, tribus modis vſurpantur. nam interdum illis ſignificatur Vir probus, Vir æqui & boni amans. Gall. Vn *homme de bien*, vel Vn *honneſte homme*. Et aut omnino vacat καλὸς (vt videmus καλὸν κἀγαθὸν verti ſimpliciter à Cicerone Bonum, vt & à Suida Heſychióq; καλοκαγαθία ſimpliciter exponitur ἀγαθότης) aut id ſignificat quod Gallicè Honneſte, quum dicim⁹ Vne *bóne & honneſte perſonne*. quæ videntur illis duabus vocibus Græcis reſpondere. Exemplo autem eſſe poterit ille Platonis locus vbi Cic. καλὸν καὶ ἀγαθὸν vertit bonum: & ei opponitur ἄδικος ἢ πονηρός. Eſt autem in Gorgia, τὸν μὲν δὴ καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἀνδρα καὶ σοφὸν, εὐδαίμονα εἶναι φαμὲν τὸν δὲ ἄδικον καὶ πονηρὸν, ἄθλιον. Hic autem obſeruandum eſt, vt Plato τῷ καλῷ ἢ ἀγαθῷ opponit τὸν ἄδικον (addens & πονηρὸν) ſic à Xenophonte τῷ ἀγαθῷ & καλῷ προσκείμενον opponi τὸν αἰσχρῶπα. Pæd 3. p. 38, πῶς οὖν προσκεῖσθε εἰκὸς ἐστὶ πότερον ὡς ἀγαθὸν ἄνδρα ἢ καλὸν προσκείμενον τιμᾶτε, ἢ ὡς αἰσχρῶπα, ἵν' ἀλγῆς, καλάζεις. Obſeruandum etiam aduerſus Suidam in illo Platonis loco καλὸν καὶ ἀγαθὸν abſque ſynalœphe dici. Sic Plutar. πῶς ἄν τις αὐτὸν ποιήσαιτο προσκείμενον. dixit ἢ καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐγκαλλωπίσασθαι. vbi Eudæus καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς interpr. bonos & graues. Sunt qui καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς à Græcis vocari putẽt eos qui vtriſque bonis ornati ſint, videlicet bonis externis (quæ ſunt fortunæ & corporis) & bonis animi. Porrò vt copulantur καλὸς & ἀγαθὸς apud Græcos, ſic in vernaculo ſermone copulam⁹ in nõnullis loquendi generibus *Bel & bon*, item *Bien & beau* aduerbialiter. ¶Secunda ſignificatio harum vocum καλὸς κἀγαθὸς eſt quum dicitur de viro ſtrenuo. q.d. Qui bonam operam nauat bello. Quod & ipſum exprimimus ſermone noſtro, quum dicimus quẽpiam imperatorem habere, *un grand nombre de bons hommes*. Sed & eos milites qui ſtrenuè ſe geſſerunt, dicimus *ſe ſtre monſtrez gens de bien*. Demoſth. in Epit. ἀλλ' ἐπὶ μὲν ἐκεῖνον αὐτοῖς προσῆν ἅπασι τοῖς ἄλλοις, καλοῖς κἀγαθοῖς καὶ δικαιοπράγμοσιν εἶναι. Non enim hic καλοῖς κἀγαθοῖς & δικαιοπράγμοσιν conjunguntur, ſed ſeparantur. nam dicit hos non fuiſſe ſolùm viros fortes & ſtrenuos, verumetiam iuſtiſſimos. quum alioqui martii viri plerunque iuſtitiæ cultores non ſint, ſed potius nihil non arrogent armis. In hac autem ſignificatione planè otioſum eſſe vocabulum καλὸς oſtendunt compoſita ἀνδραγαθία & ἀνδραγαθίζομαι, pro Strenuitas, & Strenuè me gero. ¶Tertia ſignificatione dicitur καλὸς κἀγαθὸς, vel potius plurali numero καλοὶ κἀγαθοὶ, eodẽ planè modo quo Latinè optimates, & quo Gall. dicim⁹, *Qui ſont de bonne maiſon*, vel *de bon lieu*. Vt verò Latinorũ vox optimates reſpondet Græcæ ἀγαθοὶ, ita quod ab iiſdẽ dicitur Honeſti homines, itẽ Honeſto loco nati, & quod nos quoque Hõneſtes gens pro *Gens de qualité*, reſpondet illi alteri vocabulo καλοί. Xenoph. Pæd. 4. pag. 60, καὶ νῦν εἰ πῶς καλῶν κἀγαθῶν ἐφίεσθε Περσῶν τε δεῦρο πεζεύειν. Sic Thucyd. καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ ὀνομαζόμενοι. Et Plutarch. Pericle, πρὸς καλοὺς κἀγαθοὺς καλουμένους ἄνδρας. Citatur & ex eodem in Publicola locus vbi nõ καλουμένους dixit, ſed νομιζομένους: & tamẽ pro patriciis accipi putatur: τῶν καλῶν κἀγαθῶν νομιζομένων εἶναι. ¶Nõnunquam & ἔργον dicitur καλὸν κἀγαθὸν & frequentius plur. καλὰ κἀγαθὰ ἔργα, Honeſta facta, vel potius Egregia facinora, aut Res præclaræ. Xen. Pæd. 1. p. 14, ἀλλ' ἐπίστασθε σαφέστατα ὑμῖν αὐτοῖς ἀπὸ παίδων ἀρξάμενοι αἰσχυνταὶ ὁπόταν τῶν καλῶν κἀγαθῶν τι ᾖ ἔργον, ἢ μὴ ὅτι πειρᾶσθαι. Idem alibi, τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἔργων ἐξικνεῖσθαι. Iunguntur hæc duo adiectiua & cum aliis ſubſtantiuis: vt apud Dem. καλαὶ κἀγαθαὶ μαχαῖραι, Gall. *belles & bonnes*. Xenophon autem aliter etiam vſurpauit καλὸν κἀγαθὸν, Pæd. 7. pag. 107, ἐπεὶ ἐγὼ μὲν δὴ σοὶ πάντα τὰ ἐμὰ παρεσκεύασται Ἀνδῶν εἶναι παρὸ, τι καλὸν κἀγαθὸν ἔδοξεν εἶναι Σαρδέσιον. Gall. Tout ce qu'il y a de bon & de beau. Quod non tam commodè exprimitur verbis Latinis, Quicquid pulchri & boni. vel Quicquid belli & boni. Diceretur enim potius, Quicquid præclarum & eximium.

Hinc Καλοκἀγαθὸς, Καλοκαγαθία, & Καλοκαγαθικὸς per compoſ. Eſt autem καλοκἀγαθὸς, Probus, Bonus, vt à Cic. redditur καλὸς καὶ ἀγαθὸς ſuprà. A quibuſdam vertitur, Probus ac honeſtus. Annotat Bud. ex Ariſtotele, dici ὅτι τῷ πλέως σπουδαίου, id eſt de eo qui eſt abſolutæ & conſummatæ probitatis. ¶Καλοκαγαθία autẽ eſt Probitas, vel (ſequendo illã τὸ καλοκἀγαθὸς interpretationẽ) Abſoluta & conſummata probitas. Exponitur & Integritas, item Morum honeſtas. Xenoph. πρὸς αἰσθάνεται ὅτι καλοκαγαθίαν ἄγει. Demoſth. & Iſocr. καλοκαγαθίαν & κακίαν inter ſe opponunt. Idem Iſocr. addit genitiuum τρόπων, id eſt morum, dicens, πῶς δὲ τῶν τρόπων καλοκαγαθίας πλημμέλειαν, id eſt Morum honeſtatis, Morum integritatis. ¶Tertiũ compoſitum eſt Καλοκαγαθικὸς ex καλοκαγαθία deductum. Eſt autem καλοκαγαθικὸς in vſu apud poſterioris ſeculi ſcriptores, pro καλοκἀγαθὸς. Plut. βιωφέλιμος πρὸς πολίτας εἰς σωφροσύνην ἔχειν τῷ βίου ἕξιν

μαπόλιν καὶ καλοκαγαθίαις ἀνθηρᾶζ. Idem in Themistocle Aristiden (qui cognominatus fuit iustus) vocat καλοκαγαθεῖν τὸν βίον, eodem modo quo Isocrates genitiuum βίου ad nomen καλοκαγαθίαν adiunxit. Caterùm in his compositis α tertiæ syllabæ subscriptum ι non solet habere: quanuis alioqui habeat quum hæc nomina separatim scribuntur.

Καλλίων, vide in fine col. sequenti.

Καλῶς, Aduerb. Pulchrè, Honestè. cui opponitur αἰσχρῶς, id est Turpiter. Plato Sympos. ἀλλὰ καλῶς μὲν σφόδρα, καλὸν αἰσχρῶς δέ, αἰσχύν. Xenoph. καλῶς καὶ δημοσίως dicere videtur pro Honestè & Decenter, Pæd. 1, ὡς καλῶς οἰνοχοῆ καὶ δημοσίως. Apud Isocr. Panath. οἱ καλῶς γεγονότες (quod & εὖ γεγονότες dicitur) καλῶς πεπαιδευμένοι καὶ πεπαιδευμένοι, Honestè nati, Honestè educati & instituti. Sed Lat. pro Honestè nati dicunt Honesto loco nati. Horatius tamē pro eodē Bene natum dixit. ¶ Apud Dem. καλῶς ἔχει, honestum est, B. ὅτι γὰρ καταπεπτωκὼς πέπτων εἶχε καλῶς. Synes. ep. 155 ἐξῆν τὸ καλῶς ἔχον ἐκ διὰ πόσου σκέπτειν, & quia honestum est. Isocr. πεπειραγχείρηκα καλῶς ἔχει, Conatus est honestus, vel (vt alii interpr.) Conatū laudi dignū est, aut Laude dignū est. Καλῶς ἔχω, Bellè habeo, Valeo. Luc. de salt. τὸ δὲ ὠφελεῖσθαι τῇ πάνυ λεπτῶς ἐπιβῆναι, καλῶς ἔχει, ὡς ἐστιν. ¶ Καλῶς idem quod ὀρθῶς, Rectè, Benè. Budæus alicubi interpr. Rectè atque ordine. vt in hoc Symposii Plat. loco, καλῶς μοι δοκεῖς καταρξάσθαι τοῦ λόγου, rectè atque ordine mihi videris disputationem instituisse. Sic in hoc Demosthenis σκῆπ. loco, ὁ Σόλων πῶς νόμους ὡς καλῶς κεῖσθαι ἔμελλε; quàm rectè atque ordine leges promulgadas Solon instituerit? Ciceronianas huiꝰ aduerbii interpr. vide in meo Cic. lexico. Rursum variis modis cum verbo ἔχειν iungitur. Καλῶς ἔχει πάντα, rectè se habent omnia. Demosth. Olynth. 3, ἃ δὴ πάντ' εἶχε καλῶς πάλαι, καὶ νῦν οὐκ ὀρθῶς; Vt verò hic opponit καλῶς & οὐκ ὀρθῶς ἔχειν, ita ibidem καλῶς & αἰσχρῶς: scribens, ἃ μὲν πάντων πάντα καλῶς ἔχει, πολὺ ἐμοὶ σφόδρα αἰσχρῶς. Sic autem Lat. dicitur, Omnia bellè se habent. Xenoph. ἐπεὶ δὲ θύσαντι καλῶς εἶχεν, id est Sacrificiis ritè peractis. B. Idem, ὅσου ἂν καθ' ἡμέραν ἴσον ἑδόκει αὐτῇ καλῶς ἔχειν, Cōmodum esse. Et sic subinde. B. Item cum infinit. καλῶς ἔχει πιεῖν δοῦναι. Idem Xenoph. Pæd. 4, ἅμα δὲ ἴσως καλῶς ἐδόκει ἔχειν αὐτῷ μὴ πάλιν κινδυνεύειν. id est, E re esse, Expedire. Potèst autem αὐτῷ iungi etiam cum ἔχειν. nam dicunt etiam καλῶς ἔχει μοι πιεῖν τοῦτο. Obseruaui autem alicubi & participiū personæ pro infinit. vt apud Thucydidē lib. 8, ὅ, τι αὖ πείσωσι ἀλλήλους, τοῦτο πιεῖν καλῶς ἔχειν, pro καλῶς ἔχειν αὐτοῖς πιεῖν δοῦναι. Interdum verò res ipsa dicitur καλῶς ἔχειν ἅμα pro Conducere. Idem Thucyd. lib. 4, καὶ ἅμα εἰ καλῶς σῖτα ἔχει, videlicet ἡ ἐπιχείρησις, Si illis cōduceret, εἰ συμφέρει αὐτοῖς. vt schol. exponit. Hanc autem significationem habet καλῶς iunctum etiam aliis verbis, aut certè valde affinem: quum videlicet capitur pro Commodè. vt Thucyd. lib. 1, ὥστε πολὺ κρεῖσσον καλῶς ἂν ἄρχοι ὑμῶν πολεμεῖν, proinde quum liceat vobis commodè bellum suscipere. Idem eodem lib. ἅμα δὲ τῆς Ἰταλίας καὶ Σικελίας καλῶς φαίνεται αὐτῆς ἡ νῆσος ἐν θαλάσσῃ κειμένη. Quo aduerbio eadem in re vtitur, sed θαλάσσῃ dicens, quod hic ἐν θαλάσσῃ. Scribit enim, τῆς γὰρ Ἰταλίας καὶ Σικελίας καλῶς θαλάσσης κεῖται. Pro quibus Diod. Siculus dixit, διὰ τὸ πλεῖν κύκλῳ ἀφανῶς κεῖσθαι πρὸς τὴν εἰς Σικελίαν πλοῦν. Rursum Thucyd. lib. 3, καὶ ἅμα τῷ στρατῷ Δημαίνετος πλέοντος καλῶς αὐτοῖς ἐδόκει ἡ πόλις καθίστασθαι. In quibus locis subaudiendum existimo aduerb. ἴσως, à quo regātur genitiui θαλάσσης & πλέοντος. nam & schol. in hoc posteriore loco, τῷ στρατῷ Δημαίνετος πλέοντος resoluit in ἅμα τῷ στρατῷ Δημαίνετος πλέοντι. Vide in καλῶς supra. ¶ Καλῶς πράττειν, Felicem esse, Feliciter res suas gerere. Aristot. Polit. 7, ἀδύνατον δὲ καλῶς πράττειν τοῖς μὴ τὰ καλὰ πράττουσι. Huic opponitur κακῶς πράττειν. ¶ Καλῶς ἀκούειν, bene audire: cui opponitur κακῶς. Plut. Apophth. ἔφη σοῦ ἀκοῦσαι [ὁ Φίλιππος] ὅτι σοὶ ἡμᾶς αὐτοὺς δεῖ καὶ τὸ καλῶς καὶ τὸ κακῶς ἀκούειν. ¶ Καλῶς cū partic. ποιῶν interdum per Meritò interpr. interdum & aliter. Demosth. Philipp. 4, μᾶλλον δὲ τοῦτο ἡ τύχη καλῶς ποιοῦσα, μᾶλλα πεπόηκε τὰ κατά, fortuna meritò auxit annuos reip. reditus. Ad verbum Rectè faciens. Sic Æsch. in Ctesiph. ἃ φασὶ μὲ δυστυχῆ εἶναι, ὡς δ' ἴσασι, καλῶς πεποιῶ. Aristoph. Pluto, καλῶς πίνειν ποιῶν ἀπόλλυται, meritò perit. Eudæus hoc Gregorii εἰς Βασίλειον, Ὃ γὰρ ἐμοὶ καλῶς ποιεῖν καὶ σοὶ δραμεῖν, reddit, Quod vt decuit & debuit, concurrit. Sæpe autem in hoc genere loquendi locum aduerbii καλῶς occupat εὖ. Sciendum est autem & inuerti constructionem huius formulæ dicendi: vt Xen. Pæd. 7, pro ποιεῖς καλῶς πιών, dixit καλῶς πίνεις ποιῶν. q. d. Bene facis quòd prouideas. Interdum inseritur & καὶ antè καλῶς πίνεις, præcedente verbo eiusdem modi, & quod ad eundem refertur ad quem verbum πίνεις. vt Demosth. Pro cor. εἶτα τῷ πρώτῳ γεγραμμένῳ αὐθρῶν ἀγαθῶν μέμνησαι, καὶ καλῶς πίνεις. ¶ Interdum καλῶς est approbantis quæ dicta sunt, pro Rectè, vt apud Demosth. in orat. πρὸς Βοιωτόν, Εἰ οὖν ἔφην τῷ δημοσίῳ, εἰ μᾶλλον ὅστις ἐγγεγραμμένος ἔστιν ἐμοῦ ὑπὲρ τῆ Διὰ εἰσιόν) πάντες πάντες ἂν ὠφελεῖν. καλῶς. εἰ δ' &c. Id est (Bud. interpr.) Quòd si iste damnetur & publicè mulctetur, quid magis mulctæ iudicatus erit quàm ego? Scient omnes, credo, vter reip. debitor fuerit. Probè. Quid autem, si &c. In vulg. lex. notatur καλῶς esse aliquando gratias agentis, vt Terentio Rectè. Item πάνυ καλῶς apud Aristoph. esse renuentis: sicut & κάλλιστ' ἴσως. Suidas de καλῶς testatur vsurpari ὅταν παραιτῆς καὶ ἀπείπῃς, apud Aristoph. Vide Κάλλιστα. ¶ Idem Suidas καλῶς apud Thucyd. ait esse ἀνεξικάκως καὶ φιλανθρώπως, in illo videlicet loco præfationis, οἷς κέσμις καλῶς πάνυ δρᾶν. quæ expositio est & in ipso scholiaste. Sed ego tamen καλῶς puto simplicius accipiēdum esse pro Rectè, id est peritè & ex arte. ¶ Καλῶς cum γίγνομαι pro Iucundè vel Hilariter videtur accipi in hoc Athenæi loco, ὡς οἱ περὶ Πλάτωνα διετρώπτης, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ καλῶς γένεσθαι. nam Plut. pro eodem dicit, ὡς οἱ περὶ Πλάτωνα δειπνήσαντες, καὶ εἰς αὔριον ἡδέως γένεσθαι. quod Timotheus Platonem alloquens apud Cic. Vestræ quidem cœnæ non solùm in præsentia sed etiam postero die iucūdæ. Hic autem obseruanda etiam sunt hæc aduerbia cum verbo γίνεσθαι de persona dicto.

C. Καλοποιῶ, ῶ, Pulchrum reddo seu venustū, Orno, Como. Exponitur etiam (in vulg. lex.) Bonum facio, itē Benefacio. & ita significabit non solùm καλὸν ποιῶ (accipiendo καλὸν adiectiuè) sed etiam τὸ καλὸν ποιῶ.

C. Καλόπους, οδος, ὁ, q. d. Pulchripes, id est Pulchros habens pedes, id est Pulcher: intelligendo ex parte totum. Et ita accipio verba etiā Suidæ scribētis, καλόπους ἀπὸ μέρους καλή. Quæ perperam intelligentes aliqui vulg. lexicorum consarcinatores dixerunt καλόπους epithetum esse partis. Vtitur autem Hesychius eodem loquendi genere in καλλίσφυρος, subiungens καλή, ἀπὸ μέρους εὔρυθμος. Sed in aliis præterea multis vocibus scimus poetas totum ex parte itidem indicare. ¶ Aristoph. schol. in quendam locum Aurū annotat solitos ἡσυχάσαντας quosdam vocari καλόπους & καλοιωνίστας. vbi suspectū mihi est καλόπους.

C. Καλωπὸς, ὴ, ὸ, καλή, Pulcher vel Pulchra aspectu, Qui vel quæ est pulchro aspectu. Hesychius tamen habet καλωπεῖς, sed repono καλωπεύς: vt sit καλωπὸς dictū sicut ἀωπὸς, aliàque nonnulla. HINC Καλωποδιώκτης, Qui cō sectatur pulchros. Nā apud schol. Aristoph. legēdū censeo καλωποδιώκτας non καλοποδιώκτας, nec καλαποδιώκτας, vt Aldinū etiam exemplar habet, & Suidas in voce ἄγελος, eadem quæ ille scribens, vel potius ea ipsa verba ex illo describens, sicut & alibi sæpe.

COMP. Καλλίων, SVP. Κάλλιστος, Pulchrior, Pulcherrimus, vel Honestior, Honestissimus, & sic in cæt. signif. Et Κάλλιον, Pulchrius, Honestius, Decentius. Item Melius, Commodius. Sic & Κάλλιστον, Pulcherrimum, Honestissimum, &c. Hom. Il. θ, — φάσθαι δίοτι κάλλιον ἦεν. Et Il. ω, Οὐ μὲν οἱ πάγχυ κάλλιον, οὐδὲ τ' ὄμεινον. Pro καλὸν autem summi interdum Eustath. docet. Superl. Κάλλιστος de Ganymede, Il. υ, Ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων. Vt autem καλὸς cum accusat. iungitur interdum, (sub. præpos. κατ') sic & superlat. vt εἶδος κάλλιστος, Xen. Forma pulcherrimus, Facie pulcherrimus, Formosissimus. Et τὸ εἶδος κάλλιστον, apud eundem. Inuenitur & κάλλιστος τὸν μορφὴν pro κάλλιστος τὸ εἶδος. Ab hoc nomine κάλλιστος fit aduerb. Κάλλιστα, id est Pulcherrimè, Optimè. Cic. vtroque modo

interpr.in meo Cic.lexico.Xen.ὡς αὖ δεῖ καλλίστη ἔχειν, Pæd.4.Interdum exponitur Commodissimé. In vulg. lex. ex Aristoph. citatur κάλλιστ' ἴσπιθι, & esse dicuntur verba renuẽtis,vt πάνυ καλῶς. Cuius significationis aduerbii καλῶς facta fuit in καλὸς mentio,ex Suida. Bud. ex Aristoph. βατρ. citans κάλλιστ' ἴσπιθι,verba esse ait modestè recusantis.Idem alibi scribit, verba hæc esse laudantis inuitationem vel conditionem obla tam,nec tamen accipientis. Verùm notandum est in Ald. editione interiectam esse distinct.inter κάλλιστ' & ἴσπιθι in ipso textu:sed non apud schol.

Καλλιόω fit à comparat. καλλίων,sicut Καλλυνίνω à superlatiuo κάλλιστος.Est autem Καλλιόω, Pulchrius seu venustius reddo.q.d.Pulchrioro. sicut βελτιόω sonat Melius reddo.quod barbarè dicitur Melioro,vt Gall.meliorer. In vulg. tamen lex.exponitur καλλιόω, Venusto(id est Venustũ reddo,nõ Venustius reddo)quibus nõ assentior.

Καλλιστεύω,autẽ(vt ab ἄριστος fit ἀριστεύω)Pulcherrimus sum, siue formosissimus,aut pulcherrima,siue form. κάλλιστός εἰμι, vel καλλίστη εἰμί. Herod. lib.1,ἐξωνέοντο παῖ καλλιστευούσας,id est ἀνεδιδάσκοντο,vt ibidem loquitur. Citatur ex eodem καλλιστεύειν γυναικῶν πασῶν. Vbi constructionem habet superlatiui,videlicet genitiuum.Vtitur Plut.& alii. ‖Καλλιστεύω, Præstãtissimè me gero, vel Optimã operã nauo,vt à Valla exponitur.In vulg.lex. καλλιστεύων ὁπλιτῶν,strenuissimus propugnatorum. Καλλιστεύομαι pass.habetur apud Eurip.Medea, Πέμψω γὰρ αὐτῇ δῶρ' ἃ καλλιστεύεται Τῶν πῶ ὑπ' ἀνθρώποισιν,id est,Dona quæ præstantissima sunt, vel præstantissima existimantur, vt vult schol.ἅπερ (inquit)σεσημασμένα καὶ κάλλιστα νομίζεται πρὸς πῶ δώρων παρὰ τοῖς ἀνθρώποις. A B HOC verbo fiunt Καλλίστευμα & Καλλιστεῖον. Eurip.Oreste de Helena loquens,Ἐπὶ δοὶ τᾷ τόδε καλλιστεύματι Ἕλληνας εἰς ἓν ἀ Φρύγας στρώσαντες. vbi sequendo schol. καλλίστευμα erit ῥᾳθύμησις,id est pulchritudo.at ego non puto καλλίστευμα esse simpliciter pulchritudinẽ,sed pulchritudinis præstantiam, vel potius exuperantiam. vt Helena καλλιστεύειν diceretur,id est Pulcherrima esse,vel Forma exuperate cæteras. Καλλίστευμα præterea, sequendo alterã τῶ καλλιστεύειν significationem,erit Egregiæ fortitudinis siue strenuitatis specimen. A T Καλλιστεῖον Pulchritudinis præmiũ,vt pomum quod Veneri vt pulcherrimæ adiudicat Paris.Et ita non simpliciter erit Pulchritudinis præmium,sed Pulchritudinis præmium exuperantis cæteras,vel cæteris antecellentis.Luc.34,ἄλλως τε καὶ ἀνάγκη μοὶ τὸ καλλιστεῖον ἀποδοῦναι, πάντως ἁπεχθάνεσθαι ταῖς ποιήσει.Dictum autem fuerat,δικάσαι ταῖς θεαῖς ἥτις αὐτῶν ἡ καλλίστη δόξει. τῇ δὲ ἀχθόμενος ὁ Ἄδωνις ἀπῆλθεν ἐπὶ τὸν μῦθον. Apud Sophoclem autem καλλιστεῖον videtur sumi pro pulcherrimo præmio,in Aiace.Τὰ πρῶτα καλλιστεῖ' ἀριστεύσας σφαῖν,id est,(vt ego interpr.)Qui fortitudine qua cæteris præstitit,pulcherrima emerit' est præmia. E T Καλλιστώ,Mulier sic à pulchritudine vocata,vt quæ esset καλλίστη. Fuit autem Lycaonis filia,à Iunone in vrsam mutata.γυναικεία θεὸς ἐρωτικὴ (inquit Hesych.) ἀφ' τὸ κάλλος κληθεῖσα οὕτω.

C.Παγκαλος,η,ο,καὶ ὁ,(q.d.Omnino pulcher)Pulcherrim', Perpulcher.Item Honestissimus. Aristoph. Pluto, Καὶ ταῖ γὰ χεῖρες παγκάλους ἴσχειν μ' ἔφη. Vbi obserua παγκάλους genere fœm.Dicitur tamẽ & παγκάλη in fœm.vt à Phisone παγκάλη ὑπηρεσία, quod exponitur Honestissima muneris functio.

Παγκάλως,aduerb.Perpulchrè.Item Honestissimé.vt παγκάλως ἔχει,apud Demosth. Apud Plat. autem de rep. παγκάλως λέγεις.Cui affine est παγκάλως ἀποκρίνῃ apud eũdẽ in Euthyphrone, παγκάλως μ' Εὐθύφρον καὶ ὡς ἐγὼ ἐζήτουν ἀπεκρίνω.id est,Honestissimè respondisti,vel Optimè respondisti,interpr.Bud.

Παγκαλὼς,vide post Κάλλος.

C.Περικαλος,Supramodum pulcher, vel honestus. Hes. περικαλὰ exponit ὑπέρσεμνα,& ὑπερκαλλόντως καλά: sed non dubito quin mendosè scriptum sit (licet ordo alphabeticus in quo ponitur cum hac scriptura conueniat)pro περισπουδαστα,aut alio quopiam.

C.Περσκαλος,η,ο,καὶ ὁ,Supramodum pulcher, Item Supramodum honestus.Bud.ex Arist.in Polit.

C.Φιλόκαλος,η,ο καὶ ὁ, Amans pulchritudinem, Pulchritudinis studiosus.vt apud Lucianum de Paride,ὃς οὐδὲ θεᾶσθαι πῶ καλλίστω φιλόκαλος ὤν. A Xenophonte indem dicitur de homine scorta pulchra amante. Gregorius de pauone ſoquens caudam expandente,φιλόκαλον appellauit & φιλότιμον. Est etiã Φιλόκαλος, Honestatis studiosus,vel rerum honestarum. Plut. Ad Col. φιλόκαλον ἢ φιλαφύχαιον ὄντα. Aristot. Eth. ἦθος dixit ἀγαθὲς καὶ ὡς ἀληθῶς φιλόκαλον. Et τὸ φιλόκαλον, Honestatis vel honesti studium. Philo De vita M.lib.1,ἀγαθόμους καὶ πᾶ τὸ φιλόκαλον καὶ μουσικόν. Φιλόκαλος,Studiosus elegantiæ vel mũditiæ,Lautitiæ studiosus,Laut'.AbHes.expon.φιλόκοσμος,i.Cult' & ornat' studiosus. Isocr.ad Dem. φιλόκαλός τ' ἦν & μεγαλοπρεπής,Lautus erat & splẽdid'.Et vt hic copulat φιλόκαλος & μεγαλοπρεπής,ita alibi φιλοκάλως esse dicit τὸ μεγαλοπρεπῶς. scribẽs, εἶναι βούλου πᾶσι μὲν ἡδέως φιλόκαλος,ἀλλὰ μὴ καλλωπιστής. & reddit rationẽ,hæc duo distinguens,ἔστι γὰρ φιλοκάλου μὲν τὸ μεγαλοπρεπῶς, καλλωπιστοῦ δὲ τὸ περίεργον.Vbi quod dicit τὸ πᾶσι μὲν ἡδέως φιλόκαλος,ἀλλὰ μὴ καλλωπιστής,videtur commodè reddi posse, Sis in vestitu mũditiæ studiosus, sed quæ nõ sit odiosa & exquisita nimis,vt Cic.loquitur. ‖Φιλόκαλος interdũ iungitur cum περὶ,& dicitur esse aliquis φιλόκαλος circa rem aliquam.Xen.Pæd.2.pag.25, καὶ φιλόκαλον περὶ ὅπλα καὶ φιλότιμον ὅτι πᾶσι τοῖς ὑπλίταις.Id est, Et elegantiæ studiosum vel Elegantiæ studentem in armis.pro Elegantiæ vel concinnitatis armorum studiosum,aut cupidũ. q.d.καλὰ ὅπλα φιλεῖν.Quod autem Luc.dixit περὶ παιδείαν φιλόκαλος interp.Bud.Bonarum artium studiosus.

Φιλοκάλως,aduerb.Cum quodam elegantiæ studio, Ita vt elegantiæ siue munditiæ studium appareat.Vnde accipitur pro Cultè,Ornatè.Suidas exponit καθαρῶς.

Φιλοκαλία, ας, ἡ, Studiũ pulchritudinis,quo quis pulchras aut pulchros amat. quo sensu obiecta fuit Socrati φιλοκαλία,perinde ac si dictum fuisset παιδεραστία. Item φιλοκαλία, Studium honestatis, siue rerum honestarum. Citatur ex Cõst.in Geop.lib.2.vbi de præsentia domini loquitur,καὶ τοὺς μὲν ὀφθαλμοὺς ἐργατικωτέρους ἐπαιρῶν, τοὺς δὲ ῥαθυμεῖν πάνυ αἰσχύνων,ἵνα σκοπὸν πᾶσι σπουδῆς τινὰ καὶ φιλοκαλίας ἀπεργάζηται.vbi exponitur Elegantiæ operis.

Φιλοκαλέω,λῶ,Pulchritudinem amo,Res pulchras vel res honestas amo,Honestatis sum studiosus,aut rerum honestarum.Apud Thucydidem exponitur φιλοκαλοῦμεν, Elegantiæ studiosi sumus,lib.2, φιλοκαλοῦμεν γὰρ μετ' εὐτελείας, καὶ φιλοσοφοῦμεν ἄνευ μαλακίας, Elegantiæ enim studemus cum parsimonia, & philosophamur absque mollitie.Sed frequenter cum περὶ iungitur (vt & φιλόκαλος iũgi vidimus)vt in hoc Iosephi loco cõtra Apionem,μᾶλλον δὲ παίτων περὶ παιδεύσεως φιλοκαλοῦμεν, id est, Honestatẽ colimus circa educationem liberorum, interp.B. ‖Φιλοκαλῶ,cum infinit.Cõtendo,Enitor,vt φιλοτιμοῦμαι.Plut.in Alex.f.124,b.φιλοκαλῶν ταῖς Ἑλληνικαῖς φυσίαις δηλοποιεῖσθαι τὰ βασίλεια,id est cõtendens, inquit Bud. Existimo tamen aliquid addendum esse ad vim significationis ostẽdẽdã, hoc vel simili modo,Cõtendens magnificentiam suam ostendere in ornanda &c. Vel potius Quodam magnificentiæ studio contendens &c.Φιλοκαλῶ iunctum præpositioni πρὸς,cum accusatiuo vide Προσφιλοκαλῶ.

Φιλοκάλημα, Honestamentum non improbandum : καλλώπισμα autem dicitur de cultu superfluo.B. C.p. 748.

c.1.Ἐμφιλοκαλῶ,In studio rei honestæ immoror & versor, vt apud Plut. Philop. ἐμφιλοκαλῶσι τοῖς πραττομένοις. Ita Bud.C.p.859. Quæ tamen interpretatio conuenit potius huic verbo absolutè posito,& sine casu : hîc autem ἐμφιλοκαλῶσι τοῖς πραττομένοις verterim,In studio rei militaris tanquam honesto versatus esse,vel Studio rei militaris tanquam hon.deditus fuisse.

c.1.Προσφιλοκαλῶ,cum accusat.vt προσφιλοκαλῶν πᾶ κόσμου Strab.Elegãtiam adsciscere vel comminisci.B.C.p.860.

c.1.Ἀφιλόκαλος, (oppositum τῶ φιλόκαλος)Minimè studiosus pulchritudinis,seu elegantiæ, vel rerum honestarũ &c.sequendo significationes τῶ φιλόκαλος,Plinius Secũdus 3.epist.lib.1,Ἀφιλόκαλον,illiteratũ, ineris ac penè etiam turpe est,non putare tanti cognitionem qua nulla est iucundior,nulla pulchrior, nulla denique huma-

nior. Vbi ἀφιλόκαλον redditur Inelegans, Rude. Ego autem interpretari malim Alienum ab homine honestatis, vel rerum honestarū, studioso, &c. vel deligēdo aliā φιλοκάλειαν interpretationem, siqua videatur aptior.

ΚΆΛΛΟΣ, ους, & per contract. εος, τό, Pulchritudo oris. Hom. de Ganymede Il. υ, Τὸν καὶ ἀπρεπέϊ ἁρπάξας διὰ δῖ' ἀνεμοέσσης Κάλλεος ἕνεκα οἷο. Iſaeus Dem. κάλλος μὲν γὰρ χρῆναι ἀνδρὸς αἰσχύνειν, ἀνάγκην ἐμποιεῖν. Athen. 13, κάλλει καλῆς, μεγέθει μεγάλης. Apud Plat. Symp. κάλλος & ἀσχήμων opponuntur, ἄλλο τι ὁ ἔρως, κάλλους αὖ ἐστὶν ἔρως, ἀσχημοσύνης οὔ. Apud Plut. μέτριον κάλλος, Modica forma siue mediocris, Stata forma, de qua Gell. ¶Κάλλος dicitur & de cuiusuis rei pulchritudine. Isocr. Hel. enc. τῶν δὲ καλῶν ἀπτηρημάτων οὐδὲν διαφέρουσιν ἀγαπήματος. Demosth. Ol. 3, ἡ κάλλη παιδὸς ἢ πενιῶν κατασκάμματα σεμνὰ ἡμῖν ἱερῶν. Plat. Symp. τὰ καλοὺς ποιοῦντα σώματα καὶ ῥήματα.

Κάλλος, Veneris vnguentum. Hes. Vide Eust. 1842 & 1843. Κάλλη, Purpureæ vestes, inquit Suidas, addens & κόσμων καλεῖσθαι ita dici. Th. Magister ait κάλλη esse αὖθη. Ammonius autem addit genitiuum τῶν βαμμάτων post αὖθη. Pausaniæ apud Eustath. κάλλη sunt αὖθη & βάμματα. Vide paulo pòst quæ scribit Hesych. de καλλαῖοι.

Κάλλος pro Κάλλαιον, id est Barba, vel potius palea galli gallinacei, si sequamur Thomā Magistrū. scribit enim κάλλια quidē dici τὰ τῶν ἀλεκτρυόνων, at κάλλη ὅτι τῶν ἀετῶν. intelligens videlicet, (si mendosa non est illa scriptura) in hac significatione dici contractè, in illa autem, sine contractione. Habet itidem κάλλια index in Comment. Eustathii: sed in eius textu est κάλλαια. Sic autem & in reliquis omnibus locis κάλλαια reperio, non κάλλια: & in singul. κάλλαιον. Ac primùm in illo libello De simil. & different. vocabulis, qui Ammonio adscribitur, legimus hæc de illa differētia, κάλλαια μὲν γὰρ εἰ τῶν ἀλεκτρυόνων πώγωνες· κάλλη δὲ καὶ αὖθη τὰ βαμμάτων. Aristoph. Equit. Χὤπως δὲ κάλλαι' ὑποφαγὼν ἥξεις πάλιν. Dixerat autem in fine versus præcedentis ἐς λόφους καπνίσειν. vbi schol. esse ait πεῖραν τῶν ἀλεκτρυόνων. licut & in quendam locum Equitum dixerat esse γένεια τῶν ἀλεκτρυόνων. Pausan. in Bœot. 234, πύτινα τῶν ἀλεκτρυόνων χρόα ἐμφερῆ κόσμου, κάλλαια δὲ ἐς λόφους καὶ αἰσμώλια μάλιστα. Athen. lib. 9. de porphyrione aue loquens, καὶ ἀπὸ τῶν ὄνων ἱκανῶς ἔχει κρεμάμενα ὥστε καὶ οἱ ἀλεκτρυόνες τὰ κάλλαια. Sic & Arist. in 9. De hist. anim. p. 144, περὶ κάλλαια οὐ ἔχουσι, καὶ τὸ εὐρετόγλωσσον. Quod autem ab Aristotele hic dicitur τὸ κάλλαιον ἔχειν, Philostratus ἐλέγειν dicit, in epist. ἐς ἀλεκτρυὼν μαχιμώτερος ὁ τὰ κάλλαια ἐγκεκαυμένος. Verùm sciendum est Ælium Dionysium apud Eustathium, tradere, κάλλαια vocari etiam pennas quæ sunt in gallorum cauda. ¶Iam verò apud Hesych. legitur Κάλλαιοι pro hac significatione. Sed addit ita dici & quemuis colorem purpuraceum. à quibusdam autem τὰ πυτίλα sic appellata: & apud AEgyptios χρῶμα καλλαΐτινον. Dici & de vnguento. Quibus subiungit, Καλλαί, τὰ ἁπαλὰ ἔρια, id est Lanæ tinctæ. Eustathius de κάλλη & κάλλαια & καλλιῶ loquutus, ab aliquo horum deduci καλλαΐτινον χιτῶνα, verisimile esse ait, scribēs cum λ, quū apud Suidam & Hesychium vno λ scribatur. Vide καλλαΐς in indice.

C. Ἐχέκαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchritudinem habens, ἔχων κάλλος. Spectabilis exponitur apud Theophr. 5. hist. pl. cap. 7. ὃς ἂν ταῖς τῶν πιπόνων χρόαις ἐχέκαλον μάλιστα ἢ ἥλατη, δηλονότι μαύρωσιν καὶ τὴν διάπυρείαν.

C. Ἀκαλλής, ίος, ὁ καὶ ἡ, Deformis, inuenustus. Lucianus. εἰ ὀπτικλείψιας τὴν γῆν ὑπὲρ αὐχμηρὸν καὶ ἀκαλλῆ ἔσαι. Idē, ἐς σῶμα πεποιημένον ἀκαλλὲς ἔτι καὶ ὀλοβόστον, id est Rude, Informe. Bud. Gregorius τὸ ἀκαλλὲς καὶ ἄμορφον τῆς ὕλης dixit.

C. Περικαλής, ές, ἐς ἡ, Perpulcher, Perelegans. Ἠλακάτας ἀπεκαλές. In frequenti est vsu apud hunc & cæteros poetas. Eustath. in Iliad. α. pag. 61, Λέγει καὶ ἐπὶ τῆς Ἀπόλλωνος φόρμιγγος ἀπεκαλεῖτο ἀναμέλπει, οἷς αὖ τις εἴποι περικαλλὲς λέγειν: & addit hinc fieri vt λ in hac voce geminetur. Quā de re viderit. Reperitur hæc vox ἀπεκαλές & apud prosæ scriptores, sed rarius. Ath. lib. 1, Ἀπολλόδωρος ὁ τὴν καλλὶν Νικομήδους ὁ τὴν ἀπεκαλῆ. Hinc cōpar. Περικαλέστερος, ρα, ρον, q. d. Perpulchrior. ¶Ετ Περικαμέως, Perpulchrè, Perelegānter.

C. Ὑπερκαμής, idem quod περικαμής. Ad verbū, Supramodum pulcher. Apud Aristot. autem ὑπέρκαλος.

C. Καλλιελίφαρος, Καλλιγεάφας, Καλλιγυναῖξ, Καλλιδίκη, Καλλίκτια, Καλλιπρῷρος, Καλλιφαής, & reliqua huiusmodi composita, vide suis locis singula, id est in iis nominibus aut verbis quæ has duas syllabas καλλι præfixas habent. Vt autem à κάλλος composita, καλλι habent in compos. sic υψι, habent quæ ex ὕψος componuntur: vt ὑψίζυγος, ὑψίκομος.

¶Καλλιῶ, Pulchrum reddo, Venusto, Honesto, Como, Orno. ¶Interdum autem accipitur pro Verro, vt apud Arist. Probl. p. 84, διὸ οἱ ἀγοραστικὴν καλλιῶντες κερδαίνουσι· τὸ γὰρ ἡδὺ ἐμφέρεται τοῖς καλλιῶντες καμβάνουσι τὰ λείψανα. Eustath. à κάλλη significante αὖθη & βάμματα, deducit καλλιῶν pro κοσμεῖν & ἀφανῶ. Invulgat. lex. Gaza καλλιῶ πέρχομαι exponit Argenti defæcandi munere fungor.

Καλλιῶμαι, Pulcher reddor, Venustor, Honestor, Ornor. ¶Interdum pro Verror (sicut actiuū καλλιῶ pro Verro) vt apud Polyb. vbi de platea loquens scribit, ὡς ῥαίνεται καὶ καλλιῶνται σφίσιν ὀλημελῶς. ¶Est præterea Καλλιῶμαι, Nitidè elegantérque me habeo, Glorior, Mihique ipsi placeo. vt exponit Budæus apud Platonē. Vide Comm. p. 748.

Καλλωπὴς, οῦ, ὁ, Ornator, Comptor. Ab Hesychio exponitur κουρεύς, id est tonsor.

Καλλωπήιον, ου, τὸ, Ornamentum, Quod adhibetur ad ornandum. κοσμητήριον. Hesych. Apud Etymol. καλλωπήια & πλυντήια, festa duo, apud Athenienses.

Κάλλυντρον, idem quod καλλωπήιον, Instrumentum omne comptorium (id est aptū ad comendum) vt κτένιον. est τὸ πρὸς τειχῶν κάλλυντρον. Interdum κάλλυντρον est instrumētum quo vermmus, σάρωθρον, siue σαίρωθρον, Latinis Scopæ. Plut. in Dione, fol. 317. 6, σαίρεσθαι δὲ καλύντρῳ τινὶ τὴν οἰκίαν. Poll. col. 234, πᾶς ὁ σαίρειν, καὶ ὁ σαίρειν, καὶ σαῖρε τὸν καλύντρον, ὁ καλύτρα. Ita enim ibi legitur καλύτρα sine ν, & cū vnico λ. Hesych. autem in verbo περισαρῶσαι dicit κάλλυντρα ἢ κάλλυντρον. Et quoniam ἀπὸ ξηρᾶς φοίνικος vsum præbebant scoparū, vocatæ sunt κάλλυντρα, inquit B. Leuit. cap. 21, κάλλυντρα φοινίκων ἢ κλάδους ξύλου δασεῖς exponitur, Spathulas palmarum, & ramos ligni densarum frondium. Apud Hesychiū κάλλυντρα non solùm σπάθαι φοίνικος, sed & σκέλοπες, & χάρακες, & σταυροί.

C. Καταπαλλιῶ pro simplici καλλιῶ, Orno, vel Verro.

C. Συγκαλλιῶ, Simul orno. Item, Simul verro. Vide locum ex Aristotele citatum in Καλλιῶ.

¶Καλλωπίζω, Honesto, Orno, Como. Vel Accuratè & exquisitè orno. Autor libelli qui Demetrio Phalereo adscribitur, τὸ δὲ ἀφαιρεῖσθαι τὰ γελοῖα, ὅμοιόν ἐστι καὶ καλλωπίζειν πρόσωπον. Greg. in Iul. lib. 2, μηδὲ κόσμου καλλωπίσματι.

Καλλωπίζομαι, Honestor, Ornor, Comor. Herod. lib. 5, ἐμαστίγουν δὲ αὐτὸν, ὁρῶντες τὸ μὲν πρόσωπον καλλωπιζόμενον πλείονος ἢ κατὰ γυναῖκα σώφρονα. Et ἀδημονῶ μᾶλλον voce media apud Plut. Sympotio, pro Vestitu me exornaui & honestaui. Bud. C. p. 747. In vulgat. lex. citatur ex eodē Plut. in Sol. καλλωπίζομαι περὶ τὴν κόμην pro Comam exorno. Itē Καλλωπίζομαι (sicut καλλιῶμαι & ἀβρύνομαι) Efferor, Glorior, Mihi placeo. Xen. de equo feroci, πάλιν ὑγρὰ μετιοῦσι, εἰ ἐπιτύχοι αὖ ἢ οὐ φησί, ὅταν καλλωπίζηται. Item pro ἐνδείκνυμαι, id est artem ostento, B. ex Plat. in Prot. citat, vbi tamen ante ἐς καλλωπίσασθαι est ἐνδείξασθαι. Vide p. 747. C. Iungitur interdū dativo, pro eo quod Lat. dicimus, Glorior hac re, Iacto me de hac re. Xen. Pæd. 142, ἐς μὲν οὖν τὰ ἐν τῷ μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις ἰόντα, τούτῳ καλλωπίζεται. Plut. Solone, καλλωπίζομαι τῷ μὴ σωφρονεῖν πεισθείς, glorior quòd patriæ incommodis non angar. Idem Plut. Symp. πῶς ὁ Περίανδρος ἐνδημιουργὸς λιτότητι καὶ σωφροσύνῃ δεσπότης, id est (Budæo interprete) Plausum & gloriā captabat atque aucupabatur.

Κάλλωπισμα, Ornamentum, Cultus. Herod. lib. 7, ἐς τοῦτο ἐλθεῖν ἔργων καὶ κάλλωπισμάτων πλῆθος. Sed de cultu superfluo frequentius vsurpatur. Herod. lib. 5, καὶ ἀνδρὸς τὰ παιδία κάλλωπισμάτων ἐπιθέντα ἀπὸ ἐλεφαντίνης σφίσιν,

σρίπτη. vbi Polit.interpret. munditias. Plutarchus Lycurgo, καλλωπισμάτων χρυσῶν δημιουργός, ornamentorum aureorum artifex.

Καλλωπισμός, idem quod καλλώπισμα. Philostr. epist.38, ὁ μὲν γὰρ καλλωπισμὸς, ἱππικόν. Xenophon quod de equo feroci dicit, illum σείλῃ ὑγρᾷ μετωρίζειν, & αἰσχύνειν ἄνω τὸν ὑρὸν, quũ καλλωπίζεται, id appellat καλλωπισμόν. q.d. gloriationem, inquit Bud.

C. Ἀκαλλώπιστος, ν, ὁ καὶ ἡ, Non comptus, Non excultus, Inornatus, Omnis lenocinii negligens, Suet. Plutar. ἐν τῷ μὴ χρ. &c. ἀγάλλεται καὶ ἀκαλλώπιστα καὶ ἀμύητα φήγλωμένη. Greg. De theol. τὸ μὴ φιλόκαλα πᾶν ὂν, ἀκαλλώπιστα. Itẽ Ἀκαλλώπιστος, Qui nõ gloriatur, Qui nõ effertur iactatione. Idem Greg. in sor. epit. καὶ πᾶν τὸ ἀσυνθείας ἄτυφόν τι καὶ ἀκαλλώπιστον.

Καλλωπιστὴς, Cultus in vestitu nimium studiosus, interpr. Budæo. Ego καλλωπιστὴν esse puto qui (vt Cicero loquitur) in vestitu adhibet munditiam odiosam & exquisitam nimis. Quomodo Isocr. ἀπὸ τῆ φιλοκαλίας hũc distinguat, vide paulo antè in φιλόκαλος. Basilius, ὥστε καλλωπιστὴν εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι, ὁμοίως αἰσχρὸν ἡγεῖσθαι φορμὸν δῆν, ἢ ἱππαρεῖν, ἢ δημοσίοις ὑπηρετεῖν. Qui locus pulchrè conuenit cum illo proximè præcedẽte Philostrati, ὁμῶ γὰρ καλλωπισμὸς, ἱππικόν.

Καλλωπιστικὴ, Cultꝰ in vestitu nimiũ studiosa, &c. vt in καλλωπιστὴς dictũ est. Plut. Nupt. præc. ἀνὴρ φιλοσώματος καλλωπιστικὴν γυναῖκα πεῖθ' φιλήδονος, ἱππικὴν καὶ ἀκόλαστον. ¶Item Καλλωπίστρια, Comptrix, quæ Ornatrix ab Ouidio & à Suetonio Tranq. dicitur.

Καλλωπιστικὸς, Ad comendũ vel ornandũ aptus, Cultũ siue elegantiã addẽs. vt κάλως à gramm. exponitur μύρον καλλωπιστικὸν, in nonnullis Homeri locis.

C. Ἐγκαλλωπίζομαι, vt apud Plut. in Antonio, ἐγκαλλωπίσασθαι τῆς αἰσχροῖς, pro καλλωπίσασθαι ὀν τῆς αἰσχροῖς, in rebus turpib' sibi placere, ac sese ostentare. Idẽ in lib. Quomodo aliquis sent. καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς αἰδρᾶσιν ἐγκαλλωπίσασθαι, inter bonos & graues spectãdũ se præbere. B. C. p. 748. ΗΙΝΕ Ἔγκαλλώπισμα, quo vtitur Thucydides lib. 2, καὶ ἐγκαλλώπισμα πλούτου, id est πλοῦτον ᾧ ἐγκαλλωπίζόμεθα.

¶Καλλονὴ, Pulchritudo, Decor. Ab Hesychio exponitur ὡραιότης. Theophr. hist. pl. lib. 9. c. 2, φύεται πύκνα πανταχοῦ. ἔστι δὲ ἀφοιὰ μὲν καὶ ἀφοιὰ καὶ πλήθους καὶ καλλονῆς.

Κάλλιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, apud poetas idem quod καλὸς, Pulcher, vel secundum alios, Pulcherrimus. Ita fit à κάλλος, vt κύδιμος à κῦδος. Homerus Odyss. η, & ο, κάλλιμα δῶρα. Et in vlt. versu Odyss. λ, κάλλιμος ὦρος, id est καλὸς, Eustathio. Quem sequens malim κάλλιμος vbique per positiuum interpretari. Sed notandum ὦρον κάλλιμον dici καλὸν, id est Commodum, Secundum, Prosperum.

ΑΓΚΑΛΑΩ, F. αλῶ, Blandior, Assentor, Adulor. & quod eleganter dicitur, Palpum obtrudo, cum accusatiuo apud Philostratum. Sic & apud Aristoph. in Equitibus, Τὰ μὲν λόγ' αἰκάλλειν μα. vbi schol. exponit ἰωπύειν, admonens tamen legi etiam καλεῖ μα (tunc autem fuerit & λόγα scribendum.) Hesych. & Suidas αἰκάλλω exponunt ἰωπύω. Idem Aristophanes hæc tria coniungit, αἰκάλλειν, κολακεύειν, ἰωπύειν: quũ dicit in illa eadẽ comœdia, Ἤκαλ', ἰώπυ', ἐκολάκευ', ἐκπάπα. vbi schol. ait idem his verbis significari: & esse αἰκάλλειν propriè canis qui auribus & cauda blandientis signum præbet. Quod Græci σαίνειν etiam dicunt; Latini Ceuere. Sic & Hesychius exponit etiam σαίνειν. Addit idem Aristoph. schol. posse à gallinaceis esse translatum hoc verbum, quorum barbæ κάλλαια vocantur. Eurip. in Andromache, — ὡς σύ πω αἰκάλλων κύνα, id est, assentans impudenti mulieri, vt schol. ait. At in lex. Tus. citatur ex eodem Euripide, αἰκάλλω κυνὶ, cani blãdior. deprauato videlicet accusatiuo in datiuũ, & αἰκάλλομαι in αἰκάλλω. neq; enim aiũt grãmatici datiuo, sed accusatiungi. A καλῶ deduci quidam putauerunt, quod Demulceo significat. Aristoph. schol. (vti modò dixi) à κάλλαιον, quod est gallinaceorum, (de quo dictũ est in Κάλος) traslatũ videri posse scribit. Ego à κάλλος deductũ esse facilè crediderim, ꝙ assentatores Pulchrè & Bellè in ore habere soleant, atque adeo pulchritudinem turpibus etiãm rebus attribuãt: similis tamẽ deductionis exemplum interim quæro.

Αἰκάλος, ν, ὁ, Assentator, Adulator. Hes. Scribitur autem vnico λ, licet αἰκαλῶ passim duplici.

C. Παρακαλῶ, Subassentor, Subadulor, Clã assentor. Apud Suidã, Ἡ βασιλέως διερπύσαι ἐς ὑπαρκαλῶν Δαφνίω.

P. Ἀποκόπτομαι, Abstrahor, Auellor. vt cānē dicunt ἀποκόπτεσθαι τῶν ἰχνῶν, quum non amplius inuenire potest ipsa ἴχνη, id est vestigia. Hesychius autem habet ἀποκόπτεσθαι sine genitiuo ἰχνῶν. nam sic apud eum legitur, ἀποκόπτεσθαι· ὅτε τὰ ἴχνη οὐκέτι λέγεται ὅπως μὴ βλέπωσιν. Est præterea Ἀποκόπτομαι, Obtundor, metaph. vt ἀποκεκομμένη φωνή, Obtusa vox, apud Plutarch.

Ἀποκόπτομαι, Deplango, Cum planctu deploro. Vide in Κόπτω. C

Ἀπόκομμα, ατος, τό. Abscissum seu amputatum alicunde frustum, Fragmentum, Frustum.

Ἀποκοπή, ῆς, ἡ, Abscissio, Amputatio. Est ἀποκοπὴ figura apud gramm. quū abscissa est vltima vocabuli alicuius syllaba. vt δῶ pro δῶμα, & κρῆ pro κρῆμνον per ἀποκοπήν dici tradūt. Aristot. De poet. αἱ ἀποκοπαὶ ἢ ἀποκοπαί εἰσιν ἐξαφαιρεῖται τὸ ὁτιοῦν μέρος. Ἀποκοπὴ χρεών, ad verbum Resciſſio æris alieni: Latinè Tabulæ nouæ. Vt autem χρεῶν ἀποκοπή, sic χρεωκοπεῖν & χρεωκοπία compositis vocabulis dicitur. Solon hanc χρεῶν ἀποκοπὴν mitiore vocabulo appellauit σεισάχθειαν, quasi oneris excussionem. vt hic scribitur, Σόλων χρεῶν ἀποκοπὴν ἐν Ἀθήναις ἐποίησε, σεισάχθειαν προσαγορεύσας. Frequentius tamen dicitur plurali numero χρεῶν ἀποκοπαί. Plutarchus de Lycurgo loquēs, καὶ τὴν χρεῶν ἀποκοπὴν εἰσηγούμενος. Demosthenes in Timocratem, εἰ δὲ τὴν χρεῶν τὴν ἐσόν ἀποκοπάς. Cicero libro 7 ad Atticum epistola 10, χρεῶν ἀποκοπάς, φονικὰς πολλὰς, sexcenta alia scelera moliri. Libro autem 10 Latinè loquens vocat exulum reditus & tabulas nouas, idem dicens, inuerso tantùm ordine. D

Ἀποκοπὴ φωνῆς, Obtusio vocis, vel abscissio, ad verbū. Abscissa vox, vel suppressa, vt Celsus loquitur, teste Budæo. Dioscor. de crambe loquens, ἀφαιρεθήσεται ἢ τὸ φύλλα φωνῆς ἀποκοπὴν καθίσταν τῷ χυλῷ κατευστόμου. Sic & ἀποκεκομμένη φωνὴ Plus. vocem obtusam appellauit. Celsus de grauedine, Vocem obtundit, nares claudit.

Ἀπόκοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, q. d. Abscissus. Id est Cui abscissa est virilitas, Spado. Firmicus, Ineffœces & apocopos reddet & qui nihil agere possint. Suidas itidem ἀποκόπους exponit εὐνούχους: sed addit sic appellari etiam ἀδυνάτους, id est debiles & imbecilles. E

C. Διαχόπτω, Discindo, Disseco, Diffindo. Et Διαχόπτομαι, Discindor, Diffindor. διαχοπὴ τοῦ κράνους, cui dissecta seu diffissa est galea. nisi aliquis malit Pertusa. Quoniam verò cutis vulnerādo dissecatur, aliquando Vulnero verti potest. Vnde quod Aristot. dicit, ὅπου δ' ἂν ᾖ τὸ αὐτὸ ἅμμα, ἀεὶ διαχοπὴ, οὐ συμφύσις, ἢν γοῦν τὸ λεπτὸν καὶ βλαφερὸν, Plinius ita interpretatur, Vbicunque per se ac sine carne est, vulnerata non coit, vt in bucca cilióque. ¶Item Interseco, Intercido. cuius significationis exemplum vnà cum Plinii interpretatione habes suprà in κόπτω. Et διαχόπτων σφυγμὸς, Pulsus intercisus: qui proprio nomine Δρομαῖος dicitur. Gorr. ¶Item Dirimo. Plutarchus, διέκοπτε γὰρ αὐτοὺς καὶ διέλυε πολέμους ὄντας ὁ πό- F

λεμος, Dirimebat, Disiungebat, Vnà castrametari vetabat & vires sociare. Alia exempla habes apud Bud. pag. 888. ¶Item Interrūpo, Interpello. Cuius significationis exempla ab eodem Budæo ibidem afferuntur. At pag. sequente locum ex Basilio affert vbi διακόπτειν significat Interpellare loquentē & interfari. Annotat verò & interruptionem interpellationémque præscriptionum hoc verbo in Pandectis Græcis significari. ¶Item Perrumpo. Plutarchus in libro, πῶς ἄν τις αἴσθοιτο. pag. 133 meæ editionis, τὸ δ' αὖτε πρὸς χάριτα διαφορᾶς καὶ διακόπτειν τὴν εὐφροσύνης, ὡς τὸν ὀχλον ἐμπεσόντα ὄντα, ῥᾴμην καὶ εὐθυμίαν ἀπαίνους. Pro Aciē perrumpere & impressionem facere citat Bud. pag. 888 & 889 ex Xenophontis Hellen. ¶Item Pertundo, Tetisicho. Bud. pag. 889 ex Luciano. ¶Quod verò Chrysost. in epist. ad Thess. pag. 44 dicit, διακόπτομαι τοῖς φροντίσι, Latinius verteris, Distrahor, Distineor, Distringor.

Διαχοπή, ῆς, ἡ, Intercisio, Diremptio. διαίρεσις, διαχώρισις, vt Hesych. exponit. Διαχοπὴ (inquit Gorr.) dicitur ab Hippocrate vulnus omne quod altè descendit impactumque est. Scribit tamen Galenus, propriè eo nomine significari apud medicos solutam in osse capitis cōtinuitatem ab aliquo acuto occurrante atque abscindente, vocarique aliis nominibus ῥῆγμα & ῥῆξις. Hæc ille. Dioscor. lib. 2, cap. 108, de argemone, διαχωρεῖ δὲ ἐχ αὐτῆς χλωρᾶς τεθλασμένα λεῖα καὶ ὀπτηθεῖσα διαχοπὰς ἰσχνοῖ, Vbi Marcellus putat specialiter de neruis dici, ac διαχοπὰς esse quas Plinius appellat neruorum præcisiones seu præsectiones, afferens hunc ex libro 11, cap. 37, locum, Vulneratis neruis summus dolor, præsectis nullus.

Διάχοπος, Scissura. Sic item vocabātur in aggeribus meatus intercisi, siue incilia hiantia per quæ Nilum transmittebant in arua remotiora segetibus destinata. v. l. Qua ferè significatione κόμματα suprà.

C. 2. Ἀδιάκοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui intercisus aut diremptus non est, Non interruptus. ἀδιαίρετος, ἀδιαχώριστος, vt Hesych. exponit. VNDE Ἀδιακόπως, More eorum quæ diremta aut interrupta ac impedita non sunt.

C. Ἐγκόπτω, Incido. ¶Item Intercido, aut Iter aut cursum intercido, (vt Cæsar dicit, Pontem intercidere) Impedio, Præpedio. Gregor. ἡ καιρίας ἰσχνοτομίας ἢ ἀφειτῆς ὁδοποιούμενος. Ad Rom. 15, ἐνεκοπτόμην πολλάκις τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, præpeditus sæpe fui. ¶Item Interpello, vt διακόπτω. Act. Apost. cap. 24, ἵνα δὲ μὴ ὀλίγον σε ἐγκόπτω, ne autem te diutius interpellem. hoc est, ab aliis actionibus auocem. Verba sunt Tertulli contra Apostolum, ad Felicem præsidem. hoc est, ἵνα μὴ ὀλίγον πολλῶν χρόνον παρενοχλῶ σου χρηματίζοντα, ne te auocem à gerenda republ. ἵνα μὴ ἀπὸ σχολῆς σε πολιτεύωμαι. Cic. ad Atticū, Ego autem ad Pompeianum properabam, vbi interpellatores minus molesti. Bud. ¶Ἐγκόπτω πάσσαλον, Impingo seu infigo clauum, hoc est Cum ictu adigo. Theophr. Hist. plant. lib. 2, cap. 8, ἀμυγδαλῇ δὲ καὶ πάσσαλον ἐγκόψαντες σιδηρεῷ, ὅταν πλάσωσιν, ἄλλον ἀντιβάλλουσι δρυΐνον.

Ἔγκομμα, ατος, τό, Impedimentum, Offendiculum, Obstaculum: idipsum quod nobis iter intercidit & nos præpedit. ἐμπόδισμα, Hesych.

Ἔγκοπη, ῆς, ἡ, Incisio, Incisura, Incisus. Apud Suidam, φωνὴς ἐγκοπὴν καὶ κεκμακτῆρα οὐκ ἐῶν ὀπτᾶσθαι τὰς πέτρας, absque incisuris in petra factis, vt fieri solet in rupibus impertuis, quò pedes in eis figi queant. Ἔγκοπη (inquit Gorræus) Incisio: dicitur propriè in capitis ossibus (vt docet Galenus) soluta continuitas ab aliquo acuto occursante & abscindente. Vocatur aliis nominibus ῥῆγμα & ῥῆξις. ¶Item Præpeditio, Intercisio itineris seu cursus. ἐγκοπὴ Hesych. exp. ἐμπόδιον, ἐμπόδισιν. AT Ἐγκόπας, ου, ἡ, Offensio. v. l. quod suspectum est. Pro ἐγκόπας autem quod ex Hieron. comm. in Oseam citant, vetus editio habet ἐγκόπους, & quidem rectius.

Ἔγκοπις, ίδος, ὁ, Calum: instrumentū quo marmorarii marmor incidunt. quo significatu κοπὶς suprà dicitur. Luc. in suo insomn. ἔγκοπις γάρ τις μοι δοκεῖ ὁ Σώσος, ἐκόλαψε γάρ μου τὴν ῥῖνα καὶ ἐπέθηκε τὴν μέσην κυρτήν. Idem dicit & κοπὶς & κολαπτῆρες.

C. Ἐκκόπτω,

C. Ἐκκόπτω, Excido, Excindo. Qua porro significatione dicit Plautus Excidere manibus suis patriam & Cicero Vrbem excisam & euersam, & Virgilius, Excindine domos— Perpetiar, item, Nec posse Argolicis excindi Pergama telis: item, Ferro sceleratam excindere gentem: & Valerius Flaccus, — inuisi genus omne excindere Phœbi: eadem dicitur etiam ἐκκόπτειν. Herodian. lib. 7, ἐκκόψειν τε καὶ ὑποπρήσειν τὰ μάχης ἄκρα τοὺς Γερμανοὺς ἅπαντας βαρβάρους, excisurum subactumque Oceano tenus omnes Germaniæ barbaras nationes. Idem, καὶ ἐπὶ τῷ ἥβους ἰδίου βασιλικὸν γένος ἐκ συλλήβδην ἐξ ἅπαντος ἐκκόψαι, καὶ παντάπασιν ἐξαίρειν, excidit, seu stirpitus deleuit & sustulit è medio. Plutarchus, πόλεις καὶ πόλεις παντελῶς ἐκκόπτοντες. Idem in Ciceronem de Catilina & coniuratis, αὐθρώπους ἀλιτηρίους ἐκκόψαντα τῆς πατρίδος, penitus & stirpitus tollenti. Bud. (At Excidere aliquem numero ciuium in Plinii epist. est in exilium mittere.) Dicitur etiam vicina significatione ἐκκόπτειν νόσον ἐκ τοῦ σώματος apud Galenum, vt apud Ciceronem, Neu semper primi cuiusque mali excidendi causa sit, vt aliud renascatur illo peius. Galenus libro decimo Methodi, ἆρα γὰρ τοῦτό ἐστιν ὅτι μόνον ἰατρὸν, ἀμελοῦντα τῆς αἰτίας; ἢ τὸ αἴτιον ἐκκοπτέον, ἀμελοῦντα τοῦ πυρετοῦ. Nec multum absimili sensu ἐκκόπτειν ἐαυτῶν τὸ οἴνου: vt apud Ciceronem, Si ex rerum natura non possem euellere, ex animo quidem excidere. Item apud Platonem in Charmide, καί μου ἡ τοιαύτη θρασύτης ἐξεκέκοπτο· οὕτω εἶχον ἐγὼ ὡς πάνυ ῥᾳδίως αὐτῆς ἀφελέσθαι ὅ,τι ἐβούλετο, & mea illa omnis audacia excisa est prorsus. Item τῆς πατρώου ἐκκοπῆς apud Synesium, Bonis paternis excisus, (vt Plinius dicit Ciuium numero excidere) vel Euersus bonis omnibus. Epistola 43, περὶ τῶν αὐτοῦ πατρώων παρ' ἡμῶν, καὶ τῆς πατρώας ἀκριβῶς ἐκκοπῆς. In vulgatis lexicis annotatur ἐκκεκομμένον dici eũ qui inter aleas bona sua profudit, ac vulgari lingua ἐκκεκοπισμένον vocari ἢ ἀποκεχεσμένον. ‖Item Extundo, Excutio, Euerbero. Aristophanes Acharn. — ἐκκόψω γὰ Κόρακ παίξας τὸν γὰ σὸν τῆ φρυσβίως, videlicet ὀφθαλμόν, Veinam elidat tuum legati oculum, vt Budæus interpretatur. Idem, εἶτ' ἐξεκόπην πρότερον τὸν ὀφθαλμὸν λίθῳ. Plutarchus Publicola, ἐκκοπὴς ὀμμάτων δεύτερον. Apud Latinos ea significatione dicit Terentius, Vel oculum exculpe: est vbi vos vlciscar locus: & Plautus metaphoricè, At ego tibi hoc continuò cyatho oculum excutiam tuum: Horatius, Eripere oculos alicui: Ouidius, Eruitur oculos Gryneus: Quintilianus, Oculósque hostis Galli rostro atque alis euerberaret: Elidere oculos alicui, dicit Plautus. ‖Dicimur etiam ἐκκόπτειν ὕδατος ἀγωγούς, intercidere siue interuertere aquæ ductus, quum meatus eorum solitos obstruimus, & aliò auertimus. Herodianus lib. 7, ἐκκόψαι πάντας τοὺς εἰσρέοντας εἰς τὸ στρατόπεδον ἀγωγοὺς ὕδατος, interuertere omnes riuos qui in castra peruenirent, vt Politianus vertit. ‖Item τῶν φωνῶν ἐκκόπτειν apud Lucianum, Vocis iter (vt Ouidius loquitur) intercidèrunt. Eodem significatu Cicero dicit Interruptas voces atque morientes: & Celsus vocem suppressam & obtusam: item suprà φωνῆς ἀποκοπή Dioscor.

Ἔκκοπή, ῆς, ἡ, Excisio, Exectio. Ἔκκοπή (inquit Gorr.) Excisio, est caluariæ fissura cum ossis offensi ruptura, vt ait Paul. Æg. lib. 6, cap. 90.

C. Ἐπικόπτω, Incido, Præcido: hoc est In superficie & cacumine cædo aut decido, vt in arboribus quæ decacuminantur, & in quibus prominentes rami deputantur & truncantur. Idem ferè quod κολούω & ἀφεικάω apud rei rusticæ scriptores. Actiui verbi exemplum afferam paulo pòst in ὄπωρα: passiui autem hoc extat apud Theophrastum De causis plant. lib. 2, cap. 20, αἱ τρισβύτραι γινόμεναι, πάλιν ἐπικόπτονται καὶ ἀφικαθαίρονται, videlicet αἱ κολουθῶσαι arbores. ‖Item Accido: eo sensu quo Liuius dicit, Ita prælio vno accidit Vestinorum res: item, Post accisas à Camillo Volscorum res: item Accisæ opes. Aristoteles Politicῶν lib. 3, ὁ δὲ Περσῶν βασιλεὺς Μήδους καὶ Βακτριανοὺς καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς πορθοῦντας ἀμελῶν διὰ τὸ ἡμᾶς ἐπὶ τοσοῦτον ἐπὶ τὴν χώραν, ἐπικόπτειν πολλάκις, accidebat & extenuabat eorum vires, Imminuebat eorum opes & potentiam. pro quo alibi dicit μειοῦν, & Plutarch. κολούειν καὶ παπαίνειν, vt suo loco indicaui. Bud. interpretatur etiam Retundo, Reprimo, Cohibeo. Gregorius, ἐπικόπτων τὴν αὐξῆ τῶν λόγων αὐτῶν ἐπαμύνων καὶ παρεγκόπτων. Idem, ἐπικόπτων μὲν ἐμέμφετο μὴ ἀδίκως, λύπην δὲ ἐκ χρηστῶν ἐλπίς. Et sic sæpe apud eundem accipi tradit. ‖His subiungi potest ἐπικόπτω pro Reprehendo. (quia reprehensionibus solemus accidere & retundere alicuius insolentiã aut imprudẽtiam) apud Laert. in Zenone, 319. Idem in Xenophane, μάχεται καὶ Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου, ἐπικόπτων αὐτῶν τὰ περὶ θεῶν ἀπορήματα. ‖Item Cædo, Ferio, Desuper ictum incutio. vel ἐπίτασιν τῆ πρακτικῆ κτύπου, vt Eustathius exponit. Odyss. γ, πέλεκυν, Ὃν ῥ' ἔχον ἐν χερὶ παιέμεν βοὸς ἐπικόψαι. Paulo pòst iterum dicit, πελέκεις δ' ἀπίκοψε πίονας Αἰχαιίης. ‖Item Cædo, vt κόπτω suprà. Aristoteles a Œconom. αἰνιττόμενος τὸν διὰ τῶν ἀργυρείου, ἐπικόψας χαλκοῦν, ἐξέδωκε τὴν δραχμὴν δύο δίκαια μιᾶς δραχμῆς, quum argentum contulissent, nummo percusso drachmam locauit pro didrachmo. Bud. Posset etiam reddi Quum notas impressisset, vel Quum signasset: nisi forte ea significandum sit quo ἐπίκοπος infrà.

Ἐπίκοπη, ης, ἡ, Incisio, Accisio, Præcisio: ea videlicet qua arborum extremæ partes deputantur: quam Decacuminationem Plinius appellat. Theophrastus De caus. plantarum, lib. 5, cap. 14, περὶ δὲ τῆς ἐπικοπῆς καὶ τῆς κολούσεως ἐν ὀλίγοις ἐπίψις. Et paulo pòst, κωλοῦσι δ' ἐπικόπτειν ὅταν ἀφαιρῶσιν τῆς κόμης ἐπικόψαντες τὸ ἄκρον. Et paulo ante, τῷ μὲν τὴν ἐπικοπὴν [ὁ δὲ ῥίπτας] ἐλάτη, πεύκη, πίτυς, φοίνιξ. ἔνιοι δὲ καὶ κέδρον καὶ κυπάρισσον φασί. Vnde Plinius lib. 17, cap. 24, Similem & decacuminatio rationem habet, cupressi, piceæ, cedri. hæ enim detracto cacumine aut ignibus adusto intereunt. Idem palmam sterilescere dicit cacumine ablato, vt in ἴσελφος annotaui. Porro quam Plinius ibidem vocat decorticationem, Theophrastus, φλοιοῦ ἀφαίρεσιν: & quam detruncationem, idem κόλουσιν. vt ostendet collatio locorum. ‖Item Incisio, Vulnus. Dion, νομίσαντες σφᾶς καταπεπτωκέναι τῇ ὑπὸ τραυμάτων καὶ μιᾶς ἐπικοπῆς [ἁπάσης]. v. l.

Ἐπίκοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Accisus, Præcisus, Decacuminatus: seu Breuis, vt Gaza vertit apud Theophrastum Hist. plant. lib. 5, cap. 2, ἴστι δὲ ὅλα μὲν τὰ πιεῖα ἰσχνά, τμηθέντα δὲ, ἀειθῆ, διὰ τὸ πολλὰς ἔχειν ἀφορμάς. καλοῦσι δέ τινες ἐπίκοπα ταῦτα διὰ τὸ ἐκ τῶν ἄκρων εὖτα φύειν. Sic enim legendum esse, patet ex ipsius interpretatione: sed in vulgatis edit. scribitur ἐπίπικα. ‖Ἐπίκοπος substantiuè, Lignum quod supponitur quum quid securi secatur, vt Budæus interpretatur apud Lucianum in dialogo Charontis & Mercurii, pag. 50 λαβὼν πέλεκυν τοῦ ταμιείου, ἀποκόψω αὐτὸν, ἐπικόπῳ τῷ αἰακείῳ χρησάμενος. loquitur autem ibi de barba. Potest tamen & pro mensa accipi suprà quam lanii & coqui carnes concidunt, vt ἐπικόπιον. Antiquam autem eam vocem esse Eustathius tradit, eique synonymum ἐπίξυλον, at ἰδιωτικῶς vocari ἐπικόρμιον. Aristophanis autem scholiastes ἐπίξυλον esse dicit μαγειρικὸν κορμὸν, ἐφ' οὗ τὰ κρέα συγκόπτουσι. Eustathius exponens Homericum illud Odyss. β, παρὰ δὲ σφισι κεφαλαὶ, subiungit, ὡσπέρανσις, ἢ ὡς οἱ ἐπίξυλα, ἤτοι ἐπικόπῳ (ἤτοι ἐπικορμίῳ) λίθοις οἷον κοπίδωσι, in trunco in quo carnes concidi solẽt. Sed fortassis nõ minus ἐπικόπιον substantiuè dicitur quàm ἐπίκοπος: quemadmodum apud Poll. ἐπίξυλον, & apud scholiastem Aristophanis ἐπίξυλος. Præterea in altero subintelligi posse videtur κορμὸς, aut τράπεζα, aut tale quid, in altero ξύλον aut aliquid aliud. Sicut verò tã ἐπίξυλος dicitur quàm ἐπίξυλον, ita tam ἐλεὸς quàm ἐλεὸν, vt Eustathius annotat. ‖Ἐπίκοποι dicuntur etiam characteres qui quum initio male impressi fuissent, denuo imprimendi sunt. In quodam nostro lexico veteri, ἐπίκοποι, οἱ κακῶς πεποιημένοι χαρακτῆρες, καὶ διὰ τῶν ἐπικεκομμένοι. Similiter & apud Hes. ἐπίκοπος· χάραγμα ὃν δεύτερον πατοῦσι.

Ἐπικόπιον, ου, τὸ, Mensa coquinaria supra quam carnes concidi solent. idem quod ἐπίκοπος & ἐπίξυλον paulo antè. Pollux libro sexto, de vasis & instrumentis culinariis, ξύλον δ' ἐπίξυλον, ὃ δή τινα κορμοειδῆ ἐπικόπιον καλεῖ. τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῆς πελεκητοῦ ἐλεοῦ ἐκάλουν. Idem libro

decimo, τὸ δὲ μαγγανεῖον καὶ ἑλεῖν, ξαίνειν, ὀπτᾶν, πρᾶσιν ἁλιέως μαγγανικὴν, ὡς οἱ ποιηταὶ ὀπτᾶσθαι: citat autem ex Menandri Messenia, ἰχθῦσι μὲ ὅλως ὀπτᾶσθαι δεῖ π. Sed perperam ibi scribitur ἕλκειν & ὀπτὰ πάντων.

Ὀπτάτης, ου, ὁ, Reprehensor, Castigator: ab ὀπτάω, quod pro Reprehendo accipi, suprà dictum est. Laertius in Arcesilao, pag. 197, ὡς δὲ ὀπτάτης ἱκανὸς καὶ παρρησιαστής. Hæc Budæus. Sed veteres quidam libri ibi scriptum habent ὀπτατώτης. Rursus in Menedemo apud eundem, pag. 111, ὡς γὰ καὶ ὀπτάτης καὶ παρρησιαστὴς, quæ verba idem B. citat. sed veteres libri hic itidē scriptum habent ὀπτατώτης.

C. ΚΑΤΑκόπτω, Decido, (ea significatione qua Plautus dicit Decide mihi collum) Præcido, Amputo, Deputo: vel etiam Detrunco. Theophrastus De causis plantarum, lib. 2, cap. 10, καὶ καταπεπομφὼν δὲ λαμβάνει πρὸς ἀποκοπὴν καὶ ἀφαίρεσιν, ὡς τῶν καὶ ὅταν οἱ σφόνδυλοι δέρρεως δέωσιν. Item Concido, seu In minutas partes concido & comminuo. Plutarchus in Lycurgo, ἀλλὰ μηδὲ κατακόψαι λιπαλέξ. Thucydides libro 4, pagina 162, τὰ μὲν ὑπολύοντες κατέπεσον. & lib. 7, capite 142, ὀπτατώτης διδασκαλίου παιδὸν, κατακόψαι πάντα, de Thracibus qui τοὺς αἰθρώπους ἐφόνευον, φειδόμενοι οὔτε γυναικὸς οὔτε νεωτέρας ἡλικίας, ἀλλὰ πάντας ἐξῆς, ὅτῳ ἐντύχοιεν, καὶ παῖδας καὶ μειρακίσκους ἔκτεινον καὶ θηρία καὶ ἱππάριον. ac plus est ibi κατακόπτειν quàm occidere aut obtruncare: (licet Eustathius simpliciter dicat accipi ὀπτᾶσθαι, ex comico citans, κατακόπτεσθε εὐπαί.) Sic apud Xenophontem Hellenicῶν lib. 4, τῆς γυναικὸς ὀπτατώτης, κατακόπτουσιν ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτόν. ‖ Κατακόπτω pro Nummum percutio, citant vulgata lexica ex Herodoto. Xen. Hell. 1, καὶ τὸν θρίσιον κατακόψαι ἐφ' ᾧ ἐκάθητο, ὅπως ἀργυρεῖα καὶ χρυσᾶ. vbi intelligitur κατακόψαι ad percutiendam seu cudendam monetam.

‖ Κατακόπτομαι, Plango. idem quod κόπτομαι suprà. Chrysost. in Epistolam ad Thessalonicenses 1, pag. 17, ἅμα τὸ κατακόπτεσθαι ὀπτᾶσθαι τοὺς ἀπολλυμένους, τοῦ μὴ ἔχοντος ὀπτᾶσθαι ἐλπίδα. Et paulo post, εἰ δὲ τὸ ἀλγεῖν ὀπτᾶσθαι τοὺς ἀπολλυμένους, ἐνταῦθα, τὸ κατακόπτεσθαι καὶ κατᾴδεσθαι παρεῖται, τίνων ἕνεκα ἔδει; Paulo antè vero simplici vsus fuerat, κόπτεσθαι καὶ θρηνεῖν καὶ ἀφορήτως πενθεῖν.

Κατακοπή, ῆς, ἡ, Decisio, Deputatio: vel Detruncatio. Theophrastus De causis plantarum, libro 2, capite 18, αἱ διακεκριμέναι τῷ δένδρων καὶ αἱ κατακοπαὶ πλείους πολυκαρπίαν,

C. ΠΑΡΑκόπτω, Perperam cudo, Falsum nummum percutio, Monetam non bonam cudo. idem quod παραχαράττω. vnde παρακεκομμένον νόμισμα, nummus non bonus sed adulterinus, (vt Cicero loquitur) Nummus subæratus, οὐκ ὀρθῶς κεκμένον, seu κεκμένον τῷ κακίστῳ κόμματι, καὶ κιβδηλοῦμενον, vt Aristophanem loqui, suprà dictum fuit: seu, νόμισμα πεπρασμένον κόμματος. quod & παράτυπον & παράσημον: necnon παρακεχαραγμένον καὶ κίβδηλον. In qua significatione vulgata lexica ex Luciano afferunt κίβδηλα καὶ νόθα καὶ παρακεκομμένα, monetæ adulterinæ & falsò percussæ. Sed metaphoricè plerunque capitur. Lucianus in Lexiph. διαγράφων τὸν γλωττᾶν καὶ ξαυτὸν τὰ αἰολίσκα σωπιδίῳ, καὶ σουδλῶν πιούμενος ἐπ' αὐτῷς, ὡς δὴ μέγα ὀνείδος ξυνίζοι καὶ τὸ καθαπερεῖ νόμισμα τῆς φωνῆς παρακόπτει, adulteraret, κιβδηλεύοι. Idē Lucianus Hermotimo, τοὺς ἀργυρογνώμονας διαγιγνώσκειν ἄν, τὸ δόκιμον καὶ εἰκίβδηλα καὶ τὰ παρακεκομμένα. Idem De historia scrib. ἀργυρεμπορικῶς ἅπαντα ἐξετάζοντας, ὡς τὰ μὲν παρακεκομμένα ἀδῆλα ἀπορρίπτειν, παρατρίβοντας δὲ τὸ δόκιμον καὶ ἔτυμον καὶ ἀκριβῆ πάντων. Eadem metaphora dicitur etiam παρακεκομμένος αἰὴρ, vt suprà ὁ πεπρασμένος κόμματος. id est Improbus & prauus, qui & παράτυπος & παράσημος, vt docet Budæus, citans ex Aristophane Acharnes. αἰσθάνεται μοχθηρὸς, παρακεκομμένα, ἄπιμα, καὶ παράσημα, καὶ παράξενα, quasi monetæ malè & falsò percussæ. ‖ Παρακόπτω, Fraudo, Damno afficio. Budæus ex Aristophane Nebulis, ἵνα μὴ γένηται τὸν ἐμὸν ἀλφιτοπώλην παρακόπτειν δημοσίᾳ, id est δημοσίᾳ, vt scholiastes exponit. Idem pro Damnum do, vt Terentius loquitur, citant vulgata lexica ex eiusdem Aristophanis Equitibus, ὦ πατρὶ, ὅσον μὰ πρώην χρόνον πολλὰ χρυσοῦν παρακόπτειν. Videtur autem παρακόπτω pro Defraudo, manasse ab illis qui monetam subæratam & adulterinam bonæ permutant, & ita homines fraudant ac decipiunt.

‖ Παρακόπτω τὸν δρόμον, Deliro, & veluti in scopulos impingo. pro quo dicitur etiam παρακόπτω τῇ διανοίᾳ. Aristoteles De auditu mirabilibus, λέγεται δέ τινα καὶ Αἰσχύλον παρακόψαντα τῇ διανοίᾳ, καὶ εἰς τὸ θέατρον ἐρχόμενον ὅτι πολλαὶ ἡμέραι εἰσὶ, διατρίβειν ἐν τοῖς ἐπικρημνίοις πολλὰ, καὶ ὑπομιμνήσκειν καὶ ὡς κατὰ τὴν παρακοπὴν, ἐρωτᾶν εἰ πάλιν τὸν χρόνον ἐπέσται βιοῦν. Similiter apud Horatium Epist. 2, libro 2, — fuit haud ignobilis Argis Qui se credebat miros audire tragœdos, In vacuo lætus sessor plausorque theatro: Cætera qui vitæ seruaret munia recto More, & qui posset — signo læso non insanire lagenæ. Qui postquam redit ad se, - Pol me occidistis, amici, Non seruastis ait, cui sic extorta voluptas. Et demptus per vim mentis gratissimus error. Est itaque παρακόπτειν τῇ διανοίᾳ, Mente errare, seu Mente captum esse, & Mentis suæ non esse. Pro eodē dicitur & παρακόπτω simpliciter. Plutarchus ad Colot. οὐκ ἀπαλλοῦσι οὐδὲ φαρμακῶσι αὐθωπεῖ καὶ παρακόπτουσι, ἀλλὰ νήφουσι καὶ ὑγιαίνουσι καὶ χαίρουσι φιλαλήθειαν καὶ καινὰ καὶ κρείττονα τῶν ὑπαρχόντων πάντων καὶ κτήμασι τοῖς αἰδίοις. Similiter apud Diogenem Laertium in Arcesilao, τὸν καὶ παρακόψαντα αὐλακῶν εἶναι, ἐς ποσοῦτον ἐπεκράτησεν ἐν ὅσοι ἀπεκαπήσαν, de Hipponico geometra quem Agesilaus solebat κακόπλουν καθορᾶν ὄντα καὶ χαλεπὸν. Et apud Suidam, ἐπαλλάττει δὲ ἄκρατον πολλῷ ἐμφερὲς, καὶ παρακόψαι, id est πλεονάσαι παρὰ τὰ μέτρα, vt ipse exponit. Similiter & Budæus παρακόπτειν pro μαίνεσθαι affert ex Alexandro in 2 Περὶ ψυχ. Παραφρονεῖν, (inquit Gorræus) Delirare, Dementem esse. verbum apud medicos ambiguum. Nam Galenus initio Comment. 3 in librū tertiū τῶν ὑπομνημάτων, scribit Hippocratem eo verbo vti solitum quum vult indicare τὴν παραφορὰν magnitudinem, quemadmodum & verbis ἐκπλήσσειν, μανιῶσθαι & ἐκμανιῶσθαι. Idem autem libro 3 De locis affectis, scribit, eos qui in febribus delirant, ab omnibus non solùm medicis, sed etiam idiotis vocari παραφρενιῶντας, παραπαίοντας & παρακόπτοντας. non autem φρενιτικοὺς, quasi leuius quid τῆς παραπληξίας nomine quàm τῆς φρενίτιδος designetur.

Παραπληξία, ας, ἡ, Delirium, Mentis error, vt Horatius paulo antè loquitur. Dioscorides libro quarto, cap. 69, de foliis quarti generis hyoscyami, ἐμβάλλεται δὲ ὡς λάχανα, καὶ βρωθέντα τριῶν πλῆθος, μανίαν καὶ παραπληξίαν ἐργάζεται. Vnde Plinius libro vicesimo quinto, capite quarto, Quippe etiam folio constat mentem corrumpi, si plura quam quatuor bibantur. Ibidem scribit oleo quoque auribus infuso tentari mentem. Fundere hyoscyamum paulo antè dicit vim natura esse, ideóque mentem caputque infestare. Dioscorides quoq; paulo antè de aliis duobus hyoscyami generibus tradit, vtrumque μανιῶδες ὑπάρχειν καὶ παραπληκτικὸν, sicut Plinius omnia insaniam gignere capitisque vertiginē. Item apud Suidam παραπληξία φρενῶν, ἢ φρενιτικὴ ἕξις: at Galenus paulo antè in παραπλήττω dicit παραπληξίαν esse leuius quiddam quàm φρενῖτιν. Vnde & Plutarchus diuersa hæc facit in libro πῶς ἄν τις ἀΐδ. pag. 141 meæ editionis, οἱ δ' εἰς μελαγχολίαν ἢ φρενῖτιν ἢ παραπληξίαν ἔκστασις οὐδὲ φοιτῶντας ἐπιλαμβάνουσιν ἐκτὸς αὐτῶν ἔχοντας [τοὺς διεφθαρμένους,] ἀλλ' ἐξιλαύνουσιν ἢ φθόγγοις, ἢ τοῦ σφόδρα νοσεῖν μηδ' ὅτι νοσοῦσιν αἰσθανομένους.

Παραπληκτικὸς, ὴ, ὸν, Mentis errori obnoxius, Cuius mens tentari solet, Delirans, Demens. Item, Mentis errorem inducens, Mentem tentans, Insaniam gignens. Galenus, λήθαργος καὶ παραπληκτικὸς, ἢ παραπληξία μανικὴ, ἢ φρενιτικὴ.

C. ΠΕΡΙκόπτω, Circuncido, Circuncirca reseco & dimutilo. Thuc. l. 6, p. 106, οἱ δὲ πάντα ὅσα Ἑρμαῖ λίθοι ἐν τῇ πόλει τῇ Ἀθηναίων, μιᾷ νυκτὶ οἱ πολῖται περικόψαντες τὰ αἰδοῖα. Pausanias verò (vt scholiastes annotat) in Atticorum vocabulorum congerie scribit, τοὺς μαχλοὺς καὶ τὰ αἰδοῖα τοὺς Ἑρμᾶς περικόπτοντας, & eos qui facinus illud perpetrarant, Ἑρμοκοπίδας fuisse nominatos. Latini dicunt

Truncare capite, Truncare manibus. ¶Metaphoricè plerũque capitur vt ὀπιπτῶ, & Accido apud Latinos, & ea ſignificatione qua Bud. ſcribit vulgus Gallicum dicere Reſecare vngues & Circũcidere alas, hoc eſt Imminuere opes & autoritatem. Eiuſdem ſignificationis eſſe καλύειν, ſuprà dictum fuit. Sumpta autem metaphora eſt vel ab agricolis qui arbores luxuriantes decacuminant, & ramis eminentioribus in orbem truncant, vel ab iis qui auibus alas præcidunt ſeu circuncidunt, ne euolare poſſint: vt ἀφαιρεῖσθαι eos dicamus quorum opes & potentiam infringimus ac imminuimus, & quos aliqua ex parte viribus veluti truncamus. Demoſth. Philippica 3, καθ' ἕνα ἕκαστον οὕτω ἀφαιρεῖσθαι καὶ λωποδυτῶν τὴν Ἑλλάδα, καὶ καταδουλοῦσθαι τὰς πόλεις, ſingulorum opes accidere, ciuitatéſque ſpoliare: vt Liuius, Acciſæ à Camillo Volſcorum res. Et Virgilius, — acciſis coget dapibus conſumere menſas. Interdũ additur genitiuus rei qua aliquis veluti truncatur & ſpoliatur, ſeu quæ alicui præciditur. Plutarchus in Lucullo, loquens de Tigrane, διώκουν ἱππεῖς Πάρθοι ἀφαιροῦντες τὴν Ἀσίαν. Idem in Antonio, πόλεσι ἀφῃρημένας χρημάτων, ἀνδραπόδων, ζυγίων. Idem in Cæſare, δεύτερον ἀφαιρούμενος τὸν ὄχλον. Gregorius ἀφὶ φιλοπ. appellat ἀφῃρημένους mendicos membris oblæſos & mutilatos, & fortunis omnibus nudatos, ἀνθρώπους ἀφῃρημένους καὶ ἀφῃρημένοις χρήμασι, συγγένειαν, φίλους, αὐτὰ τὰ σώματα. Hæc & alia Bud. pag. 894. Idem in lexico ſuo ex Plutarcho affert de Sertorio, ἀφαιρῶν ἀγορὰς, λιμοκτόνος τῷ χώρᾳ, commercia tollens. Ex eodem, εἰς τὴν Γοτθαρίαν ἐμβιβλήκοις, καὶ ἀφαιροῦν τοὺς ὑπὸ Τιγράνου, diripiens. Ex eodem in Lucullo, ἀφαιρούμενος δὲ τὸν ἀγῶνα ὁπὸ τῆς γῆς τὰ λάφυρα ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἐξεπεμψεν εἰς Λιγύπτου, annonæ anguſtia deprehenſus, Annona acciſa deprehenſus. Rurſus in Sertorio, ἀφαιροῦντες αὐτὸν τῷ ἀπὸ τῆς γῆς ὑποφέρειν ἐπιδρομαῖς καὶ κυκλώσεσι, commeatibus intercluſit.

Περίκομμα, ατος, τὸ, Reciſamentum, vt Plinius loquitur, Fragmen quod circuncidendo deputatum & reſectum eſt, Fruſtum circuncidendo amputatum, ſeu quod circunciſum eſt, vt Budæus interpretatur: dicens inde peculiariter appellari ea quæ ſoci auferunt ex carnibus & circuncidunt. Vulgaris lexicis περίκομμα eſt edulium ex herbis carnibuſque conciſis, idem quod Apicio, Iuuenali & Martiali minutal. Quod Pollux quoque innuere videtur, qui libro 6, cap. 9, quum ſcripſiſſet τὰ συγκεκομμένα λάχανα vocari etiam κοπὰ, ſubiungit, οἱ κωμικοὶ ὀνόμαζον τὰ περικόμματα καὶ χρίσματα· τὰ δ' αὐτὰ καὶ τομαλίσματα. Athenæus lib. 4, εἶτα δ' εἰς τὸ κοινὸν ζωμὸς, καὶ περίκομμα. ἐφόχετο δὲ εἰκαίως δύο κρία. Et libro nono, ex Dionyſio comico de piſcis fruſto & iis quæ exenterando eximuntur, Περικόμματος δὲ τάξιν ἥδιστ' φέρει. Εἰς αὔριόν σε κἀμὲ δεῖ τὸ δεῖπνον ἔχειν. Ariſtophanes in Equitibus, περικόμματά σοι κατασκευάσω, te vt minutal fruſtulatim concidam. ſeu κρέα σού τι σῶμα, vt Suidas exponit, dicens περικόμματα vocari τὰ ὑπὸ τῶν μαγείρων περιαιρούμενα τῶν κρεῶν, ea quæ coqui in carnibus circumcirca reſecant. Ita περικόμματα ἂν σοῦ κατασκευάσαι eſſet, Te circuncidam & circuncirca truncabo. (Heſychius infrà Συκομμάτιον quoque edulii genus quoddã eſſe dicit) At in hoc loco Plutarchi Erot. αἱ περικόμματα τοῦ καλοῦ καὶ ἄδολον ἐν ταῖς διαγωγαῖς ἔχουσι, videtur accipi pro quibuſdam veluti lineamentis, ſicut περικοπὴ Budæo paulo antè apud Polybium vſurpari videtur.

Περικοπὴ, ῆς, ἡ, Circunciſio, Circunciſura, vt Plinius loquitur: qua videlicet res aliqua in orbem truncatur & dimutilatur. vt τῶν Ἑρμῶν ἀφαίρεσις apud Andocidem ἐκ μυστηρίων. Et Alcibiades delatus eam ob cauſam fuit quaſi τοὺς Ἑρμοῦ ἀφαιρέσας, vt cognoſcere eſt ex Thucydide, pag. 206. Dicitur etiam de quauis trũcatione & mutilatione. ¶Περικοπὴ Budæo pag. 895, videtur eſſe quaſi μῦθός quædam vel ἐπεισόδιος, hoc eſt ſententia certo ambitu orationis comprehenſa. quibus verbis ſubiungit locum quendam ex Philoponi diſputatione ſeptima aduerſus Proclum, λαμβάνει δὲ καὶ μίαν ἐκ τῆς εἰς τὸν Φαίδρον ὑπομνήσεως περικοπὴν ὁ Φιλόπονος. At nonnulli hic per περικοπὴν volunt intelligi διορισμὸν, determinationem: idipſum verò tranſlatè cum Columella limitationem dici poſſe addũt: à Cic. autem deciſionem vocari in oratione pro Cæcina, Quid noſtra deciſio de æquitate? quid ratio interdicti de iure admoneant vt iudicetis? Et pro Roſcio, Dicat deciſionem factam eſſe quæ facta non eſt. Baſil. magnus De baptiſmate, quæſt. 4, ὅτου δὲ τὸ σφράγισμα περικοπὴν οὐκ ἔχει δεκτὴν, ἵνα τοῦ ὑποδήσεως καταμαρτύρηται, καὶ ὁλόκληρον τὸ ἀνθρώπινον αἰσχύνωσιν, ἕτερον τὸ ἄμωμον ὑπογράφωμεν. Hieron. libro 2 aduerſus Iouinianum, Expoſita eſt περικοπὴ Apoſtoli de huiuſcemodi quæſtionibus diſputandis: ſingulis oppoſitionibus reſponſum. Idem in Epiſt. ad Pammach. Apologeticum ſi legeris, ipſe pro nobis cæteris ſatisfacies: aut ſi tu quoque narem contraxeris, illam Apoſtoli περικοπὴν in qua de virginitate & nuptiis diſputat, aliter diſſerere compelleris. Loquitur autem ibi Hieronymus de loco in 1 ad Corinth. cap. 7. Suidas περικοπὴν eſſe dicit μέρος τῆς ὑποθέσεως, hunc locum afferens, ὁ δὲ φησὶν, πρὸς ἃ δύσκολον τὴν ἀκολουθίαν καὶ τὴν περικοπὴν τῆς ἐκθέσεως. vbi indem vulg. lex. interpretantur Determinationem & concluſionem. Niſi potius ad ſequentem ſignificationem pertinet. ¶Περικοπὴ aliud etiam ſignificat quàm περίκομμα, vt apud Polybium de elatione funerum apud Romanos, ἔστιν ὅτε τοὺς εἰκόνας, ἐπὶ τῶν εἰκείων μεταλλάξαι τῆς ὄψεως, ἄγουσιν εἰς τὴν ἁρμαμαξήν περικοπὴν ἔχοντες, ὡς ὁμοίαν τοῖς ζῶσιν κατὰ τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἄλλην ἀφαίρεσιν. Hic περικοπὴ signif. (ni fallor) τὰ περίγραμματα τῶν σωμάτων. hoc eſt, lineamenta, καὶ τὴν τῶν σώματος ἀφηχαφὴν, vel ornatum. Hæc Budæus ibidem. Vulg. lex. interpretantur notam deſcriptionem & quaſi delineationem. annotant enim, περικόπτειν ſignificare & περιγράφειν & περιχαράττειν, id eſt circumſignare, vt Columella loquitur. ¶Περικοπὴ ponitur & αὐτὴ τῆς ὑπαρχόντων, pro facultatibus & bonis hominis, pro ſarcinis & impedimentis & apparatu ſuperuacaneo, vt idem Budæus docet in lexico ſuo, hunc è Suida locum proferens, ταύτῃ τὴν περικοπὴν ἐδωρήσατο τῇ τῆς Αἰμιλίας μητρὶ, id eſt ὕπαρξιν, vt ipſe Suidas exponit, non tantùm ſuo ordine, ſed etiam in Αἰμιλία. Locus autem is è Polybio deſumptus eſt. ¶In hoc autẽ eiuſdem autoris loco, ἀπὸ μυδρίας ἐχούσης περιγραπτὴν ὄμφαιν τῆς περικοπῆς αὐτῶν, idem Suidas exponit ἀφηχίας. ¶Περικοπαὶ Heſychio ſunt κλοπαὶ μικταὶ, à περικόπτω quod nudare & ſpoliare aliquando ſignificat. Sed malè ibi ſcribitur περικοπαί.

C. ΠΡΟκόπτω, Procedo, Progredior, Pergo ſeu prouehor vlterius. Chion in Epiſt. ὡς δὲ περικόψαντες ποτὲ τὴν ὁδὸν ἀπ' αὐτῆς περιφλαίδω, ἐπὶ τοὺς ἡμᾶς χιλίους καταλάβοι, ſimulatque triginta ſtadia ab ea proceſſeramus. Et apud Suidam, ἐχρήσατο παχεῖ δρόμῳ καὶ δι' ὅλης τῆς λεωφόρου περικόψαντα καταλαβεῖν. ipſe tamen Suidas ibi exponit διαχρήσασθαι. Sicut etiam dicitur Procedere ætate, Progredi ætate, item & Prouehi ætate, ita & περικόπτειν. In vita Æſchinis, περικόπτων δὲ τῇ ἡλικίᾳ, ὅτε τὸ πολιτεύεσθαι καὶ τὰ κατὰ φιλοτιμίαν ἀπῄει. Lucas verò ſine præpoſitione dicit περικόπτειν ἡλικίᾳ. cap. 2, καὶ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. vbi exponi etiam poteſt Augeſcebat. Capitur eo quoq; modo quo Cicero dicit Ad virtutem procedere, In virtute procedere & progredi, In philoſophia procedere: ſeu Facere progreſſus in aliqua re, Proficere in aliqua re, vt idem Cicero loquitur. Qui quod Stoici Græcè dixerunt, οἱ προκόπτοντες ἄχρις οὗ τὸν σοφὸν αἰσθάνωνται, αἰσθάνονται καὶ μοχθηροὶ διαμένειν, ita Latinè reddidit, Qui proceſſit aliquantum ad virtutis aditum, nihilo minus in miſeria eſt quàm qui nihil proceſſit. Et cum præpoſitione ἐν apud Luc. ἐγὼ μὲ προέκοπτον ἐν τοῖς μαθήμασι, οὓς δὲ ἀνηγόμην ἐν τῷ. Sic Paulus in Epiſt. ad Gal. cap. 1, καὶ προέκοπτον ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ὑπὲρ πολλοὺς συνηλικιώτας ἐν τῷ γένει μου, in Iudaiſmo progreſſus faciebam ſupra multos generis mei æquales. Quintilianus dicit, Vltra quàm homini datum eſt prouehi. Et Ouidius, Vix vltra quò iam progrediatur habet. Eiuſdẽ ſign. eſt ὑπεκδύναι. vnde Socrates ὁ ἐκ Μόλου apud Luc. in Soloeciſta, Προκόπτει πολὺς εἰμὶ ἐν τοῖς μαθήμασι, ὁ δὲ Πλάτων (ἔφη) τῶν ὑπεκδύντων

καλεῖ. Dicitur verò non solùm προκόπτειν ὁ, sed etiam προκόπτειν ὅτι. vt apud Plutarchũ in libro πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐν ἀρ. τῇ. Cicero dicit Procedere ad virtutem, vt suprà dixi. Idem in eodem libro dicit προκόπτειν προκοπήν, pag.136 meæ editionis, ἀρχὴ τοῦ τὴν ἀλήθειαν προκοπὴν καὶ ἄτυφον προκόπτειν. Item προκόπτειν ὅτι πλεῖον, apud Paulum in 2 epist. ad Timoth. cap.2, ὅτι πλεῖον γὰρ προκόψουσιν ἀσεβείας, longius enim ad iniquitatem procedent. vt Cicero dicit, Lõgè ad virtutem procedere. Plinius dicit, Siquis eò insolentiæ furorisque processerit. Sic & Prouehi vsurpatur. Dicitur etiam aliquis οὐδὲν προκόπτειν, vt οὐδὲν αὐύειν, nihil proficere. Quo sensu Liuius dicit, Quum parum procederet incœptum: & Cicero, Quibus quum parum procederet. Rursùm Liuius, Deinde vt nihil procedebat, ad populandum agrum Neapolitanum magis ira quàm potiundæ vrbis spe processit. Euripides in Hippol. Καί τι προκόψω γ' οὐδέν, λυπόσω δέσι, Etiamsi nihil proficiam, Etiamsi nihil procedat. vel, Etiamsi ne digitum quidẽ progrediar in incœpto meo. qua loquutionis formula Cicero vtitur. Dicimur etiam eodem significatu, Prouehi vlteriùs: item & Promouere. vt Terentius, Abibo hinc, præsens quando promoueo parum. Pro Promouco verò transitiuè sumpto accipi putatur apud Thucydidem lib.4, pag.140, κακῶς ἡμᾶς αὐτοὶ ποιοῦντες πλέον τῆς οἰκείας, καὶ τῆς ἀρχῆς ἅμα προκόπτουσι τοῖς οἰκείοις. nam ibi scholiastes exponit, προσδοποιοῦντες καὶ ἀντιποιοῦντες, seu προκοπὴν καὶ ὁδὸν δόντες ποιεῖσθαι ἡμῶν τῆς ἀρχῆς ἐκείνων, nobis promouentibus illis imperium, vt Ouidius dicit promouere imperium. Sed paulo inferius scholiastes aliter legit, videlicet προκοπόντων: ita exponens eum locum, ἡμῶν κακῶς αὐτοὶ δι' ἀλλήλων τῆς οἰκείους δαπανήματα, καὶ προαιρουμένων καὶ προκοπόντων τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς πρὸς τὰ ἐκείνοις συμφέρον. quæ lectio videri potest commodior. In hoc autem eiusdem Thucydidis loco libro 7, pag.252, πλὴν σχεδὸν γε πάλιν ἡμῶν ἀφ' ἑκάστης προκινδυνούσης τι, καὶ τὸ ναυτικὸν μέγα μέρος προκόψαντες, itidẽ reddi potest Rem nauale magna ex parte promouentes. Scholiastes exponit προκοπὴν μεγάλην τοῦ ναυτικοῦ τέλους ἀφικόμενοι, hoc est πολλαὶ ταῖς αὐταῖς ἀφίξεσι παῖ ἰσομαχίαι: addens tamen, alios sic exponere, ὅτι μέγα ἐν τῷ ναυτικῷ προκόψαντες. ‖ Προκόπτω, Procedo: alia significatione: ea nimirum qua Virgilius dicit, Iámque dies alterque dies processit, & auræ Vela vocant. Et Salustius, Vbi plerunque noctis processit, obscùro etiam tum lumine milites Iugurthini castra hostium inuadunt. Et Cæsar, Quantóque eius amplius processerat temporis, tanto erant alacriores ad custodias. Ibi enim Procedere accipitur pro Elabi. Paulus Epistola ad Rom. c.3, νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν, nox processit, dies verò propinquat: vt Salustius dicit Vbi plerunque noctis processit. Pro quo Ioann. Epist.1, cap.2, dicit, ὅτι ἡ σκοτία παράγεται, καὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ἤδη φαίνει.

Πρόοδος, ου, ἡ, Progressus, Processus: ea significatione qua Suetonius dicit, In Græcis literis magnum processum habere: & Cicero, Gradus tuos & quasi processus dicendi studio cognoscere. Cicero dicit etiam Progressio. Quũ enim scribit, In qua [philosophia] quod inchoatum est neque perfectum, progressio quædam ad virtutem appellatur: id progressionem appellat quod Græci πρόοδον. Plutarchus in libro πῶς ἄν τις ἀπὸ. pag. 132 meæ editionis, οὐ μόνας πεισθῆναι ἐπιχαίρειν ὡς σοφὸν ἐν ἑαυτῷ τὸν προόδων. & pag.140, τὸν αἰσθόμενον χαυνοῦντα προόδους ἀληθοῦς ἐν φιλοσοφίᾳ. Pro eodem dicit ἀποδοχὴ p. 132, εἰς ἀπειρίαν πεσεῖν, μᾶλλον ἢ εἰς ἀρετῆς ἀποδοχήν. Eleganter verò dicit Bion apud Laertium, τὴν ἄκραν εὐπορίαν εἶναι τῆς προόδου, opinationem esse profectus progressionisq; impedimentum, Opinationem progressui iter intercidere. quod Plutarchus paulo antè dicit πᾶσιν ἐπιχαίρειν ὡς σοφὸν ἐν ἑαυτῷ τὸν προόδων. Iosephus De antiquitatibus, εἶναι ἐλαμβάνετο τὸ ἀπὸ τῶν χείρων προόδου, in peius prouehebatur. Legitur etiam προόδου ποιεῖν, vt Plinius dicit Facere profectum sub præceptore: & Cicero, Facere progressus in studiis. Idem, Tantos processus efficiebat, vt euolare non excurrere videretur. Plutarch. verò dicit etiam προόδου προκόπτειν, vt suprà indicaui.

Πρόοδος, ου, ὁ, (si mendo caret) Processus, id est Successus. vt Seneca dicit, Querũtur & de consiliis & de processibus suis, malúntque semper quæ reliquerũt. Item, Ex animaduersione alienorum processuum & suorum desperatione, fortunæ irascens animus. vbi pro felici successu, qui dicitur ἡ τύχημα, vsurpatur. Polybius, ταχέως ἐλάμβανε τὸ πρᾶγμα προόδου, res statim procedebat, vt Liuius loquitur. Sed ibi reponendum puto προπολύ. ΑΥ Πρόοδος, ίδος, ἡ, Cæsaries v.l. χαίτη, Hesych.

C. ΠΡΟΣκόπτω, Allido. Nazianz. προσκοπτόμενα τῇ πέτρᾳ νηπία, infantes petræ allisi. ‖ Προσκόπτω, Impingo, Offendo. Matth. 4, & Luc. 4, μή ποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου, ne impingas seu offendas pedem. Aristophan. Vespis, προσέκοψε τὸν σκότῳ τὸν δάκτυλον, offendit in tenebris digitum. vbi τῷ σκότῳ dixit vt τῷ λίθῳ. Idem dicitur προσκρούειν & προσπαίειν. Sed frequentius omittitur accusatiuus πόδα. Ioann. 11, ἐάν τις περιπατῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, οὐ προσκόπτει. Rom. 9, προσέκοψαν τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος, offenderunt seu impegerunt pedem ad lapidem offendiculi. Eustathius dicit propriè accipi ὅτι ποδῶν, sicut & σφάλλεσθαι: indéque esse hanc apud recentiores γραμμὴν, Φορητὸν τοῦ ἵππου ἡ τοῦ λαιμοῦ προσκοπὴν, id est σφάλμα. Sed dicimur etiam προσκόπτειν alicui rei qua offendimur, quæque nobis velut offendiculum occurrit in quo pedem impingamus. 1 Petri c.2, οἱ προσκόπτουσι τῷ λόγῳ, qui offenduntur. At Rom.14, ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει ἢ σκανδαλίζεται. In eodẽ significatu dicitur & προσκόπτομαι, videlicet pro Offendor, vel Offensus aut infensus sum. Appian. in 2 Bell. ciuil. de Curione, ἔλεγε δὲ ὧδε, εἰδὼς οὐ μαχησόμενα τῷ δεξιῷ τὸν Πομπήϊον, καὶ τὸν δῆμον ὁρῶν ἤδη προσκόπτοντα αὐτῷ δι' ἃ τὰ τοῦ δικασμοῦ δίκας. Interdum commodius redditur Incurro. Synes. De insomn. ψυχὴ μανθάνει κακῶν περὶ τὰ τῇδε προσκόπτουσα, in nullum malum in rebus humanis incurrens. Idem epist.46, οὐ δι' ἡμῶν, ἵνα μὴ οὐ προσκόπτομεν τῇ τύχῃ, σωίμεθα, quandiu in res aduersas no incurrebam⁹. At in hoc loco Aristotelis Problem. sect.5, προσκόπτομεν τῷ αἰεὶ ἐγχέοντι, vulg. lex. interpr. Incurrendo aerem nostro impetu violamus. Aliquando est Cum impetu incurro & irruo, Inuehor. Matth. cap.7, de ventis, καὶ προσέπεσαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἔπεσεν. In argumento τὴν βατράχων Aristophanis, Πλείστων δ' ἰδὼν Ὡς Ἡρακλεῖ προσέπεσε δεῦρο τὸν Κέρβερον, in Bacchum irruit, seu cum impetu incurrit, indutum habitu Herculeo, putans esse Herculem qui Cerberum abduxerat.

Πρόσκομμα, ατος, τὸ, Offendiculum, Obstaculum in via in quod pedem impingimus, Impedimentum in quod pedes incurrunt. Propriè enim ὅτι ποδῶν dicitur πρόσκομμα, vt ὑπόπτιον ἐπ' ὀφθαλμῶν, teste Eustath. 1 Petri cap.2, λίθος προσκόμματος, Generaliter de quouis quo animus aut oculi aut aures alicuius offenduntur, & quo eius cursus veluti obstaculo impeditur. 1 Corinth. cap.8, βλέπετε μή πως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη πρόσκομμα γένηται τοῖς ἀσθενοῦσι, ne ea offendãtur, seu, ne ea illis offendiculo sit. Et Rom. cap.14, κεῖται πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ. ‖ Πρόσκομμα Suidæ est non solùm σκάνδαλον, sed etiam βλάβη, ζημία.

Προσκοπὴ, ῆς, ἡ, Offensio, vel potius Offendiculum. idem quod πρόσκομμα præcedens, seu σκάνδαλον, vt Hesych. docet. hoc est Id in quod pedes nostri incurrũt, & quo cursus noster impeditur, Id in quo pedes nostri offenduntur impingentes. vt προσκοπὴν ἔχω apud Thuc. Impedimentũ & obstaculũ quo nauiũ cursus inhibetur, ἔτυχον ἢ αἰ μὴ ὀκ Καείας ἐς προσκοπὴν τῶν Φοινισσῶν νεῶν εἰχόμεναι, vt eas prohiberent. Item Scandalũ & offendiculũ apud theologos. 2 Cor.6. μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπὴν, Nullam eis offensionis materiam præbentes, Nihil facientes quo offendantur. Sunt qui Offensioni esse & offensionẽ afferre ex Cic. interpr. ΥΝΔΕ Ἀπρόσκοπος, ου, ὁ ἡ, Qui in nullũ offẽdiculũ impingit, Cuius pedes in nullum offendiculum incurrunt, Qui inoffenso gradu procedit: seu generaliter, Inoffensus. idem quod ἀσφαλὴς: propriè enim hæc duo ὅτι ποδῶν dici Eustathius tradit. Actorũ Apost. cap.24, ἐν τούτῳ δὲ αὐτὸς ἀσκῶ ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν, Interim autem meditor con-

ſcientiam habere inoffenſam, vt Budæus interpr. HINC Ἀπροσπτώτως, Sine offendiculo, Ita vt pedem non impingas, nec offendas, Ita vt in nullum incurras pedum offendiculum. idem quod ἀσφαλῶς. propriè ὁδοῖ τινὶ, metaph. de aliis: vt ἀπροσπτώτως ἀγορεύειν, idē quod ἀσφαλῶς, vt Euſt. dicit. ſicut ſuprà γλώττῃ προσπτίπτειν, lingua impingere.

C. ΣΥΓκόπτω, Concido, Conſcindo. Qua verò ſignificatione Cicero dicit, Virgis plebem Romanam concidere, & Plautus Pugnis concuſus, ea & Ariſtophanes Nebulis, Ὅσους δὲ πάτταις ἤχομεν περὶ τὸν νόμον πεζῶν, Ἀφίημι, καὶ δίδομεν αὐτοῖς ἀσπόνδους συγκόπτειν. id eſt τυφλοῦν ſeu καταπαττεῖν ταῖς μάστιξι, verberibus concuſos ſeu cæſos nos eſſe. Pro Pugnis aut verberibus concidere videtur accipi poſſe & in hoc loco Xenophontis Sympoſ. pag. 522, ὡς πλῆξαι, ὦ Ἀντίσθενες, μέντοι μὴ συγκόψῃς μου τὴν ἄλλην χαλεπότητα ἐγὼ σου καὶ φέρω καὶ οἴσω φιλικῶς, modò pugnis & verberibus me non concidas. Aptè tamen hic etiam reddere poſſumus Contundere. nam Cicero dicit Pugiles cæſtibus contuſi: & Ouidius, Nares contundere alicui: & Plautus, Nónne hic homo modò me pugnis contudit? Sic accipitur etiam apud Demoſthenem contra Midiam, pag. 222, τὸν δὲ χορηγὸν αὐτὸν οὐχὶ ὁ συγκόψας ἅπαντας τοὺς νόμους οὗτος φανερός, οὐ δῆτα δῆτα; nam Demoſthenes choragum ſuæ tribus agens, ὅτι τῆς ὀρχήστρας κονδύλοις ἔλαζεν ἑαυτὸν πάντων πλεῖστον, vt Libanius docet in argumento. quemadmodum & Æſchines contra Cteſiphontem dicit Demoſthenem καταπαπαλύξαι οὐκ αὐτὸν τὸ πλῆθος κονδύλων ἴσχυσε Μαιδίου ἔχειν καὶ τὸν φανερόν. Eſt igitur συγκόπτειν idem quod κονδυλίζειν, ſeu καταπαλύξειν, hoc eſt Pugnis concidere, Pugnis contundere. ‖ Συγκόπτειν eſt etiam Diſcindere. Vnde & Lucianus dicit πολλὰς φιλίας συγκόπτειν: ita Cicero, Multæ amicitiæ diſciſſæ potius quàm diſſolutæ. ‖ Συγκόπτεσθαι etiã dicuntur qui ſyncope corripiũtur, hoc eſt quibus cor veluti conciditur & contunditur, ac omnia vincula quibus vita continetur, quaſi diſciſſa reſoluuntur. nam ſcribit Aretæus libro ſecundo De morbis acutis, capite 3, nihil eſſe μᾶλλον ἢ οὕτως ἀσυγκοπτῆς δυνάμιος: eſſe autem τῆς καρδίης τοῦτον ἢ αὖτος τῆς ἐν αὐτῇ τῇ ζωῇ δυνάμιος, καὶ λύσιν τῆς δυνάμιος τῆς εἰς ζωὴν δυνάμιος, πάθος αἰπόξοον τῇ ψυχῇ τῷ αὐθρώπου ἐόν. De ſymptomatis autem & notis τῆς συγκοπτομένου idem ibidem tradit. Galenus, οἵ γε καὶ ἐξαίφνης συγκόπτονται, repentè linquuntur animo, vt Budæus interpretatur. ſed ſi medicis credimus, συγκόπτεσθαι plus eſt quàm λειποθυμεῖν, vt patet ex verbis Aretæi paulò antè citatis. Idem, ἔνιοι δὲ καὶ ἀπὸ λύπης καὶ μετὰ νούσου ἐπὶ τῆς ὀδύνης συγκόπτονται, ἀπέθανον, ſyncope correpti mortui ſunt. quod non ita facilè fit in animi deliquiis.

Συγκομμάτιον, Genus quoddam edulii. σκληρόν τι πρὸς τῆς ἐλαφρυντέας, vt Heſych. ſcribit. Fortaſſis idem quod κρέκομμα ſuprà.

Συγκοπὴ, ῆς, ἡ, Syncope: eſt præceps virium omnium lapſus, vt Galenus ante ſe à veteribus medicis definitam eſſe prodidit. Ergo quum eſſentia virium quibus regitur corpus, tum in ſpiritu tũ in ſolidorũ corporum tẽperamento cõſiſtat, palã eſt nihil horũ per ſyncopen manere integrum, ſed cuncta collabi & diſſipari: cum ſpiritu quidem, calorem natiuum, ita cum eo mixtum atque confuſum vt nunquam ab inuicem ſeparari poſſint: cum ſolidorum autẽ corporum temperamento, tum eum ipſum calorem ſingulis à natura partibus inſitum, tum humidum illud primigenium & radicale, quo vno, veluti glutino quodam, robur earum continetur. Hæc Gorræus. Paulo pòſt ſubiungit, hunc virium lapſum duo præcipua ſymptomata conſequi: exoluto quidem calore, frigiditatem totius corporis: digeſta verò ſolidorum corporum ſubſtantia, ſudorem quem medici συγκοπτικὸν & διαφορητικὸν appellãt. hæcque duo eſſe παθογνωμονικὰ τῆς συγκοπῆς συμπτώματα, quæ alia etiam, cuiuſque facultatis propria, pulſus defectio, & ſenſus motúſque priuatio, conſequantur. Poſtquam verò duo cauſarum genera explicauit à quibus malum hoc oritur, dicit tantum eſſe trium principiorum inter ſe conſenſum, vt protinus noxas ſuas inuicem communicent, ipſumque ventriculi os præter reliquas, propter exquiſitum ſenſum, ſi grauiter offendatur, ſyncopas accerſere quas ab eo στόμαχος appellãt. Cauſas autem magnas prorſus eſſe & vehementes, adeo vt ab iis ægri non modò λειποθυμῆσαι (hoc eſt animo linqui) ſed totis viribus reſolui poſſint, & proximi periculo eſſe: videlicet aliàs ſpiritu ipſo deperdito, aliàs alterato, aliquando maxima ex parte digeſto, non rarò hæc vtraque perpeſſo. Quibus ſubiungit, Cauſæ namque eædem minores, non iam ſyncopen, ſed animi defectum, λειποψυχίας à medicis dictum, inducent, magnitudine ſola à ſyncope differentem. neque enim tanta eſt per λειποψυχίας animi exolutio quanta per συγκοπὰς, in quibus nulla omnino vis quæ vel in ſpiritibus vel in ſolidis partibus poſita ſit, integra manet: quum per λειποψυχίας, etiamſi aliqua ex parte exoluãtur ſpiritus, ſolidorum tamen corporum, quæ multo minus quàm ſpiritus, iniuriis ſunt opportuna, ſubſtantia non digeritur ſed incolumis perſiſtit. Argumento ſudor eſt, in lipopſychia quidem nullus, ſed in ſyncope perpetuus, & pro cauſarum magnitudine paucus vel multus. Hic enim veluti terminus quidam lipopſychias à ſyncopis diuidit, ſic vt quæ virium diſſolutiones intra ſudorem conſtiterint, λειποψυχίαι ſiue λειποθυμίαι, ſiue exolutiones (vnum enim hæc tria ſignificant) dicantur: quæ verò eum prætergreſſæ fuerint, & ad ſudorem vſque peruenerint, ſyncopæ: quarum etiam pro ſudoris modo magnum ſit diſcrimen. Siquidem nemini dubium eſſe poteſt plus in iis multo eſſe periculi quibus plurimus ſudor acceſſit quàm quibus exiguus, quòd maior virium lapſus ita contingat. Sed quantuſcunque ſit, omnem ἐξίως καὶ αἰφνίως, hoc eſt repentè & vniuerſim, fieri debere, ratiò τῆς συγκοπῆς exigit. Quum enim ea nulli morbo acumine & periculo concedat, lapſum illum virium confertim & ſemel & magnum etiam fieri neceſſe eſt. Hæc ille. Paulus Ægin. lib. 3, cap. 34, περὶ συγκοπῆς δὲ παράνοια [ἡ καρδία] ὅτι τε ἐξαίφνης καὶ ἅπαν καὶ στόμα καὶ χεῖρες, λύπη τε καὶ ῥίγος καὶ ἱδρὼς ἐπὶ πᾶσι, τὸν καλούμενον ἐπὶ τοῖς συγκοπτομένοις, αἰθρόαν οὕτω τῆς δυνάμεως ἐκπίπτουσαν, ὃν λύσιν τε καὶ λειποθυμίας καὶ μικροψυχίας, ἄκρον τε ἀθυμίαν καὶ ἀθρόαν ἀποφορὰν διαλυομένου. Galenus, οἱ συγκοπτόμενοι ὅτι μὲ χυμοὶ φέρονται, ἀλλὰ τὰ καλούμενα λειποψυχίας. Sunt qui λειποψυχίαν interpretentur Animi deliquium, ſeu Animi defectum, ſiue defectionem: at συγκοπὴν, Animæ defectionem, remittentes ad Celſum lib. 7, cap. vlt. ‖ Συγκοπὴ eſt etiam figura grammatica qua ſyllaba è medio dictionis alicuius aufertur, ſicut ἀπὸ τοῦ, quum in fine: ἀφαίρεσις, quum ab initio.

Συγκοπικὸς, ὴ, ὸν, Syncopen inducens, Animæ defectionem & præcipitem virium omnium lapſum vnà cum ſenſuum languore, arteriarum pulſus defectione, ſudoréque perpetuo, afferens, corde iam affecto, & laborante vitæ principio. Galen. ἡμῖν οὖν τοιαύτη δόξαν, ὀλίγοις πάνυ καὶ συγκοπικά.

C. ΥΠΕΡκόπτω, Supero, Superſcando: ſeu Superuehor, Supergredior: vt προκόπτω, Prouehor, Progredior. Themiſt. in Sophiſta, οὐκ αὐτὰ δὴ τὰ ἐπιόντα ἐπιόντα ὑπερκόπτει καὶ ὑπερβαίνει τὸν εἰρημένον, ſupergreditur. vt Tacitus dicit, Villarũ magnificentia quaſi principẽ ſupergrederetur: & Quintilianus, Omnem laudem ſupergreſſa. ibi enim Supergredior pro Supero accipitur.

C. ΥΠΟκόπτω, Succido. v. t.

¶ Κόπος, ου, ὁ, Labor, Moleſtia. à κόπτομαι ſignificante Vexor, Laboribus & moleſtiis premor. Ariſtoph. Pluto, ὃ κόπτου ξυνεῖναι, in labore verſari, vt vulgata lexica interpretantur. ‖ Item Laſſitudo, Fatigatio ex labore. à κόπτομαι ſignificante Fatigor, Faniſcor, Laſſeſco. Xenophõ De re equeſtri, κόπου ὄντος διὰ τὰς ἀσκήσεις. Plutarchus in Præcept. ſanit. οὐκ ἀγαθὸν δὲ ὅτι καὶ διὰ κόπους πορεύεσθαι ἀνάγκη, καὶ δι' ἱδρῶτος καὶ δίψης ἀνέχεσθαι. Aliquanto pòſt, διαρρήσσει καὶ κόπος (φησὶν Ἱπποκράτης) ἀνάγκη τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι. quæ verba ſequuntur lib. 2, Aphor. 4. Vnde ſunt hæc Celſi lib. 2, cap. 2, de ſignis aduerſæ valetudi-

nis futuræ, Præterea hæc protinus timeri debet si grauiora membra sunt. Aliquanto pòst, Si genua quasi fatigata sunt, totúmve corpus lassitudinem sentit. Dioscorides libro 3, cap. 98, de ammoniaco, πιεῖ καὶ πρὸς κόπους συνεχομένους, μιγνὺς ὄξει καὶ νίτρῳ καὶ καταπίτῳ ἐλαίῳ αἰτὶ ἐλαίου. De quo Plinius lib. 24, cap. 6, Lassitudines perungi cum aceto & oleo, exiguóque nitro, perutile est. ὁ πόνος ὅτι τῶ κόπου αἴτιος, lassitudinis causa labor est. Et apud Galen. κόπῳ περιπίπτειν, lassitudinibus corripi, hoc est lassari. Item κόπου λύειν, soluere seu dissoluere seu leuare lassitudinem, vt Plinium loqui in ἄκοπος dicam. Athen. lib. 1, ἴσασιν δὲ καὶ λουτρὰ ἄκη πόνων παντῶν, κόπου μὲν θαλάττη λύοντες, ἡμέλιτα πῖς νύμφας ὅτι φωσφόρος. Paulo pòst dicit καμάτων λύσις: accipiens pro eodem κόπον, πόνον, κάματον, id est pro lassitudine ex multo labore.

C. Ἄκοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Non lassatus, Lassitudinis expers, Lassitudinem non sentiens. Vel, Indefessus, Infatigabilis. Xenophon De re equestri, pag. 545, loquens de equorũ genibus quæ ὑγιεστέρως κάμπτονται, hoc est, flexu magis lubrico mouentur, τὰ δὲ ὑγιὰ δικαίως δύναται ἀπλανέστερον γὰρ καὶ ἀκοπότερον τὸν ἵππον πρὸς σκληρῶν σκιλὴν παρέχει, minus & offendit equus & laborat, vt Cameran⁹ interpr. At Bud. ἄκοπον ἵππον accipit αἰτὶ τοῦ μὴ κόπτοντος τὸν αἰσθάνεσθαι, qui non succussat. nã κόπτειν & pro Succutere accipi, suprà dictum fuit. ¶ A medicis autem ἄκοπα dicuntur medicamenta quibus aduersus lassitudines vtũtur, Quibus lassi perunguntur, Lassitudines recreantia, Lassitudines reficientia, In lassitudine recreantia defessos, Lassitudines & fatigationes leuantia, Lassitudmes soluentia, seu dissoluentia. Tot enim modis interpretari possumus, Plinianis verbis vtentes. Sed & acopa Latini quoque vocant, tetẽto vocabulo Græco, vt Celsus lib. 5, cap. 24. & Scrib. Larg⁹ cap. 154, Acopon ad perfrictionẽ lassitudinum, tẽsionem neruorum. Eadem à Dioscoride libro 2 vocantur etiam ἄκοπα δυνάμεις. Et ἄκοπα μαλάγματα in Hippiatria, Quæ fiunt ad lassitudinem equorum discutiendam. Ἄκοπα (inquit Gorr.) dicitur propriè medicamentum quod omnem lassitudinem ex multo & vehementi corporis motu exortam illitu leuat. Hæc prima fuit τῶ ἀκόπου significatio: sed vsus paulatim nomen id extendit etiam ad medicamenta similem sortita compositionem, licet aliis quàm tollendæ lassitudini commodis inseruiant. Neque enim ad eam tantùm sed ad dolorem etiam veterem in alto corpore delitescentem, vel ad motum sensúmque difficilem, vel ad tensionem scirrhósque componuntur. Adhibentur & iis (inquit Oribas.) qui quum pinguedinem corpori inducere moliantur, nihil tamen cibis, potibus, perfusionibus, balneis, aliisque id genus remediis proficiunt. Quæ omnia vt ἄκοπα rectè dici possint, satis est si humida sint consistentia & τῆς ἀκόπου simili. ea autem media est inter σύγχυσμα & liquida cerata, tanto illis crassior quãto his liquidior est. Sunt autem τὰ ἄκοπα ferè omnia facultate duplicia, alia calefacientia, alia emollientia. Aliquanto pòst, Additur verò ab Oribasio tertia τῶν ἀκόπων differentia, eorum videlicet quæ cutim scarificant. Cæterùm miscentur aliquando calefacientia emollientibus, illinuntúrque commodissimè diuturnis affectibus, quique ægrè elidi possunt, & quibus sinapismus congruit. Miscentur & vnguenta quædam ad solam odoris suauitatem ET Μυρεψικὰ appellantur: eiusdẽ tamen cum acopis generis & facultatis, & nihilo illis præstantiora, præter odoris gratiam. De iis & Paul. Ægin. lib. 7. ¶ Ἄκοπος est etiam fruticis nomen qui & anagyros appellatur, vt docet Plinius lib. 27, cap. 4, & Dioscorides lib. 3, cap. 167: inde fortassis dicti quòd parturientibus laborem mitiget. est enim ἀφέτικον διγυμασίας, vt Dioscorides tradit: difficulter parientibus adalligatur, vt Plinius. AT Ἄκοπος, gemma est apud Plinium lib. 37, cap. 10, nitro simi lis, pumicosa, aureis guttis stellata: cum qua oleũ subferuefactum perunctis lassitudinem solute. vulg. lex. ἄκοπον etiam appellant. ¶ Ἄκοπος dicitur etiã, Qui molestia affectus nõ est, Cui nullis molestiis cor cõtunditur. Vnde ἄκοπος εἶναι apud Suidã ex Amipsia comico,

ὁ οὐδέπω πεπονηκὼς ὑπό τινος. ¶ Item Ἄκοπος, Qui corruptioni obnoxius non est, imprimis verò A vermium noxa tutus. nam suprà habuisti κόπτεσθαι dici ea quæ vitiantur & quibus malefica animalia innascuntur. Aristot. Probl. sect. 13, διὰ τί οἱ τῶν πόντων ὀπὸς ἰατρικοὶ οἱ τῶν ψύλλων, πολλαχοῦ τῆς χώρας ἄκοπος. vbi ἄκοπος ὀπὸς opponitur τῶ κοπίνῃ, vt Theophrast⁹ appellat. qui & scribit De caus. plant. l. 4, sub finem, τὸ δ' ὅλον, ἄκοπα τὰ μὲν ξηρότητι (διόπερ καὶ ἡ κάχρις χρονιώτερον) τὰ δὲ ἀμιξία καὶ καθαρότητι, καθάπερ ὁ χόνδρος. id est, οὐ κόπτεται, vt paulo antè præcedit. Et cap. 15, ὡσὲ πύπις ἡ ἰμβαμομφὴ γῆ, καὶ ἄκοπον παρέχουσα καὶ αἰσθησιοκοπτικά, de frumento. Idem Hist. plant. lib. 4, cap. 4, de malo medico, κἂν εἰς ἰμάτια πεσῇ τὸ μῆλον, ἄκοπα διαφθείρει. Vnde Plinius lib. 12, cap. 3, Pomũ ipsum odore præcellit, qui transit in vestes vnà cõditus, arcétque ani maliũ noxia. Pertinet huc quod ex Oppio adducit Macrobius Saturn. lib. 4, cap. vlt. Est autem odoratissimum: ex quo iniecticũ vesti tineas necat. Quæ verò hic ἄκοπα dicit, eadem & ἀκοπώδη appellat, quemadmodum in Κόπῳ dictum est: necnon ἄζωα. VNDE Ἀκόπως, Sine lassitudine. Item sine noxa animalium maleficorum, vt Plinius vocat vermes in seminibus, & vestibus, aliisque similibus innascentes, ac ea vitiantes & corrumpentes. Theophr. De causis plant. libro 4, cap. vltimo, ἀκόπως δὲ ἔχει πάδε, Σήρμος, κάλχος, αἴγιλωψ, αἶεχ, σήσαμον, ἰρίδιγγος, καὶ ὅλως τὰ δριμέα. vbi ἀκόπως ἔχει dicit pro οὐ κόπτεται.

C. Ἔγκοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Labore ac lassitudine plenus, In quo multum laboris ac lassitudinis inest, id est Laboriosus, Difficilis, δύσχρης. nam ἔγκοπα Hesychio sunt δύσχρηστα. ¶ Item Lassus, Lassatus. vnde ἔγκοπον ἴχνος, vestigium fessum, in v. l. ex Epigr.

C. Ἔκκοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Fessus, Lassus, Lassatus. vel Lassitudine eneruatus: idem quod sequens καπέτης. Apud Suidam ὁ ἐξ ἱππικῆς πεντακοσίους σταδίους, καὶ ἡμιόλιος ἔκκοπος, ἐπίμετρον, Ex itinere lassatus, seu Lassus de via, vt Plautus loquitur, Lassitudine exanimatus, vt Cæsar.

C. Εὔκοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Facilis, Qui facili labore fit. Item Expeditus, Qui facili labore rem aliquam conficit, & qui ve luti non lassat. Epigr. lib. 2, οὕτως Εὔκοπός ἐστι Δίων, adeo Dion est expeditus, qui absque dolore medetur. In v. l. dicitur idem esse quod εὔκολος, & Facilè parabilis.

VNDE Εὐκοπία, ας, ἡ, Facilitas. εὐκολία. v. l.

C. Καπέτης, ου, ὁ καὶ ἡ, Defessus, Labore confectus, qui & καπέτος & πονημένος dicitur. Budæus pag. 890 ex Plutarcho, afferens ibidem exemplum ex Diodoro vbi καπέτας vocat defessos pugnando, quibus ἀκέραιοι, id est integri, subsituuntur. Plutarchus Alcibiade, pag. 65, θλίβειν καὶ ἀποκαίειν αἱμορροίας, καὶ ποιῶν αἱμορροίας βαπτὸν χλανίδας καὶ καπέτας ὑπ' ἀλλήλων. quo in loco καπέτας eadem significatione dicit qua Diodorus, i. καπετούς.

C. Ὑπέρκοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Supra modum lassatus, Valde lassus, seu defessus, Valde fatigatus. Citat Budæus ex Aristotele περὶ ζώων αἰτίων. Idem de venatu pantheræ, ἵνα ἐκφοβηθῇ καὶ ὑπέρκοπος γένηται ὑπ' αὐτῆς διωκομένη καὶ ὑπὸ χιόνος γένηται. ¶ As in hoc loco Sophoclis Aiace, — ὑπέρκοπον Μηδείου ποτ' ἔπτης αὐτὸς εἰς ἴχνος ἔπος, Μηδ' ὄγκου ἄρης μηδέν, schol. vult ὑπέρκοπον metri causa vsurpatum esse pro ὑπέρκομπον.

C. Ὑπόκοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Aliquatenus lassatus, Aliqua ex parte lassus. Xen. Cyneg. pag. 576, ἐπιδιδόασι πρὸς θήραν αἱ κύνες ἤδη ὑπόκοποι ὄσαι, ἢ οὐ λίαν τῆς ἡμέρας, lassi propemodum sint. Nisi aliquis malit, Lassitudini succumbãt, Lassitudine opprimantur.

Κοπώδης, ης, ὁ καὶ ἡ, Laboriosus, Molestus, Quo facilè lassamur seu lassescimus. Bud. vertit Molestus in hoc loco Plutarchi, in Quæst. Platon. pag. 616, πρὸς δὲ ἄγχας τοὺς μεθύοντας ἐκείνους, καὶ μηδὲν ἀπὸ τῆς συνηθείας ἀφιστάντας, ὡς δρίγλιν καὶ ἀνθρῶπον καὶ κοπώδη τῷ ἀμετακλίτῳ πλὴν φύσιν ποιῶντας αἰσθάνεσθαι. ¶ Itẽ Lassatus, Lassus, Defessus, seu Lassitudine defessus, vt Plin. loquitur. Paul. Æg. l. 7, ἄκοπα λέγεται ὑπὸ τῶν ἰατρῶν οἷς ἐκ κοπώδους σωθυρῆς, quoniã primùm inuenta sint ad recreandos eos qui lassitudine defessi sunt, Quoniam contra lassitudinum dolores primùm inuenta sunt. Sic enim loquitur Plinius, ex

quo suprà in ἄκεπος complures eiusmodi loquendi formulas annotaui.

Κοπάω, ῶ, Lasso, Fatigo. Et κοπάομαι, Lassor, Fatigor, Lassitudine opprimor seu exanimor, Assiduo labore defatigor seu defatigatus sum, Labore defetiscor seu defessus sum, Frangor laboribus. Liuius dicit etiam Affecta laboribus ac vigiliis corpora, id est fracta & exanimata. Vnde ἐκοπώθη apud Galenum, Lassus est de via, Lassatus est ab itinere, seu iactatus est, vt Budæus interpretatur. Et κεκοπωμένος apud Dioscoridem, Lassitudine confractus vel contusus, Fatiscens, vt idem Budæus exponit.

Κοπιάω, ῶ, Futurum άσω, Laboro. Lucæ 5, de piscantibus, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς κοπιάσαντες οὐδὲν ἐλάβομεν, tota nocte laborantes. Matth. 6, & Luc. 10, οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει. 2 Tim. 2, τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν, agricolam laborantem. Item 1 Tim. 5, μάλιστα κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ, plurimùm operæ laborisque conferentes. Item Philip. 2, οὐδὲ εἰς κενὸν ἐκοπίασα, Non frustra laboraui, Non frustra operam ac laborem insumpsi. Et cum accusatiuo, Ioan. 4, ἀπέστειλα ὑμᾶς θερίζειν ὃ οὐχ ὑμεῖς κεκοπιάκατε, in quo nihil laboris ac operæ posuistis. Sic & Rom. 16, πολλὰ ἐκοπίασεν εἰς ἡμᾶς. Vbi sicut dicit ἐκοπίασεν εἰς ἡμᾶς, ita Colost. 1. εἰς ὃ καὶ κοπιῶ: & 1 Tim. c. 4, εἰς τοῦτο γὰρ κοπιῶμεν. Potest interdum etiam exponi Fatigo me. Item Molestè fero, Fastidio. Plutarchus Apophth. πῶς δὲ Ἀθηναίων αὐτὸν θεραπευόντων, Τί κοπιᾶτε (ἔφη) ὑπὸ τῶν αὐτῶν πολλάκις ἐνοχλούμενοι, Cur fastiditis eos qui sæpe commodis vestris seruierunt? Qua de causa lacessitis eos, ab iisdem sæpe commodè tractati? Bud. Fortassis tamen ea signif. accipi locus iste potest qua is quē paulo pòst ex Aristoph. afferam. Item, Fatigor, Lassor, Defetiscor, Lassesco, Fatisco. Ioan. 4, ὁ Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, Lassus de via, vt Plautus loquitur. In Hippiatria, οὐ γὰρ ἐξ ὁδοιπορίας τὰς φλέβας κοπιᾷ, ἀλλὰ τὸ ῥεῦμα, lassitudinem sentit, seu Ex lassitudine dolorem sentit, Lassescit. Bud. Et metaphoricè apud Aristoph. Auibus, ὥσπερ παρίστασι κοπιᾶν ὑμῖν ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν, Οὕτω πως πάσχετε πάντες, lassabimini bonis: vt in malam partem apud Ouidium, pietas lassa malis. Schol. exponit, ὑπὸ πλησμονῆς ἡμῖν ἐμφύεσθαι τῶν ἀγαθῶν ἀπειρημένα φησὶν, præ lassitudine ex nimia bonorum affluentia. id est, præ fastidio & nausea. Sic accipi etiam poterit locus ex Plutarcho paulo antè citatus. Dicitur etiam κοπάομαι voce passiua pro κοπάω. Aristoteles in Problem. sect. 5, ὅτι κάμνοντες γίνεται οἱ τῶν θλιβομένων καὶ πιεζομένων ἢ κοπιωμένων, Lassatis seu lassescentibus, Lassitudine detessis.

C. Ἀκοπίαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui lassatus non est, Indefessus, Infatigabilis. idem quod ἄκοπος. Item, Facilis, Lassitudinis & laboris vacuus, Lassitudinem & laborem nullum afrens. Aristoteles De mundo, ἀκοπίαστόν τινα ὁδὸν θέουσα, viam nacta facilem & expeditam, & quæ minimè lassat. VNDE Ἀκοπιάστως, Sine labore & lassitudine, Ita vt laborandum non sit, Ita vt non fatigeris & lassescas. id est, Nullo labore, Nullo negotio. ἀκοπεί.

Κοπιαρὸς, ός, όν, Laboriosus, Molestus, Lassitudinem neruis inferens. Aristot. in Problem. sect. 5, διὰ τί μακροὶ μὲν ὄντες οἱ περίπατοι ἐν ταῖς ὁμαλίαις, κοπιαρώτεροί εἰσι τῶν αἰωμάλων, Laboriosiores sunt, seu Magis lassant.

Κοπάζω, Cesso, vel potius Cesso nimio labore fractus, Cesso graui labore fatiscens. sed vt plurimum simpliciter pro Cesso ponitur, id est παύομαι, vt Suidas exponit. Aristoteles in Probl. sect. 23, διὰ τί ὅταν ἡ λίμνη ἢ κοπάσῃ ἢ ξηρανθῇ πᾶσα, λιποκάτω ὁ ἅλως ἐν τῷ πεδίῳ μᾶλλον, quum lacus diminutus est, vt Gaza vertit: vel subsidit, Stagnare & inūdare desinit. Pro Cesso autem accipitur in lib. Iudith, cap. 6, in fine, ἕως ὅτου ὁ βασιλεὺς ἐκόπασεν ἀπὸ τῆς ὀργῆς, cessauit ab ira, Iram deposuit. Matth. 14, καὶ ἐκόπασεν αὐτῶν εἰς τὸ κλύδων, ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος, Cessauit ventus, Flare desiit. Quod iisdem verbis dicit Marc. cap. 4 & 6. Num. 11, καὶ ἔπαυσε Μωϋσῆς ἐκεῖ Κύριον, καὶ ἐκόπασε τὸ πῦρ, & cessauit ignis.

¶ Κοπετὸς, οῦ, ὁ, Planctus, Plangor, Lamentatio in qua pectus plangimus, in qua pectu mann tundimus. à κόπτομαι quod significat Pectus manu ferio, vt in lamentis fieri solet. Plutarchus Fabio, κοπετοὺς τῶν γυναικείων ἀφαιρῶν, καὶ συσκότους ἐπιχέων τοῖς τὸ δημόσιον ὅτι κοινοῖς ὀδυρμοῖς ἀπορροιβδῶν, fœminæos planctus, vt Seneca dicit Fœmineo cum planctu mistus clamor. Et Virgil. fœmineis plangoribus ædes vlulant. Act. 8, ἐποιήσαντο κοπετὸν μέγαν ἐπ' αὐτῷ. Qua significatione Seneca dicit, Ferite palmis pectora & planctus date. Stat. — ingentes iterasti pectore planctus. Et Ouid. dare plangorem. Cicero, Plangoribus & lamentationibus compleremus forum. Vide & sequens κομμός.

¶ Κομμὸς, οῦ, ὁ, Planctus, Plangor, vt præcedens. Apud Suidam, ἡ μετὰ χωμάτων μετὰ πληγῆς μετὰ κομμοῦ καὶ ὀλολυγῆς, cum plāgore & ululatu. vt apud Virgilium, — penitusque cauæ plangoribus ædes Fœmineis vlulant. ipse Suidas exponit γόου καὶ ὀδυρμοῦ. Κομμοὶ sunt etiam peculiaris quædam quarundam tragœdiarum pars. Aristoteles De arte poetica, postquam tragœdiæ partes enumerasset, κοινὰ μὲν οὖν ἁπάντων ταῦτα ἴδιον δὲ τὰ ἀπὸ τῆς σκηνῆς καὶ κομμοί. Et paulo pòst, κομμὸς δὲ, θρῆνος κοινὸς χοροῦ καὶ ἀπὸ σκηνῆς, fletus lamentúmque commune chori & ab scena, seu Ploratus lamentatióque communis & chori & ab scena: quum histriones ipsi & qui chorum, id est cantorum gregem conficiunt, in aliquo aduersu casu lugendo congregantur. qualem Victorius esse dicit in Euripidis Andromache post nuntium de cæde Neoptolemi, póstque multiplicem luctum, allato corpore trucidato, vsque ad Thetidis aduentum. Similiter & in Sophoclis Aiace post inuentum corpus Aiacis, vsque ad interuentum Menelai. Κομμοὶ autem (inquit Victorius) ululatus hi generáque atrocium lamētationum vocabantur, quia qui graui aliquo dolore premuntur, frontem femúrque ferire consueuerunt: à κόπτομαι, quo in hoc genere fletus significando vsus est Herodot. non semel, vt quum ait, κόπτονται τὰ μάλιστα περὶ θυμῶν, καὶ οἰμωγὴν δεξχέονται πλείστην. Aptè autem in primis Euripides in Troad. Quum enim illic Andromache narraret Hecubæ, se vidisse corpus Polyxenæ quæ in busto Achillis necata fuerat, operuisséq; illud vestimētis, & hoc denique genere luctus casum illum prosequutam fuisse, inquit, Ἐξῆρον αὐτὴν, κατέβαλον τῶν ἐμῶν ἔχων, Ἐκρυψα πέπλοις καὶ πικρὰ μέλη νεκροῦ. Cicero quoque in Epist. ad Atticum, hoc videtur significare voluisse, quū inquit, Aut, ingemuisse, vt frontem ferias: necnon in 3 Tuscul. Ex hac opinione sunt illa varia & detestabilia genera lugēdi, pædores, muliebres, lacerationes genarum, pectoris, feminū, capitis percussiones: nā Xenophon quoque eundem morem intellexit, & libro 6 Pæd. affirmauit ipso Cyrum vsum fuisse: quanuis eodem verbo non vratur, quum inquit, πᾶσα ἀκούσασα ὁ Κῦρος ἐπαίσατο τὸν μηρόν. sicut & idem tragicus in eadem fabula multo pòst & ipse verbum variauit. quum tamen idem prorsus ostendere vellet. Est autem vbi Hecuba miserabiliter lamentatur quòd infans Astyanax ad mortem raperetur, è sinu matris abductus, ac docet, quum aliis eum prosequi officiis nequeat, vnum hoc dare, παῖδι σοι δίδομεν πλήγματα κραπὶς, στέρνων τε κτύπους. Sicut Cicero paulo antè dicit Pectoris: capitis percussiones. Quod verò ad scripturam attinet, apud Aristotelem scribitur κόμμος, accentu in priore: at contrà apud Suidam in loco suprà citato. ac certè verbalia eiusmodi acui solent, sicut & in nostro quodam lexico veteri accuitur, perinde vt χαμμὸς, quòd à χάφω fit, vt hoc κομμὸς à κόπτω. Κέμμει Hesychio sunt non solùm κοπτεῖ, sed etiam ὀδύρεται γόμφοι, κόπτει. scribitur autem apud ipsum cum accentu in priore, vt apud Aristotelem scribi paulo antè annotaui. Κομμὸς, Ornatus nimis accuratus & exquisitus, aut supernacaneus: seu Nitor fucatus & non naturalis, vt Cicero loquitur: Nitor fucat⁹ & ascititius, Accuratus & supernacuus comptus: vt Lucretius dicit Virginei comptus κεκομμένος κόσμους, vt à Suida exponitur. seu Fucus, Mungonium. A qua huius vocabuli signif. sequentia deriuantur. Apud eundem Suidam κομμὸς esse dicitur ὁ κατακεκομμένος τρίχων κόσμος. quo videtur velle signif. Comam aliunde resectam, ac appositam capiti, variis lenociniis fucatam.

Κομμόω, Ornatum accuratū ac supernacaneum adhibeo.

Fuco. Vnde κομμοῦν apud Hesychiũ σφυζειν τὸ σῶμα, & κομμῶσαι, τὸ μυρίσαι. Ité in pass. κομμοῦσθαι apud Suidã, κατοπτίζεσθαι ἐλεύθερος καὶ γυναικώδης. quo modo ab Eupolide accipi tradit. Item participiũ κομμωθῆναι apud Hesychiũ μυρισθῆναι. In nostro autem vet. lex. est ETIAM Κομμεῖν, à κομμόω, quod itidẽ exponitur τὸ σῶμα σφυζειν. Mangonizare hoc etiã dicitur. Plin. lib. 23, cap. 1, Succus radicis vitis nigræ cũ eruo, lætiore quodã colore & cutis teneritate mangonizat corpora. Possumus etiã reddere Como: vt Stat. dicit Comere vultũ, & — colla genasque Comere, & pingui crinẽ deducere amomo. A B

Κόμμωμα, ατος, τὸ, idem quod κομμός, vel Id quod ad corpus mangonizandum adhibetur, Quod vultus comẽdi & fucandi causa applicatur. Κομμώματα (inquit v. l.) dixit Lucianus τὰ κομμωτικὰ, cultum muliebrem, vt Plin. vel Crinalem cultum, vt Claudianus. Lucr. dicit Virginei comptus.

Κόμμωσις, εως, ἡ, Ornatio corporis superuacanea, vel Ornatus corporis & cultus superuacaneus, Lenocinijũ & corporis mangoniũ. ἡ τῶ σώματος ὡραϊσμός, vt ab Hes. exp. Athen. l. 13, ἡ ἐπιμελὴς τῶν θρεπτῶν ἢ γυναικὸς δι' ὑπερβολὴν κομμώσεις τὸν ἔρωτα, mãgonia & lenocinia in corpore fucãdo ornatu accurato ac superuacaneo, καλλωπισμοὶς καὶ περιέργους ὡραϊσμοὺς τῶ σώματος: quales meretricũ fallacias Alexis ibi describit: ac inter alia, Εὐθὺς αἱ παλαιστρίδες ταύτας (videlicet τὰς τριχὰς ἐπιμελεῖς σφοδρὰς ἐπίπλοκας) οὐκ ἐᾶσι μὴ τὰς ὄφρυς, Μὴ τὰς ὄψεις ὁμοίως διαπλεῖν οὕσας ἐπ. Τυγχάνει μικρά τις οὖσα; φαλλὸς ὁ τῆς καινίσκ' ἐγκαπύπτω. ibidem tradit etiam πηγάνια quibus proceriores vti solerẽt, & ex quæ non haberẽt ἰξία & quæ κιττίαν ἀφρόν. Et paulo pòst de faciei fucatione, Τὰς ὀφρῦς πυρρὰς ἔχει τις; ζωγραφοῦσιν εὐθύλλῳ. Συμβάλλεται δὲ μέλαινα; καπίτω καπνὸν ψιμυθίῳ. Λευκὸς χρὼς λίαν τις ὤν; παιδίσκον ἐπιτίθησι & quæ sequuntur. ‖ Hesychio κομμώσεις sunt etiam αἱ κηρίδες. ‖ Apiariis autem siue mellariis, aut melliturgis, vt Varro loquitur, siue μελισσουργοῖς, Κόμμωσις dicitur ἡ τῶν μελισσῶν ἐργασία, vt idem Hesychius docet. quæ signif. alius originis est, videlicet à Κόμμι, Gummi: vnde Columella libro 12, cap. 50, gummitionẽ appellat. Plinius libro 11, cap. 7, Prima fundamenta κόμμωσιν vocant periti: secunda, pissoceron: tertia, propolin, inter coria ceræsque. Commosis, crusta est prima, saporis amari. Pissoceros super eam venit, picantium modo, ceu dilutior: ceræ initium plerunq; è mitiore gummi. Qui locus Plinii desumptus est ex Aristot. Hist. anim. l. 9, c. 40. sed ibi scribitur nõ κόμμωσιν, sed κόνωσις. Virg. gluten vocasse videtur. C

Κομμωτὴς, οῦ, ὁ, Qui fuco & mangoniis ac superuacaneo cultu in corpore ornando vtitur, Mangonizandi corporis artifex, Mango. Peculiariter verò κομμωτὰς dicebantur qui pueros puellasque quos vendebant, artificio quodam in fucatum inducere colorem solebant, ac veru robur inani sagina mentiri, vt carius venderent: sicut lenones suis lenociniis meretriculas fucabant, vt ex Alexide in κόμμωσις præcedente videre est. Plinius, Thynni sanguine oblitos pueros pubescere negant mangones. Suetonius in Domit. Spadonum qui residet apud mangones erant, pretia moderatus est. Idem Plinius dicit mangones gemmarum. A Suida exponitur καλλωπιστὴς, Ornãdi artifex. Plut. de tragicis Atheniensibus loquens, καὶ πολὺ σωφρονέστερον ὡς ἔφη γυναικὸς πολίτιδος, ἢν τραγῳδίαι κομμοῦνται καὶ διαφορῶσι, μᾶλλον δὲ αἱ ἀληθῶς ἐλευθεραὶ σωφρονοῦσι καὶ χρῶνται καὶ βαφῆς, mangones tragediæ, qui eam comunt ac fuco ornant. Pollux hos κομμωτὰς vocat κομμοὺς à κόμη, & κομμώτριας, Qui in ornanda ac fucanda coma operas suas locant, Comtrices ornandæque artifices. Fem. gen. EST Κομμώστρια, ας, ἡ, Mango, Ornatrix. nam eo sensu accipitur à Suetonio in Claud. Ilæ thearis meæ liberta & ornatrix fuit. qualis fuit & illa Cypassis Ouidiana edo ea coma domina atque lege fingere, & ponẽdis in mille modis perfecta capillis. Plato Polit. ἆρ' οὐ δημιουργικὴ πᾶσα ἐπιστήμη, οἷον ὑφαντικὴ, κομμωτικὴ, κυβερνητικὴ, καὶ ἄλλαι μυρίαι εἰσὶν ἐπιστῆμαι κατὰ μυρίων. Apud Pollucẽ verò scribitur κομμώστρια, vno χ, vt supra post κόμμι in κομμώσεως admonui. Hesychio κομμώστρια est ἡ κοσμοῦσα τὰς τρίχας καὶ ψιλοῦσα. καυλίσκους. At pro πλόκια, quo vocabulo paulo antè exponit κομμώστρια, fortassis legendum est πλόκτρια. nam & πλόκτρια in crinibus dicuntur, ac πλόκτρα. Præterea ab Etymologico exponitur ἡμιπλόκρια. D

AT Κομμωτικὸν, ὐ, ὸν, apud Pollucem ex Thesmoph. Aristoph. videtur accipi pro calamistro, id est acu maiore, quæ calefacta & adhibita fronti, intorquet capillos, seu pro alio aliquo instrumẽto aut medicamẽto etiam quo crines ornantur. Citat Pollux ex Aristophanis Thesmophor. vt dixi, sicut & ξυρὸν, ψαλίδα, κηρωτὸν, νίτρον, σφενδόνην, ὄγκους, ψιμύθιον, μύρον, φύκος: quibus præcipuè mulierculæ in comendo capillitio & fucanda facie vtuntur. Recensẽt verò & alia ibi γυναικῖα φορήματα.

Κομμωτικὸς, ὴ, ὸν, Aptus ad formæ lenocinia, Quo formæ lenocinari possumus, (vt Quintilianus dicit Quo mancipiorum negotiatores formæ puerorum, virilitate excisa, lenocinantur) Quo fucare cutem possumus. Vel specialius, Ad comptum seu cultum crinalem cõparatus. vt κομμωτικὰ medicamenta apud medicos dicuntur pigmẽta & fucus quibus mulieres suæ formæ lenocinantur, vt vitia naturæ artificio celent: quæ verè, Sunt lenocinia atque mangonia: κοσμητικὰ verò, honestamenta sunt quibus non fucatus & ascititius nitor conciliatur, sed insitus ac naturalis conseruatur vel instauratur. Et κομμωτικὸν ἰατρικῆς μέρος, pars medicinæ ea quæ circa hæc formæ lenocinia versatur. Gal. libro 1 De loc. affect. διαφέρει τὸ κομμωτικὸν τὸ κοσμητικὸν τῆς ἰατρικῆς μέρος. τῆς μὲ κομμωτικῆς σκοπὸς ὅτι κάλλος ὀπτικὸν ἐργάσασθαι· τῆς δ' ἐν τῆς ἰατρικῆς μέρει τῆς κοσμητικῆς, τὸ κατὰ φύσιν ἅπαν τῆς σώματος φυλάττειν. ὡ καὶ τὸ κατὰ φύσιν ἅπαν καλὸς. de quo posterior medicinæ genere scripsit Cleopatra & Crito. Idem Galenus, τὸ μὲν λευκόπουν τὸ χρῶμα τῶ τοιούτω πιεῖν οὐ φαρμάκων, ἢ ἐρυθρόπουν, ἢ πᾶς τις ἕλκος ὑφαλῶς ὕλας ἢ πυρρὰς ἢ μέλαινας, ἢ, καθάπερ αἱ γυναῖκες, ὅτι μόνον αὐξανομένας, πῶς καὶ τοιοῦτα φ κομμωτικῆς καλεῖν ὅτι, οὐ τῆς ἰατρικῆς τέχνης ἔργα. Ex quibus patet quódnam medicinæ genus κομμωτικὸν appelletur. Item κομμωτικὴ τέχνη, Comptoria ars, vt quidam interpretantur, seu Ars fucatrix & lenocinii aptandi: Quæ fuco ascitiũ pulchritudinẽ inducit: quam medicinæ partem reuera esse negat Galenus, sed lenonũ, mangonum, & maleficorum hominum, neque à viro bono & integro medico exercendam, nisi à regibus aut principibus coacto. probrosa enim ea fuit. vnde & Philippus Macedo quendam capillorum tinctura superbientem, ex ordine judicum mouit, vt in Apophthegm. docet Plut. Et Ouidius hoc comendi artificiũ damnãs, ait, Sint procul à nobis iuuenes vt fœmina cõpti. De ea tamen multi scripserunt veteres medici, Archigenes, Heraclides Tarentinus, & Crito: quẽ maiori venia dignũ censet Galen, quòd in imperatoriis ædib' medicina exerceret. Plato in Gorgia, τῆ μὲ ὠῶ ἰατρικὴ ἡ ὀψοποιικὴ κολακεία ὑπὸ κεῖται· τῆ δ' γυμναστικῆ, ἡ κομμωτικὴ· τῆ δ' γεωργίαι, σοφιστικὴ· τῆ δ' δικαιοσύνη, ῥητορική. Vnde Quintilianus, Adulationem medicinæ vocat Plato coquorum artificium: & exercitatricis, mangonum: legalis, cauillatricem: iustitiæ, rhetoricam. κομμωτικὴ, inquam, κατεψυχρός τις οὖσα καὶ ἄπτωτος καὶ ἀψυχὸς δ' αἰσθήσεως, χρώματά τε καὶ χρώματα καὶ λειότητα καὶ αἰσθήσεις ἀπατῶσα, ὥστε πολὺν ἀλλόφυλον κάλλος ἐφελκομένη, τὸ οἰκεῖον τὸ ἀφ' τῆς γυμναστικῆς ἀμαυροῦ. Quam Quintilianus dicit colorem fuco & verum robur inani sagina mentiri. Locus est lib. 2, c. 15. at Platonis pag. 410 edit. Ald. Philostrat. epist. 29, ἀφῆλθον ὑπὸ χρεῶν, καὶ πολλῶν φροντίδων, καὶ ζωγραφίαι πολλαὶ, καὶ χλαῖναι βαφαὶ, καὶ ὅτι κομμωτικῆς φαίνεται, καὶ ὧν ἐν φυσίου δίκην ἀπῆλθον τῶ ἐνδεεῖς δίκην, videlicet à mulierculis quæ πολυτελῆ ἐπιπλοκὴν ἐπιτηδεύουσι ἐπιπλοκὴ, qualia sunt & Thaidis ac Laidis pharmaca quæ paulo pòst commemorat, videlicet, τὰ φυσίου, καὶ ἰσχάδες, καὶ τὰ πεφρυγμένα καὶ αἱ ἐλαφρότεραι ὄψον καὶ αἱ χρυσαῖ πίδακες. Hinc sumpta metaphora rhetores dicunt κομμωτικὴν πλοκὴν ῥήτορος, lenocinii plenum. Vtitur Hermogenes de oratione aptè cõposita & numerosa. Quæ metaphora apud Latinos quoque dicun-

tur, Pigmenta & fucus verborũ,& itẽ Lenocinia. Item Comptum dicendi genus. Sic apud Ciceronem Oratio colorata, Compta. Hermog. τὸ δὲ καθαρὸν κομμωτικὸν, ὅμως λεπτόν ἐστι, καὶ οὐκ ἔχει δίαρμα, οὐδὲ μέγεθος. Quod verò ad ſcripturam attinet, (de qua etiam ſuprà mentionem feci) Pollux vnoμ ſcribit, deriuans à κόμη: ac κομῶντας eſſe vult eoſdem quos κιρσοκάρας, ſeu διὰ τῆς εἰ τὸν κόμην χλιδῶντας, comæ ornandæ & fucandæ artifices: ſed vbique ferè duplici μ ſcriptum reperitur, etiã in libris manuſcriptis: vt videlicet ſit à κομμὸς, quo ἀφέλιγμος κόσμησις, ſiue ἀφέλιγμος καὶ γυναικώδης καλλωπισμὸς ſignificatur. Nec medici & qui de mangonio iſto verba faciunt, ad comam tantùm reſtringunt hoc lenocinium, ſed eo quemlibet aſcititium & fucatum cutis ornatum comprehendunt, vt ex exemplis è Galeno ac Platone citatis manifeſtum eſt.

Κομμωτίζω, Curioſius orno, καλλωπίζω. vulg. l. Suidæ autem κομμωτίζω eſt ἁπαλοδυμαι. Quæ expoſitio vocabulũ hoc ſuſpectum mihi reddit, ac ſi vera eſt, legendum putarim κομίζω. nã id apud Hom. pro ὁπαλύμαι accipi, ſuo loco dictum eſt.

Κόμπος, ου, ὁ, Crepitus, propriè apri dẽtes acuentis. eiuſdem originis cũ ſuperioribus. Alii verò dictum volunt quaſi κενὸν ὄπα ἔχοντα. Euſtath. dicit κόμπον eſſe κτύπον ὃν ὁ κάπρος ἀποτελεῖ θήγων ὀδόντας. Il. λ, de apro & venatoribus, θηρὸν λευκὸν ὀδόντε μετὰ γναμπτῆσι γένυσιν. Ἀμφὶ δέ τ' αἰχμαὶ ἔπαϊσσαι δέπε κόμπος ὀδόντων Γίνεται. Sed non tantùm de hoc ſtrepitu dicitur, verũ etiam de eo ſonitu qui à ſaltantibus pedo terram pulſando editur. Odyſſ. θ, πολὺς δὲ τε κόμπος ὀρώρει, de iis qui ὠρχίζοντο δῖοι χθονὶ πυκνὸν ἐπείρῃ Ταρφὺ' ἀμαιεύοντες. Sunt verò & κωδωνοφόροι κόμποι apud Euripidẽ in Rheſo, ſonitus ex tintinnabulis. (vnde apparet κτύπον & κρότον & κόμπον pro eodem ſumi, ac κόμπον ferè eſſe ex pulſu aut impulſu & colliſione corporum quorundam: vt eſt dentium inter ſe, pedum cum terra, τῶ ῥόπτρου cum tintinnabulo) κλύε καὶ κόμπους κωδωνοφόρους. ¶Κόμπος dicitur etiam de verborum ampullis, de inani verborum crepitu, ac vana grandiloquentia. quam iactationem ſeu iactantiam dicere poſſumus. nam hæc quoque in verbis eſſe dicitur, vt ex Cicerone diſcimus & Quintiliano. Æſchin. contra Cteſiphontem, ἀφελὼν τὸν κόμπον καὶ τὴν ἀλαζονείαν τῶν ῥημάτων. Sic Cicero quoq; copulat iactationẽ & inſolentiam, dicẽs, Inſolentiam & iactationem hominum ferre. Thuc. lib. 2, πλούτῳ τε ἔργου μᾶλλον καιρὸν ἢ λόγου κόμπῳ χρώμενα, diuitiis magis vtimur ad opportunitatem rerum gerendarum quàm cũ verborũ oſtentatione & iactatione. Et paulo pòſt, καὶ ὡς οὐλόγῳ ἐν τῷ παρόντι κόμπος πάρεστι μᾶλλον ἢ ἔργων ὄντα ἀληθῆ. Plut. Alex. pag. 229, & κόμπος οὐκ ἦν ἐν τοῖς πᾶσι τοῦτο, videlicet de octo equitum myriadibus & viginti peditũ, octo curruum millibus, & ſex millibus elephãtorum pugnæ aſſuetorum. nam rex poſtea Seleuco quingentos elephantos donauit, & ſexaginta myriadibus collectis, Indos inuaſit. Plut. De deo Socr. τύφου γὰρ αὖπνος καὶ κόμπου τὸ ζῆν οὐκ ἀληθείας καὶ ἀπλότητος. Et apud Suidam, πίφυρται γὰρ τὰ δένδρα κόμπος βαρβαρικός. Item, ἵνα πυμπελῶσαι ὡς ἔστι αἰτιᾶσθαι γλῶ ἔχει σιδηροφόρον, τῷ διαδὲ κόμπῳ ἐχρήσατο. in quibus locis ipſe κόμπον exponit ἀλαζονείαν, ὕπαρμα, κενοδοξίαν. Latini quoque verbi ſimilis vſus eſt. Cicero, Se non iactatione populari, ſed dignitate atque innocentia tuebantur. Quintil. Veritus opinionem iactãtiæ. Idem, Hoc enim inanis eſt iactãtiæ. Idem eruditionis iactationem dicit. In hoc autem loco quem vulg. lex. ex Epigr. libro 7 citant, μαπάλῃσις Κύπρις πόντια δίκτυα κόμπον ἀγλωσσίης, eadem interpretantur Faſtum ſuperbiæ. Item apud Sophoclem Aiace, κόμπος πάρεστι, Gloriari licet, vt Camerarius interpretatur. ¶Κόμποι Heſychio ſunt etiam ὀδόντες γόμφιοι, vt & κόμμοι & κόμβοι. ΑΤ Κομπὸς, οῦ, ὁ, Iactator, iactabundus. Eurip. Phœniſſ. Κομπὸς εἶ ἀπειλῆς πιπτούσης αἴσι σοὶ ζυνοῦσι θανεῖν. id eſt κομπαστὴς πάνυ ἀλαζονικός εἶ, καὶ μεγαλοφρονεῖς ὅτι ταῖς ἐμαῖς συμφοραῖς εὐπραγεῖς, vt ſchol. exponit. Item κομπὸς λόγος apud Etym. Oratio ſeu verba iactabunda, iactantiæ & inſolentiæ plena. Vnde & apud Heſych. pro κόμπος, quod exponit ὑπέρογκος, ſcribendum videtur κομπός.

C. Κομπολακίω, ſ. Iactabũda loquor, Inanes ampullas proiicio. Ariſtophanes Ran. ἀλλ' οὐκ ἐκομπολάκτουν, Ἀπὸ τῆς φρενῶν ἀποπτύσας, οὐδ' ἐξέπλαγον αὐτούς. id eſt κενοὺς οὐκ ἐπτόουν φόβους, οὐκ ἔλεγον κομπώδη, vt ſchol. exponit.

C. Κομπολακύθης, ου, ὁ καὶ ἡ, Iactator, Qui inanes bullas proiicit, Tumidus ac ſui iactãs, vt Quintilianus loquitur. Ariſtophanes Acharn. Ὄρνιθός ἐστιν, videlicet τὸ πτίλον. cui ſubiiciens alter rogat ἆρα κομπολακύθου, vbi ſchol. exponit ματαιολόμπου. καὶ κομπώδεις ὡς τῇ καυχᾶσθαι, dicẽs perſtringi ibi Lamachũ ſub ſpecie auis veluti κομπαστήν. cõpoſitum autem hoc vocabulum eſſe ex κομπὸς & λήκυθος, quod ipſum λήκυθος à λακέω deriuari; acinde λακυθίζειν, τὸ μαίζον βοᾶν καὶ ψοφεῖν. Etymol. dicit eſſe propriũ nomen auis.

C. Κομπορρήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Qui grandib⁹ ſe verbis iactitat, Tumidus iactator: vel Qui verborũ ampullas proiicit.

C. Κομποφακελορρήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Ampulloſa & graui verborum compoſitione vtens. Ariſtophanes, Ran. de Æſchylo, Αἰθέρια αἰχμοπτόλον, αὐθαδόστομον, Ἔχοντ' ἀχαλίνοις, ἀκρατὴς, ἀτύλωτον τόμα, Ἀνθελκάλυπτον, κομποφακελορρήμονα, id eſt βαρυρρήμονα, σκληρὰ & σωρηδὸν ἐμβύσια ἔπη λέγοντα, vt ſchol. exponit. nam φακέλους eſſe dicit βαρέα καὶ σωρηδὸν ἐμβύσια φορτία τῆς ξύλων, graues lignorum faſces.

C. Ὑπέρκομπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Supra modum iactabundus, Iactator ſupra modum glorioſus. Item ὑπέρκομποι πάχνης, celeritate præſtantes naues, & celeritatis ſuæ veluti iactatrices, quales ſunt actuariæ. Plutarchus Themiſtocle. ΥΝΔΕ Ὑπερκόμπως, Supra modum iactanter, ſeu iactabundè, Superbè, ὑπερηφάνως, Heſych.

C. Ὑψίκομπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Elatus, Iactator, Qui iactando ſe effert, Superbus. Vel idem quod præcedẽs. ΥΝΔΕ Ὑψικόμπως, Superbè, Arroganter. Sopholes Aiace, ὁ δ' ὑψικόμπως καφρόνως νιμίσσετο, Nimium ſe efferendo & iactãdo, Nimis ſuperbè: ſe videlicet etiam abſque deorũ ope vincere poſſe.

C. Φιλόκομπος, Iactationis amans, Qui ſeſe iactitare amat & efferre. ΥΝΔΕ Φιλοκομπία, Iactationum amans ſum, Iactitare & efferre me amo. Vnde φιλοκομπῶν apud Suidam, μεγαλορρημονῶν, ὁ ἑαυτὸν ὑψῶν.

Κομπώδης, ους, ὁ καὶ ἡ, Iactans ſui, Iactabundus. Thucydides libro 2, οὔτε ἐγὼ ἐν τοῖς πρὶν λόγοις οὐδ' αὖ τοῦ ἐγκωμίου κομπώδεσι ἔργοις ἔχοντα τὴν ἀξιόπιστον. Et τὸ κομπῶδες, Iactãtia ſeu iactatio ſui. ΥΝΔΕ Κομπωδῶς, Iactanter, Iactabundè.

Κομπέω, Crepito, Strepitum edo qualem aper acuens ſeu collidens dentes. vt Crepitare dentibus Plautus dicit. Item generalius pro Sonitum edo. vt thorax æreus in quem emiſſum telum eſt, reſonat. Iliad. μ, Ὡς δ' ὅτε κόμπει χαλκὸς ὅτε τύπτει φαεινὸς Κυτέϊ βαλλομένων, videlicet vt in venatione apri, ἔνθα καὶ κόμπος ὀδόντων γίνεται. Æra crepitantia, Virg. Arma crepitantia, Ouid. Dicitur etiam de vaſorum ſonitu, ὅτι τὰ ἐκ ξύλων ἦχον, vt Euſtathius docet, addens, κομπεῖν γοῦν χύδαν ἠλοπάδα φησὶν ὁ Δαμάτης ἐν τοῖς περὶ σοφιστῶν βίοις. ¶Item Crepo, eo ſignif. quò Horat. dicit, Quis poſt vina grauẽ militiam aut pauperiem crepet? Item, Sulcos & vineta crepat mera. Sophocles Aiace, Τοσόνδ' ἐκόμπει μῦθον, Iſta crepabat verba, ſeu Iactanter efferebat. de Aiace qui dicebat, ἐγὼ δὲ καὶ δίχα Κείνων (videlicet θεῶν) πόντῳ τόδ' ἔρκος ἔστ' ἄπρακτον κλέος. Euripides Oreſte, δρᾶσαί σ' ἐγὼ Δείν', ὡς σὺ κομπεῖς, πρὶν ἔπαυσα τὸν τόμον, vt tu iactitas, μεγαλορρημονεῖς. Item κομπεῦμαι, Iactanter aliquid dico: vt κομπεῦ. Thucydides libro 6, ἅσπερ γὰρ κομπεῦνται, id eſt κομπαστικῶς λέγουσι. v. l.

Κομπηρὸς, ὸν, ὁ, Iactans ſui, Iactabundus. idem quod κομπὸς.

C. Ἐπικομπέω, Iactito, Oſtento. Thucydides libro 4, pag. 262, ἄπωθεν ἀπειλαῖς τὸ αὐθρεῖον μᾶλλον ἐπικομποῦσιν, ſe ituros ac fortitudinem ſuam declaraturos verbis minacibus iactitant. Et libro 8, pag. 288, ἐπῆρτο δ' οὐ πάνυ μέγιστα ἐπικομπῶν ὁ Ἀλκιβιάδης, magnificis & iactabundis verbis res maximas promittebat, ſeu κομπωδῶς λέγων, vt ſchol. exponit.

C. Περικομπέω, Circumquaque iacto. Thucydides libro 6, pag. 203, καὶ μὴν οὐδ' ἐνθάδε οὔτ' ἀκείνους ἔστιν ἀξιόπιστα περικομπεῖσθαι, quos eſſe magnificis verbis vulgò iactatur. Nã Vulgò iactatur, Cic. in hac ſignif. dicit: & Sil. Fama iactat.

tur: & Liu. Iactata sermonibus res apud Romanos. Sed Græcum verbum amplius significat.

C. ΥΠΟκομπέω, Crepitum seu sonitum subtus edo. Plut. in fine libri 4 Sympos. loquens de sacerdote Iudaico, κρόδυνος δὲ πολλοὶ καταπρόμαντες τῆς ἐδῶτος, ὑποκομποῦντος ἐν τῷ βαδίζειν, subtus tinnientes dum incedit.

Κομπίζω, F. ίσω, idem quod κομπέω, ac inde deriuatum, vt tradit Eustathius his verbis, ὅθεν τῷ ὑπερβάλλοντι κυριολεκτουμένῳ κομπεῖν, τὸ κομπίζειν παρέκτασιν ὁ τοῦ ζῆν ὅρον τωμυλίαν δηλοῖ καὶ ταμφασμὸν ἀδεμονολογικὸν, οἷς καὶ τὸ κομπεῖν τοῦ Σοφοκλέους. Sophocl. Aiace, Μέγ' αὖ πομπίσιας, αἰσπὴλ' εἰ λάβοις, Magnopere te iactitaris, Admodum superbus futurus sis. Bud. vertit Insolenter & fastuosè dico, in hoc loco Plutarchi, ὡς πρὸς Κρίσπου κομπάσαντος οἷς ἐν Σιληνίᾳ δώσει πρὸς ἀσκὸν κρίσεις, γελάσας ὁ πρεσβύτης, & quæ sequuntur. Idem Bud. interpr. Tumidè & cum fastu effero, apud Polybium, οἷς γὰρ καὶ ἐμοῦ κελεύοντος πολλὰ κομπίζεις. vbi cum accusatiuo construitur, vt κομπεῖν suprà apud Soph. quod Crepare interpretatus sum. Item in pass. κεκομπισμένος v. l. ex Epigr. Temere iactatus. Et apud Suidã, ἐκομπίσθη, τις ὄγκον δεπίθη, ἠπάτησεν.

Κόμπασμα, ατος, τό, Idipsum in quo nos iactamus, Idipsũ quo nos efferimus & gloriamur. Greg. contra Iulianũ, ὅταν ἐφαίνου τοῖς ἀκούουσι τὰ κομπάσματα, ampullæ & verba iactabunda.

Κομπασμός, οῦ, Iactatio, Iactantia: vel (vt Budæus interpretatur) Elatio, Insolentia verborum, id est τὸ κομπῶδες. Vtitur Plut.

Κομπαστὴς, οῦ, ὁ, Iactator, Qui sese iactat. idem quod κομπὸς vt docet schol. Eurip. Pro eodem dicitur ΚΑΤΑ Κομπασδὸς, si v. l. credimus.

Κομπαστικῶς, Iactabundè, More eorum qui sese iactant.

C. ΑΠΟκομπάζω, Insolentius me effero, vel me iacto. Significantius est quàm simplex κομπάζω. In vulg. lexicis citatur ex Anthol. epigr. ἀπεκόμπασεν βρεγχὸν, pro Raucum sonum edidit. Sed fortasse addendum fuit Cum fastu, aut aliquid huiusmodi. Et notandum est ex verbo neutro factum fuisse actiuum.

C. ΕΠΙκομπάζω, idem quod ὑπερκομπάζω. Basilius ὑπερκομπάζων accipit pro Magnificis verbis prædicans & efferẽs: quod odiosiore verbo Crepare dicitur, vt in κομπέω annotauimus. ὑβρίσω δ' ὅστιν τιὼ γνῶσιν ὑπερκομπάζων, τίσις ἢ τῶ μάμμασς φύσιν εἰπάτω. ‖ Item iactabundis verbis addo. Plutarch. in Camillo, ἀληθῆ λόγῳ τῷ περὶ τῆς ἀλώσεως ὑπερκομπάσαι τοὺς Γαλάτας, veræ narrationi de captiuitate iactanter addidisse Hyperboreos.

ΚΟΡΕ'Ω, ήσω, F. ώσω, Verro, Purgo. Odyss. υ, — αἱ μὲ δόμα κορήσασι πεπιθέσθαι, domum verrite: verba Eurycleæ ad ancillas. Demosth. Pro corona, de Æschine, τὸ μέλαν περίσσον, καὶ τὸ βάθρα σαγηνίζων, καὶ τὸ παμβδελυγμίαν κορῶν, verrens: seu σαρῶν, ὅπερ καθαίρων καὶ καλλύνων τὸ ἔδαφος. Et τὸ κορούμενον, Purgamentum, Quod conuerrntur. Item περὶς κεκορημένον apud Anacreontẽ, Quod ter verrendo mundatum est. ‖ Κορέω Euerro, Euerriculo expurgo. Metaphoricè apud Aristophanẽ Pace, Καπέλου τὸ κόρημα, μὴ κόρει τὴν Ἑλλάδα. Vbi scholiastes exponit, ἔρημον οἰκητόρων μὴ πόνει δι' ὧν πόλεμον. At Suidas hic legit ὀκκόρει, vt infrà annotaui. Vt autem versus constet, si ὀκκόρει legere velimus, scribendum erit μὴ 'κκόρει. ‖ Item Mundo, Orno, καθαίρω, καλλωπίζω. vnde volunt esse Κόρος & Κόρη. ‖ Item Curo, ὑπηρετέω. A qua huius verbi signif. Suid. deriuat κόρος & κόρη: q. nimirum iuuentus studiosè curanda sit. Vnde κορήσασι apud eundem, ὑπηρετήσαι. Cæterùm κορέω pro Verro videtur idem Suid. deducere à κόρος significante κλαίδα. nam κορεῖν esse τὸ τὰς κλαίδας σαρῶν.

Κόρημα, ατος, τό, Purgamentum, Idipsum quod verrendo collectum est, Sordes verrendo collectæ. Pollux libro 6, cap. 15, πάσσων δὲ καὶ σαγήνας καθηγήσαιτο αἱ ἐπιπρέπαι πάσσα τὰ λύματα τῆς θαλάσσης, τὰ δὴ ἔνιοι βόλιτους ἀπορριμμάτα. quibus enumeratis subiungit, ἃ καὶ κορήματα καλεῖν. ‖ Κόρημα vocatur etiam ipsum σκῦλος, vt idem Pollux tradit: ambigunum an illud in quo purgamenta illa collecta deponũtur, an scopas quib' cõuerruntur. Verba eius sunt, ἐπὶ τῆς τυλωρᾶς τὸ καθαίρειν καὶ καταρράπτειν τὰ οἰκεῖα αἰσχρῶν δέ, τὰ ἀφόρητα. δὶ ὕστατον δὲ τῶν σκύλων εἴποιμι· ἐξ κόρημα καλεῖται δὲ οὕτω καὶ τὸ σκῦλος καὶ τὸ κάθαρμα, τὸ κεκορημένον. Sed videtur potius accipere pro scopis, seu scopulis, vt Colum. vocat. Idem & Eust. testatur. κορήσαι (inquit, exponẽs locũ ex Hom. citatũ) αὐτὶ τοῦ ἀφοῦσαι, καλλυναῖσι. ὅθεν καὶ κόρημα τὸ ἀφόρημα δι' οὗ φιλοκαλεῖται γῆ. quod & ἀφόρητον & κόρηθρον. Sic accipitur apud Aristophanem Pace, Καπέλου τὸ κόρημα, μὴ κόρει τὴν Ἑλλάδα, .i. κόσμησον, τὸ ἀφόρητον ἢ ἀφῆσαι δὲ πρὸ καθαίρειν τὰς ῥίπους τῆς ὕλης, vt docet schol.

Κόρηθρον, ου, τό, Scopæ, seu Scopulæ: idem quod κόρημα in posteriori signific. Hoc est, Id quo pauimentum purgamus & mundamus. quod & κάλλυνθρον & ἀφόρητον. Lucian. in Philopseude, λαβὼν αὖ ὁ ἀὴρ τὸ μοχλὸν τῆς θύρας ἤρῶ κόρηθρον. Apud Pollucem scribitur ΚΕΤΙΑ Κόρηθρον, vt videbis infrà in Θυκρίω. sed ea scriptura mẽdi suspecta est.

C. Ἀκόρητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui euersus seu scopis mundatus non est. Item Incultus, Minimè ornatus, ἀκόσμητος, seu ἀκαλλώπιστος, vt schol. Aristoph. exp. in hoc Neb. loco, Εὐρυπτώου, ἀκόρητος, οἷον ῥεμβώδης.

C. ΕΚκορέω, Euerro, Verrendo expurgo. Synes. κελεύω σοὶ πάντα διῃτῆσθαι ἀκορήτως ἐξοικονομήσασθαι τὸ δωμάτιον. Honestũ igitur erit si omnia digerẽs & cõponẽs, etiã euerras cubiculũ, suffitúque vapores. Sic Columella dicit, Stabula frequẽter euerrenda & purganda. ‖ Quẽadmodum verò in hoc Senecæ dicto, Qui malignos sermones euerrit, se ipse inquietat, hoc verbum accipi tradunt pro Curiosè excutio: ita & ἐκκορέω Bud. interpretatur Excutio apud Alciphr. epist. 38, ζητοῦντες τινες βοηθήματος ἐκόμησα ὃ τὸ πολεμοῦντι αὐτῷ τύφον, ἀλλ' ὅμως καὶ ἡμιπαίλιον ἐκκορήσειν. Sed diuersa tamen significatione Excutio in his duobus locis capitur: nec incommodè ἐκκορήσειν reddideris etiam Abstergere queat. ‖ Quo porro sensu Cicero in Verrem dicit, Quam tu domum, quam vrbem adiisti, quod fanum denique, quod non euersum atque exterssum reliqueris? (id est, expilatum seu compilatum) eadem propè apud Suid. μὴ ἐκκόρει τὴν Ἑλλάδα. Sed diuersitas est in iis quæ euerruntur. ibi enim de bonis intelligitur, at hic de ipsis incolis accipi Suid. vult, exponens, ἔρημον τοιοῦτον οἰκητόρων διὰ τὴν πολέμων. Posset etiam aliquis exponere Euerriculo purga. nam euerriculum idem est quod sagena. Locus is est Aristoph. in Pace: ac in vulg. editionibus non ὀκκόρει legitur sed κόρει, idque apud scholiasten quoque. ‖ At ἐκκορησίης erat ἀγορὰ quædam apud veteres, pro ἄρδην ἀπολωλυίας, vt idẽ Suid. docet, ex Menãdro citans ἐκκορησίης οὐ γα. Eust. exp. ὅλως ἀτιμωρήτως.

C. ΠΑΡΑκορέω, Conuerro, Verro. Poll. l. 6, πῶς ὀκκορήτω, ἐξεκορήτω, καθαιρήτω, κεκλιμώτω, σαιρήτω, κορύσσω ἢ καλλύνω. A Phrynicho exponitur παρακαλλύνω.

C. ΠΕΡΙκορέω, Circumcirca verro, Conuerro. ΥΝΔΕ Περικόρημα, ατος, τό, Purgamentum, Sordes circumquaque verrendo collectæ. περικάθαρμα, περιεδρόμια.

Κόρος, ου, ὁ, Puer, Iuuẽculus (vt Catullus dicit, Qui flosculus es iuuenculorum) seu Filius. παῖς, Hesychio. Eubulus apud Athenæum libro 2, Οὗρᾶς δὲ πιεῖν Κεκροπιδῶν κόροι Καλλιστιὰς αὔρᾳς, ἐλπίδας ἀναύδους, iuuenculi seu iuuenes Cecropidæ, hoc est Athenienses. Aliud exemplum ex Plutarcho habes infrà in Κόρη. Κόρος, Nouellum germen. Sic enim nonnulli scribendum existimant, non κορὸς, vt apud Galenum scribitur in Lex. Hippocr. κορὸς, παῖς ἀπὸ τῆς καλάδου ἀφαιρούμενος, τὰ νέα βλαστήματα. Apud Hesych. certè κόρος accẽtu in priore exp. νέα βλαστήματα. Et apud Suidã κλάδος. ‖ Eidem Hesychio κόρος est καλλωπιστήριον. quo vocabulo scopas significat, id est κόρηθρον. ‖ Item Γλίχμα μυρσίνης τὰ ἁπαλώτερα. quibus verbis scopas itidem eum intelligere existimo. præsertim quum oxymyrsine, quæ myrtus syluestris est, scopa regia Latinis dicatur, si Scribonio Largo credimus. Quæ expositiones si veræ sunt, primo loco ponendæ fuissent: nisi aliquis mallet eas præcedere, ipsum κορὸν, vt ἀφὸν verbo ἀφὸς præponendum est. ‖ Κόρος eidem Hesychio est παῖς αἰσχρὸς: quale quid signif. etiam χορὸς. ‖ Item Κό-

ρος mensuræ genus quadraginta medimnùm & vni⁹, teste Iosepho lib 3 De antiq.in fine, vt docet Bud.De asse.Hesych.quoque dicit esse μέτρον τι σιτικόν. At verò de etymo nominis κόρος cui primum locum tribui, dicam infrà in Κόρη.

C.Ἀμφίκορος,ν,ὁ, Medius inter tres fratres: ὁ μέσος τριῶν ἀδελφῶν,Hesych.Suid.

Κόερ,ψ,Iuuenculus, Adolescentulus.παιδίσκος,Hesych.

Κόρη,ης,ἡ,Pupa,Puella,Iuuencula.à κόρος: vtrunq;autẽ à κορίω,quod est καλλύνω,Venusto: quòd ea ætas cultior sit & ornatior. Alii autem à κορίω significante καθαίρω, B vt κόρη sit quæ pura adhuc est & à viro intacta,seu ἀκέφθορον ἔχουσα ἡλικίαν.Alii à κορέω pro ἐπιμελοῦμαι,quoniam πολλῆς ἐπιμελείας δέονται οἱ νεώτεροι.Nonulli verò à κείρω deriuãt,vt κόρη sit ἡ κειρομένη ἐν ἔτι παίζουσα:quæ etymologia affertur præter superiores à schol.Theocriti, necnò in quodã nostro lex.vet. X.in Pol.Lac.παῖς κόρας οἱ μὲν Ἕλληνες ἁρμοζούσας ἱερᾶσθαι αἰτοῦσι. Et paulo antè, κόρας καλὰς δυσωνίας παρεύχ. Apud Ath.l.13,ὁ Λακεδαιμόνιος εἰς οἴκημα ἁπλοῦν πᾶσαν συναλείφεται αἱ κόραι,συλλειτουργοῦσαι ἐν τῷ ἀγάλματι νεανίσκαι. Eodẽ l. de iuuenibus & puellis in Chio,καὶ ὁρᾶν πρὸς παλαίοντας τοὺς νέους τὰς κόρας.Et l.12,τὰς ἑαυτῶν κόρας ἀφροσύνην,quibus mos est puellas suas Veneri meretrici prostituta;q; cõsecrare.Plut.Lyc.p.15,ὅθεν ἦν ἔθος ἔτι τὰς κόρας τῶν κόρων γυμνὰς τὸ πολιτεύειν ἐν ταῖς ἱεροῖς πανδοχεῖσθαι,καὶ ἄδειν, τῶν νέων παρόντων ἐν θεωρείοις. vbi quos κόρους vocat, paulo pòst νέους appellat. Itẽ Eurip.apud Athen.l.2 in quodã epigrãmate de matre,μητὶ δύο ἀρρένων τελείων, μιᾶς δ' παρθένου, fungos lethiferos comedente,Μητέρα, παρθενικὴν τε κόρην,διαπρὸ τε σωφροσύνης Ἐν παιδὶ φέγγει μοιρίδιον φθιμένους. D Plato l.7 De rep.Οὗτοι μαθηταὶ ἐν τῇ πόλει παῖδάς τε καὶ ἄνδρας,καὶ κόρας καὶ γυναῖκας ταύτων τούτων ἀποδεκτέους. In quibus exẽplis omnibus κόρη de iuuencula innupta dicitur. Aliquando cõmodius redditur Virgo. Demosth.παῖς κόρη,puella virgo: & ex Plat.De leg.κόρη καὶ δέσποινα,virgo & domina,de Minerua.Sicut verò Demosth.dicit παῖς κόρη,adiectiuè, ita infrà Athen.κόραι συγκάπρις. Nõnunquã accipitur pro Filia, συγκάπρ. Apud Athen. lib.13,ἐπεὶ μήν τι χιλιάρας πεντήκοντα δέκα παρθένους Θεσπίου κόρας. nisi quis hic malit subintelligere συγκάπρις,vt κόραι adiectiuè accipiatur,sicut apud eũdẽ Ath.lib.8,ἧς κόραι συγκάπρις αὐτοῦ,filiæ adolescentulæ seu virgines.Pro filia apud Isocr.quoque accipitur,teste B.citante hunc ex eo locũ de Pirithoo, βουλόμενος αὐτοῦ μνησθῆναι κόρην Διὸς καὶ Δήμητρος. Nõ tãtùm verò de innupta puella dicitur,vt in locis præc.sed etiã de nupta,verùm ea iuuencula adhuc,quã Hom.νεογαμίδιον ἄλοχον dicit.Herodian.l.3 de filia Plautiani in matrimonium collocata Antonino Caracallæ, ἀπηχθῶς πάνυ τοῖς περὶ κόρην διέκειτο, puellam ipsam pessimè oderat,vt Polit.interpr.Laert.in Pyth.p.409,Τίμαιός τε φησὶν ἐν δεκάτῃ ἱστοριῶν λέγειν αὐτὴν τοὺς συνοικεύσας αὐθρώπους,θεῶν ἔχειν ὀνόματα,κόρας,νύμφας,εἶτα μητέρας καλουμένας. ‖Κόρη siue κόρη Περσεφόνη, dicta fuit etiam Proserpina filia regis Molossorum,cui nomen Ἅιδης : eò quòd decentes forma mulieres Molossi vocent κόρας.Hanc amabat Pirithous,ac noctu rapere volebat.quo cognito,pater ipsius Ἅιδης canem quem habebat,ante fores ligauit, à magnitudine πεμφύρεον dictum.is venientem ex compacto Pirithoum interemit, ac ipsam quoque κόρην auxilio ei venientem. quam à Plutone raptam fuisse postea dixerunt.Ita Suid.Isocr.autẽ hãc κόρην,siue Proserpinã,paulo antè vocauit κόρην Διὸς & Δήμητρος,filiã Iouis & Cereris: quã à Plutone raptam poetæ dicunt. Aristophanes Vesp.εἰ γὰρ τοῦ Κόρας τὴν μητρυιὰν ταύτην ἐώσας ἔλαβε, Ἐπίδαυρον ἐφίει,ait per Proserpinam.vbi annotat schol. Siculis familiare fuisse hoc iuramentũ, quòd ibi Proserpina à Plutone rapta fuisse credatur. Xenophon Hellen.6,pag.345,τοῦ Διμήτρους καὶ Κόρης ἄρρητα ἱερά.Nausicrates apud Athenæum libro 7,in fine, Ἃς καὶ ναῦς μόνας φασφόρον Κόρην, Δείπνων ὅταν πέμπτων δὲ ἐκπαυσάμενοι. ‖Lycophron κόρας vocat naues ἀφετμοτόκους, id est primùm in aquam coniectas.vulg.l.Eustathius verò ab eo naues μιλτοπαρύους vocatas fuisse κόρας annotat,quòd τὰς κόρας οἰκεῖον sit τὸ μιλτοπάρυον. ‖Κόρη, Pupa,Imaguncula pueri aut puellæ aut etiam alterius animalis.Etymologicus,κόρη τὸ σμικρὸν μόγαλμάτιον τὸ γλύφον ἢ πλάττον.Vnde Κοροπλάθος infrà. ‖Κόρη,Pupilla: maior oculi circulus intra iridem comprehensus per quem cernimus:qui non aliud reuera est quàm tunicæ ῥαγοειδοῦς foramen, in eum vsum à natura factum vt per ipsum res visibiles humori crystallino facilius paterent. per pupillam enim cernimus, non quòd ea sit præcipuum videndi instrumentum, sed quòd spiritui visorio per eam via pateat,nec possit aliter visio fieri.Rufus ἢ κόρλιον esse dicit τὸ ἐν μέσῳ τῷ ὀφθαλμῷ βλητόμενον.scribitque eandem alio nomine ὄψιν vocari:σλήνιον autem,simulacrum quod in pupilla cernitur:quã tamen multi pupillam etiam interpretantur.Alio verò loco idem scribit κόρας dici τὰς ὄψεως γλήνας, τὰ μέσα τῶν ὀφθαλμῶν δι' ὧν ὁρᾶσθαι : vel, vt aliis placet,τὴν ὄψιν μόνην, ὡς βλήτομεν· κόρλιον ἢ καὶ γλαύκιον,τὸ ἐνδυλλόμενον τὸ ἐν τῇ ὄψει.Elegãter in ambiguo ludens orator quidam apud Plutarchum initio libri περὶ δυσωπίας, ait τὴν αἰσχύνην ἐν τοῖς ὄμμασιν οὐκ ἐγγὺ κόρης,ἀλλὰ πόρρω,nam τὴν κόρην ἐστὶ αἰσχύνεσθαι. Et Dionys.Long.ἐν τῷ περὶ ὕψους,ex Timæo,ὁ τὰς αὐτοπτικὰς ἐν ὀφθαλμοῖς κόρας μὴ πόρρω ἔχων; ‖Κόρη apud Hippocratem τὸ ὑγρικόν,vt Galenus scribit.habet enim fructũ κυαμίῳ similem.Gorr.

C.Κοροκόσμιον,ν,τὸ,Puellarum seu virginum ornamentũ. κοροκόσμια apud Suidam τὰ περὶ παρθένων κοσμήματα.Vnde Hesychii codicem emenda.

C.Κοροπλάθος,ν,ὁ,Puparum fictor.Sunt autem pupæ imaguncula quædam puellares quibus virgines in prima pueritia lusitare solébant,donec iam pubertati vicini eas Veneri offerrent.Suidæ κοροπλάθοι sunt οἱ πρὸς κόρους ἢ κόρας πλάττοντες κηρῷ ἢ γύψῳ.item & quorumuis animalium simulacra ex luto fingentes. Poll. τὸ μὲν δὴ ξύλον εἰς ὃ πλάττουσι τὸ πλοῖον οἱ κοροπλάθοι,πλάναξος καλεῖται. Idem,τῷ δὲ κοροπλάθῳ ἴδιον τὸ τὰ χολοβαφῆ βάπτειν, τὰ χυτρικά. Lucian Lexiph.ὅσοις ἔστι τῷ κοροπλάθῳ εἰς τὴν ἀγορὰν πλατταμένοις κέρδος. Vtitur etiam Isocrates ἐν τῷ περὶ αὐλοῦ. Christodulus tamen existimat dicendum potius κουροπλάθος. Pro eodem dicitur ETYM Κορπλάστης,vt annotat Etymologistes.Est autem ὁ κοροπλάστης ὁ τὰ ζῶα διαπλάττων. ἡ δὲ μίστυλλος κούρου ἢ ἀμικτὰς κόρας πλάττει, ἀνδρὸς παῖδα ζῶον.(quæ ad verbũ habẽtur & in quodã nostro vet.lexico.) Idem tamen agnoscit & alterum vocabulum.Subiungit enim,καὶ κηροπλάστης,ὁ τὰ κηροῦ ἢ πηλοῦ ἢ ὁτουοῦν ὕλης πλάττων τὰς κόρας ἢ κούρους.

C.Κοραγάω,ῶ,Puellam seu virginem abduco.πᾶ κοραγεῖν Hesychio est τὸ ἁρπάζειν τινὰ κόρην.

C.Κόρσιφος,ν,ὁ,Virginũ corruptor.v.l. Vide Κόρσιφος apud Etymol.

Κορικός,ὴ,όν,Puellaris, Virginalis.At non receptũ esse hoc E vocabulum docet Poll.κορικὸν(inquit)ἐρεῖς τὸ παρθενικόν· εἰ καὶ μᾶλλον δόκιμον. VNDE Κορικῶς,Puellariter, (vt Plinius iunior loquitur)Puellarũ more,γυναικωδῶς, ὡς κόραι,vt Suid.& Hesch.exp.Philo De vita Mos. libro 1,οἱ δὲ τὰ κορικῶς ἤδη τετυφᾶσι,puellarum in morem diffluitis.

Κορίκιος,ν,ὁ,Ad virginem seu puellam spectans. vt κορίκιον σχῆμα,apud Poll.

Κόριον,ν,τὸ,Pupa,Puellula.Apud Athenæum sub finem libri 13,οὕτως ἐφυλάττετο τὸ κόριον μὴ προλεχθῇ, πρὶν ἡλικίας αὐτῆς ἐπιτηδείους εἶναι,ἢ ῥᾴων τοῖς ἐδόντοις ἀφθόνιος ἔσται καὶ ἥδιος τοῖς δακτύλοις. Quales ferè ioculi esse apud Martialẽ libro 4,Pupam se dicit Gellia,quum fit annos. ‖Κόριον Sacrificium pro pueris iuuenculis. Poll.ἀφ' ὧν θύουσι,τοῖς τὰ κούρεια ἢ τὰς κόρας εἰσπράττοντες,ἢ εἰς ἡλικίαν προσιόντων τῶν καλουμένων τουρεώσεων ἡμέρᾳ,ἐφ' ᾗ μὲν τὴν ἀρρένων κόμην κείρει ἕκαστον, ἐφ' ᾗ δὲ τῶν θηλειῶν, τὰ γαμήλια. ‖Κόριον ET Koρίαννον,siue κορίανον,Coriandrum:frutex caule exili, sesquicubitali,ramoso,folio ἀδιanti,rotundo capite,cicutæ odore graui,semine rotundo nudóque, radice lignosa,breui,neque adeo fibrosa.Vetustiores Græci(inquit Galen.)κορίαννον nominabant, at recentiores medici omnes κόριον appellant.Crediderunt aliqui sic vocatum à cimicibus,quòd folia & caules eos oleant:sunt qui ἀπὸ τῆς κόρης,hoc est à pupilla,dictum velint, quasi κορίαμβλον, hoc est hebetantem oculorum pupillas.

Hæc inter alia Gorræus. Dioscorides cap. 71, κόριον ἤ τινες ἀστέριον, γράφουσι, διάφορον ἔχον χυμὸν τοῦ ἀστερίσκου. Nicand. Alex. σὺν μέντοι γε τοῖν κορίοιν ἀγρωστίς. Idem dicitur & πολύφυλλον, vt eius schol. annotat. Plinius libro 16, cap. 8, Eadē præstat hypericon, quam alii chamæpityn, alii corion appellant. sicut & Dioscorides libro 3, cap. 171, ὑπέρικόν, οἱ δὲ χαμαίπιτυν, οἱ δὲ κόριον, οἱ δὲ χαμαιπίτυν. ‖ Κορίανον dicitur etiam annulus qui in indice digito gestatur. Pollux libro 5, de nominibus mundi muliebris, τὸ ἔτι κορίανον, παρὰ λυσιτέλειαν ἀπεκρυπτόμενον. Frequentius autem scriptum reperitur κορύανον, duplici υ. ‖ Κόριον ἔνιοι dictum à quibusdam τὸ ἀστέριον, vt habetur apud Dioscoridem, teste Gorr. quoniam φυλλάρια ἔχει κορυδάλῳ ὅμοια, vt idem Dioscorides docet. VNDE Κορυδαλίς, ίδος, ὁ καὶ ἡ, Pupæ seu puellulæ similis. nam κορυδαλίς Hesychio est κόρη ἁπαλή. ET Κορώδης, ους, ὁ καὶ ἡ, Puellaris.

Κορίδιον, ου, τὸ, Puellula, Pupa. Poll. Sed ἄνυμφις est vocabulum, sicut & κορύανον, vt idem annotat. vide sequens.

AT Κορίδης, ου, ὁ, Qui virgo duxit vxorem. v. l. Quo signif. dicitur κουρίδιος infrà.

Κορίσκη, ης, ἡ, ET Κορίσκιον, ου, τὸ, Puellula, Pupa. Pollux, παῖς δὲ ἀφῆκες, videlicet post puerilem ætatem, παῖς ἔσχατον, κόρη, κορίσκιον. τὸ δὲ κορύανον, ἄνυμφις, ὥσπερ καὶ τὸ κορίδιον. Athen. l. 15, ex Plat. Iambicis, Αὐλεῖ δ' ἑκούσα τις κορίσκη Καρικὸν μέλος μελίζεται.

Κορύανον, ου, τὸ, Pupa, Puellula. Matth. cap. 9, οὐκ ἀπέθανε τὸ κορύανον, ἀλλὰ καθεύδει. Verùm ἄνυμφις est hoc vocabulū, sicut & κορίδιον, si Polluci credim⁹, cuius verba in præcedente Κορίσκη citaui. VNDE Κορυανώδης, ους, ὁ καὶ ἡ, Puellaris. Plut. in lib. qui περὶ φιλοπ. inscribitur, ἐν τῷ πλούτου φύλακα ἔφηβοι καὶ ἀφεδρίαμα καὶ θαύματα κορυανώδη.

Κορεύω, Deuirgino, Virginitatem libo, Stupro. Eustath. Τυρὸν ὑπερφυᾶ τῷ Διὶ τῷ Διονύσῳ καρεύεται ὑπὸ Ποσειδῶνος. ‖ Apud Euripidem verò in Alceste, vbi Alceftis moritura filiam alloquitur, Σὺ δ' ὦ τέκνον μοι πρὸς κορεύσαι καλῶς, vulgata versio habet, In virginitate educaberis. Sed videtur potius accipi pro Deuirginaberis. q. d. Cui viro daberis deuirginãda, sine stupro: nam postea subiicit, Οὐ γὰρ σὲ μήτηρ οὖσ' ἐπιφθόνου πατρὸς, ac metuit ne fortè Admetus superinducat ei nouercam, quæ σ' αἰχμὴ κακοσθαλοῦσα κλαδεύσει. Hesych. ὦ αἰμοῦν τὸ αὐτὸ δηφθεῖρα γαμετή.

Κορυφοῦν in vulg. lex. exponitur etiam Impleo ad summum ab ore. Et affertur ex Epigr. κορυφούμενος εἰς ἓν ἀριθμὸς, pro Numerus in vnum collectus, id est Sūma.

C. Ἀποκορυφόω, In verticem conformo, apud Polybium, H
vt dictum modò fuit in Κορυφόω.

Ἀποκορυφοῦν apud Herodotum pro Planè eloqui vel potius Verbis extollere, vt scribit Camer. afferens hūc allius locum in Terpsichore, Ἀριστόφυτος ὁ Τελεάντος Σπαρ-

δίων ὕπαρχος ἀποκορύφου σφι πάσι. id est (inquit ille) Amicitiam regiam verbis extollebat. Vel Glorioſe respondebat. At ego assērior potius Budæo exponenti, Summatim hæc respondit, vel Ad summam hæc respondit.

C. Ἐκκορυφόω, ῶ, Summatim dico, A principio & velut à capite incipiens expono. Hesiodus in Erg. — ἐπεὶ κόρον πρῶτα κορύσσω. Camer. tamen vertit simpliciter, Explicabo, Peragam. Addit autem, arithmeticos ἐκκορυφοῦν τὰς προσῳδίας quum faciunt κολούρους, primùm vno, deinde ternario, mox deinceps aliis triquetris ademptis.

— ΚΌΣΜΟΣ, ου, ὁ, Ordo, τάξις, vt exponit Eust. (deriuans à κομῶ significāte ὁπλίζω) item Hesychius & Suidas: qui pro hac significatione affert ex Herodoto, οἱ δὲ Πέρσαι πανδήμιοι ἐφόρεον οὐδενὶ κόσμῳ. Eustathius autem in eodem loquendi genere οὐδενὶ κόσμῳ exponit ἀτάκτως. Sed hoc aduerbium ἀτάκτως cum οὐδενὶ κόσμῳ à Thucydide copulatur lib. 3, καὶ πολὺ ἀπιστότερον αὐτῶν ἀτάκτως, καὶ οὐδενὶ κόσμῳ πρὸς πίστιν. vbi Budæus οὐδενὶ κόσμῳ vertit Incōpositè. Luc. addidit præpositionem σὺν, in Zeuxide, ὀκκλίνατος, σὺν οὐδενὶ κόσμῳ ἐφόρησεν. At schol. Thucyd. alicubi κόσμον nō τάξιν sed ἀταξίαν exponit. Cæterùm Budæus vt οὐδενὶ κόσμῳ vertit Incompositè in loco paulo antè citato, sic κόσμον compositionem apud Aristotelem, τάξιν ei adiungentem. Quæ duo copulantur & à Plutarcho scribente, οὐκέτι κόσμον εἶχεν, οὐδὲ τάξιν τὸ πλῆθος. Aristoteles De mundo, vbi de magnificentia imperii regis Persārum agit, πανταχοῦ δὲ ἴσως ὁ κόσμος, καὶ μάλιστα τῆς φρουρητικῆς καὶ δεξιοχὰς ποιουμένων ἀλλήλας. quæ Budæus vertit, Quorum erat ipsorum is apparatus, ea descriptæ collocationis ratio, tam rato ordine vices munerum constitutæ, & præsertim eorum qui, &c. Exponitur etiam Tam bene descriptæ vices.

Κόσμος, Modus, Ratio. (ea significatione qua dicitur à Cicerone, Modo & ratione omnia facere) vnde οὐ κατὰ κόσμον apud Homerum sæpe, Sine modo, Non cum modo, Non cum ratione, Incompositè. Contrà verò κατὰ κόσμον, apud eundem Modo & ratione. Exponitur & Decenter, Ritè, Aptè, Conuenienter. Habet autem talem quandam significationem & ablatiuus Ordine apud Latinos interdum. |Κόσμος, Disciplina, apud Thucydidem non semel. Item πολιτία, vt vult schol. Ab Hesychio exponitur & κατάστασις. In vulg. lex. Status: vbi affertur etiam κόσμος πολιτίας ex Aristotele (inuenitur autem & apud Isocratem in Panath.) pro ratione reipublicæ rectè atque ordine constitutæ. Et ex Herodoto, κόσμον τόνδε καταστάμενος pro Hanc rationē instituit.

Κόσμος, Ornamentum, Ornatus. Lucianus De historia scrib. αἰσχύνας τὸν κόσμον ἐκεῖνον. Isocrates ad Nic. πρέπει μὲν ταῖς ἑαυτῶν καὶ τοῖς περὶ τὸ σῶμα κόσμοις. Herodianus l. 3, καὶ πάντα τὸν κόσμον καὶ χλιμίλια ἀρτάσαντες. Apud Xenoph. Pæd. 8, ac Plat. lib. 2 De rep. est & γυναικεῖος κόσμος, Ornamenta muliebria: quæ mundum muliebrem Latini vocant. Idem canum κόσμον esse dicit δέρατα, & ἱμάντας, & σιλφίσεις. Interdū etiam Decus, Laus. quam significationem & vox Ornamentum Latinis habet. Thucyd. lib. 1, οἷς κόσμος καλῶς τὸν θρᾶξαι, quibus laudi est id facere egregiè. Soph. Aiace, — γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει, mulieribus silentium laudem affert, vel ornamentum. Apud Homerum autem Odyss. lib. ϑ, ἵππου κόσμον ἄειστον, vult Eustathius κόσμον esse τὸν ὅλον σμον ὁπλίσεως καὶ μάθους, ἢ τὸν ἐνδεᾶ ἀπὸ ἡρωϊκῆν δίαταξιν, καὶ, ὡς εἰπεῖν, στρατηγικήν.

Κόσμοι magistratus Cretensibus qui ἔφοροι Lacedæmonitis. Aristoteles Polit. l. 2, cap. 8. vnde κοσμεῖν, eo magistratu fungi.

Κόσμος, Mundus. non ea significatione qua paulo antè γυναικεῖος κόσμος expositum fuit Mundus muliebris: sed qua & Orbis mundi à Virgilio dicitur. Hac autem significatione Diogenes, cum apud alios tum apud Luc. se dicit esse κόσμου πολίτην, quum interrogatur cuias sit. Idem Luc. in l. De salt. ἀπὸ γὰρ χαίνης ἀνδρὸς ἐς τὸν κόσμου ἥμισυν ἀρξάμενον, χρὴ, &c. Bud. apud Aristotelem vbi κόσμῳ opponit ἀκοσμίαν, vertit κόσμον, Compagem rerum compositam concinnóque ordine dige-

ſtam. Vide Ἀκοσμία.

Κόσμος (inquit idem Ariſtoteles, ordiens eum quem de illo ſcripſit libellum) ὅτι σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις φύσεων. Vel, κόσμος, eſt ἡ τῶν ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις, ὑπό τε τοῦ θεοῦ καὶ διὰ τὸν φυλακτόμενον. Idē in eodē lib. πῶς γὰρ ἂν εἴη φύσις ἥδε κρείττων; ἢν δ' ἄν τις εἴποι τις, μάρος αὐτῷ ὅτι. πῶς τε καλὸν πᾶν, ἐπῳνυμόν ὅτι τοῦτο, & τὸ τοιοῦτον, ἀπὸ τοῦ κόσμου λεγόμενον κοσμεῖσθαι. Sed hīc Ariſtoteli minimè aſſentior, quū multo ſit veriſimilius κόσμον dictū eſſe Mundum ab ea κόσμου ſignific. qua pro τάξις, ſeu διαταξία ponitur, aut ab ea qua pro ornamēto accipitur, quàm contrà ſignificationes iſtas ab eo ſumptas eſſe. B

Κόσμος interdum peculiariter pro cælo. quo exponitur modo & in Epigramm. lib. 2. | In ſacris autem Teſtamenti noui ſcriptis tā variè capitur κόσμος quàm Mundus apud Latinos theologos.

Κόσμος ſunt qui à κόμη ſignificante comam deriuari putēt, quòd ea ornamento eſſet: ſed viciſſim κόμη quidam dici putarunt quaſi κόσμη, à κόσμος deducentes.

C. Κοσμοκράτωρ, ορος, ὁ, Mundi imperium obtinens, Mundi princeps. Paulus ad Epheſios cap. 6. v. 12, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου. vbi vet. interpr. reddidit Aduerſus mundi rectores tenebrarum harum. Alii, Aduerſus mundi dominos, rectores tenebrarum ſeculi huius. Tertul. autem κοσμοκράτορας vertit Munditenentes, Hilarius Mundipotentes. Cæterùm Greg. κοσμοκράτορα ſine adiectione etiam, vocauit dæmonem. C

C. Κοσμολογία, ας, ἡ, Diſſertatio de mundo, Sermo qui habetur de mundo. ET Κοσμολογικός, Ad κοσμολογίαν pertinens. Vnde κοσμολογικὴ φιλοσοφία, eadem quæ φυσικὴ. hæc differt à philoſophia quæ θεολογικὴ & ἐποπτικὴ vocatur, quæ nimirum eſt ὀνοητῶν καὶ ἀϊδίων. Budæus ex Areop. D

C. Κοσμοπλάστης, ου, ὁ, Mundi fictor, apud Philonē De mundo, ſicut & κοσμοποιός, de Deo.

C. Κοσμοποιός, οῦ, ὁ, Mundi conditor, Mundi fabricator, Mundi opifex, Deus, apud Philonem De mundo.

ET Κοσμοποιΐα, ας, ἡ, Mundi fabricatio, ſeu creatio. Sic autem appellatur & liber quidam Empedoclis ab Ariſtot. in Metaph. ET Κοσμοποιεῖν, Mundum condere, de Deo, apud Philonem. Ariſtot. autem De cælo lib. 3, dixit, ἐξ ἀκινήτων γὰρ ἀρχῶν κοσμοποιεῖν ὁ Ἀναξαγόρας. E

C. Κοσμοπολίτης, ου, ὁ, Mundi ciuis. Apud Laertium interrogatus Diogenes cuias ſit, reſpondet ſe eſſe κοσμοπολίτην, apud Lucianum autem κόσμου πολίτην diuiſim. Sed inuenitur κοσμοπολίτης & apud alios.

C. Κοσμουργός, οῦ, ὁ, Mundi opifex. VNDE Κοσμουργία, Mundi opificium, Dionyſ. Areop. in epiſt.

C. Ἄκοσμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inordinatus, Indigeſtus, Incompoſitus. ἄπακτος, vt κόσμον ſignificare interdum τάξιν, dictū fuit. Sic apud Homerū de Therſite, Il. β, — ἔς ῥ' ἔπα φρεσὶν ἦεν ἄκοσμά τε πολλά τε ἤδη, vox ἄκοσμα exponitur ἄπακτα. ſed poteſt & aliis exponi modis. Quidam Latinè reddiderunt Intempeſtiua. | Ἄκοσμος ſæpe etiam eſt Inornatus, Incultus, Incōptus. In hoc autem verſu Sibyllino, Ἔσται κόσμος ἄκοσμος, ἀπολωλώτων ἀνθρώπων, Lactantius lib. 7, cap. 16, κόσμος ἄκοσμος vertit Deformatus orbis atque deſertus. Similis autem fuerit alluſio, ſi dixeris Mundus immundus, ſed Immundus non ſatis reſpondentem ſignificationem habet.

Ἀκόσμως, Inordinatè, Indigeſtè, Incompoſitè.

Ἀκοσμία, ας, ἡ, Status rerū perturbatus, Res incōpoſitæ. Idē quod ἀταξία Iſocrati in Areop. Syneſ. epiſt. 104, καὶ πάντα ἀνῆκε ἀκοσμίας ἐμπίπλησι. Plutarchus ἀκοσμίαν vocauit ſtatum reip. Rom. qui erat tempore belli ciuilis, cui εὐκοσμίαν opponit. (Quam ſignificationem habere videtur ἀκοσμία & apud Ariſtotelem Polit. 2, cap. 8, non autem ſignificare depoſitionem magiſtratuum qui κόσμοι dicebantur, vt vulg. lex. ex Aretino interpretantur.) Vide Bud. Comm. pag. 791. Apud Ariſtotelem autem ἀκοσμίαν Bud. vertit Congeriem confuſam & inconditam, in lib. De mundo, vbi ſcribit, κόσμον δ' ἐτύμως τὸν σύμπαντα, ἀλλ' οὐκ ἀκοσμίαν ὀνομάσαις ἄν. hæc enim verba ſic reddit, Vniuerſumque ipſum commodius κόσμον nominaueris, id eſt compagem rerum compoſitā concinnóque ordine digeſtam, quàm ἀκοσμίαν; id eſt A congeriem confuſam & inconditam. Gregor, ἀπὸ τοῦ κόσμου τὴν ἐφ' ἡμῖν ἀκοσμίαν λαμβάνει. Idem alibi ἀκοσμίαν & ἀταξίαν de chao dixit, pag. 234. Tale eſt quod apud Plut. legimus in lib. De animi procr. ἀκοσμία γὰρ ἐκεῖ τὰ φεῦ τῆς τοῦ κόσμου ἠμῖσεως, id eſt Indigeſta quædam & inornata congeries, vt Turn. vertit.

Ἀκοσμία, Dedecus, & rerum indignitas, Bud. ex Plut. Idem ἀκοσμίαν eſſe tradit quod Cicero vocat vitam flagitioſam. In v. l. exponitur & Petulantia.

Ἀκοσμέω, ῶ, Incōpoſitè me gero, aut indecenter, ſeu inhoneſtè, Facio aliquid cōtra decorum, aut officiū. Soph. in Antigone, p. 143 mex editionis, Ἔργον τὸ δρᾶν τοὺς ἀκοσμοῦντας σέβειν; vbi ſchol. exponit ἀπιθοῦντας & ἄκοσμα διαπραττομένους. Et Munere meo perperam fungor, Munus meum detrecto, Vices meas non obeo. vt Bud. pag. 91 exponit apud Demoſth. & Lyſiam. Apud Iſocr. autem accipi docet pro Flagitioſè viuo.

Ἀκοσμοῦσαι γυναῖκες, Indecenter & perperam compte mulieres. Bud. ex Poll.

HINC Ἀκόσμητος, Incompoſitus, Indigeſtus. Item Inornatus, Incomptus. Dionyſ. Areop. τὸ μὲν ἄπακτον καὶ ἀκόσμητον καὶ συμπεφορημένον. ET Ἀκοσμήτως, Incōpoſitè. Item, Inornatè, Incomptè. Plato De leg.

C. Διάκοσμος, Ordo & rerum digeſtio numeros omnes cōcinnitatis habens. vt accipi à Luciano tradit Budæus: afferens etiam ex Ariſtotele De mundo, πᾶς ὁ τοῦ βίου διάκοσμος. Vide & Comm. pag. 792. Accipitur ſæpe pro verbali διακόσμησις.

Διακοσμέω, ῶ, Ordino, Diſtribuo, Digero. Item Compono, Adorno, Inſtruo. Homerus Il. β, Ὡς πὰρ νῆυσὶν ἀνὰ κόσμον ἵππους καὶ ἵππους Τρῶες ἐμὸν ἵσταν. Et paſſ. ibidem, Ἡμῖν δ' οἷς δικάσας διακοσμήσῃμεν Ἀχαιούς. Thuc. lib. 1, Ἱππάρχων τε τύχοιμι τῶν παναθηναϊκῶν πομπὴν διακοσμεῖν. Idem lib. 2, καὶ πάλαι διακόσμησιν τοῦ πολέμου ἴσως καὶ ὅπλοις, καὶ τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ. Ariſtot. De mundo, τὸν μὲν ὅλων σύστασιν διὰ τῆς τῶν ἐναντιωτάτων δυνάμεων κράσεως μίαν διακόσμησιν ἁρμονίαν. de quo loco vide Bud. pag. 792. Bene autem cum hoc conuenit iſte Plutarchi De primo frigido, καὶ ὅσα διακοσμῶν καὶ βασκεύων ὁ θεὸς, ἁρμονικὸς καλεῖται καὶ μουσικός. quæ Turn. vertit, Aliiſque in rebus quarum deſcriptione & deſignatione deus harmonicus & muſicus vocatur. Exponitur etiam Rectè & ordine conſtituo, item Guberno. Et in paſſ. Plat. De legibus, οὕτω τούτων διακοσμηθέντων. E

VNDE Διακόσμησις, Ordinatio, Diſtributio. Item Conſtitutio, Gubernatio. In v. l. ex Plat. De leg. affertur διακόσμησις τῶν νόμων pro Conſtitutio legum: & διακόσμησις τῆς πόλεως, pro Adminiſtratio ciuitatis. Vide & Budæū pag 792.

C. 2. Συνδιακοσμέω, ῶ, Simul ordino, Simul compono.

C. Εὔκοσμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Bene ordinatus: cōtrarium incompoſito, quod eſt ἄκοσμος. Thucyd. lib. 1, πολεμικοί τε ἐξ εὐβουλοι διὰ τὸ εὔκοσμον μᾶλλον ἢ ἐμπληκτα, Ob ſtatum bene compoſitum. Exponitur etiā Ob moderationem. Ex Xen. autem affertur in vulg. lex. τὸ εὔκοσμον pro Ornatus, & Laudabilis habitus. Item εὔκοσμος pro Comptus, Elegans. F

Εὐκόσμως, Ordinatè, Compoſitè. Item Rite atque ordine, Decorè. Exponitur & Ornatè, Concinnè. Bud. ex Diogene, καὶ τὰς χλανίδας εὐκόσμως περιβάλλεται. vbi exponit Honeſtè & decenter.

G Εὐκοσμία, ας, ἡ, Decētia, Modeſtia, Mores compoſiti. Quæ interpretationes ſunt Budæi, qui ab Iſocrate in illa tertia ſignificatione accipi tradit. Polit. apud Herodianū Modeſtiam itidem interpr. Ego quod Heſychius dicit ὅτι τῆς εὐκοσμίας τῶν γυναικῶν, aptè reddi poſſe exiſtimo, Ad continendas mulieres in officio. vbi videlicet ſcribit ἁρμοστοὺς fuiſſe magiſtratum quendam apud Laced. ὅτι τῆς εὐκοσμίας τῶν γυναικῶν.

Εὐκοσμέω, ῶ, Modeſtè me gero, Officio meo fungor. In vulgatis lexicis affertur ex Macc. εὐκοσμεῖν αὐτούς pro Ornare ipſos.

H C. Φιλόκοσμος, ε, ὁ & ἡ, Ornatus amans ſeu cultus, Cultus ſtudioſus. vt Strabo vocat Gallos φιλοκόσμους. Chryſoſtomus quoque appellauit mulieres φιλόκοσμον γύναιον. Item φιλόκοσμος, Qui amat mundum, id eſt res mundanas, vt theologi loquuntur.

Φιλοκοσμία, ας, ἡ, Ornatus studium, Cultus studium.
Alia composita in ος desinentia.

C. Ἀπόκοσμος, ος, ὁ & ἡ, Qui procul à mundo degit, Qui in secessu & monasterio viuit. Budæus ex Gregorio. Vide Κοσμικός.

C. Ἔγκόσμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui est intra mundum, Qui versatur in mundo. Cui opponitur præcedens ἀποκόσμιος.

C. Προκόσμιος, ου, ὁ & ἡ, (q.d. Antemundanus) Qui fuit ante conditum mundum.

C. Ὑπερκόσμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, (q.d. Supramundanus) Bud. ὑπερκοσμίους ἐφαπτοφείας apud Areop. vertit, Rerum cœlestium explanationes.

Κοσμικός, ὴ, όν, Mundanus, Ad mundum pertinens. A Chrysostomo autem κοσμικοὶ & μοναζοντες opponuntur, vt videlicet sint μοναζοντες qui & ἀποκόσμοι, sequendo significationem datam modò nomini ἀποκόσμος ex Gregorio.

Κόσμιος, ου, ὁ, Qui est moribus compositis, Moderatus, Modestus, Qui rectè atque ordine omnia agit. Pla. Polit. 1, αὐτὰ μὲν γὰρ κόσμιοι καὶ ἄπονοι ἂν εἶεν, καὶ τὰ γήρως μετρίως ἂν ἔχοι τοῦτο. Pro quibus Cicero, Moderati enim & nec difficiles nec inhumani senes tolerabilem agunt senectutem. A Lysia pag. 88 κόσμιος appellatur qui legibus paret, vt inquit Bud. Et κοσμιωτέρους, ἐπαλωίτας, Hesych. ΗΙΝC Κοσμίως, Moderatè, Modestè, Vt decet eum qui est compositis moribus. Lucian Hermot. κοσμίως βαδίζοντας. ΕΤ Κοσμιότης, Moderatio, Modestia. Isocrat. in Panath. μυδήμιας κοσμιότητος μετέχοντας. Vtitur & Aristophanes in Pluto.

Κοσμέω, ῶ, Ordino, Distribuo Compono. Homer. Iliad. μ, Πέντε χε κοσμήσῃσι, σὺν ἡγεμόνεσσιν ἕπεσθαι. pro quo alibi vtitur composito διακοσμεῖσθαι. Item Adorno, Instruo, Apparo. Idem Homerus Odyss. ν. 13, Ἡ οἱ πῦρ αἴθοπα μήλοισι δόρπον ἐκόσμει. Sed Eustath. ἐκόσμει hic exponit ἐδόκει δόρπον ἐκόσμει. Sed Eustath. ἐκόσμει hic exponit ἐδόκει δόρπον ἐκόσμει. Vt autem dicit Homerus κοσμεῖν δόρπον, sic Xenoph. κοσμεῖν πράξεις. | Κοσμεῖν, Inconditam rerum congeriem in ordinem redigere: vnde & pro Mundum architectari. Vide Bud. pag. 792.

Κοσμῶ, Orno, Honesto. Thucyd. lib. 2, ἃ χρὴ τὴν πόλιν ὑμνοῦσι, αἰ τῶνδε καὶ τῆδε πατρίδι ἐκόσμησαν. Ex eodem affertur κοσμῶ εἰς μεῖζον pro In maius effero seu extollo ornando. Herodian. 7, πάσας τὰς βασιλικὰς τιμὰς ἐκόσμει. Vt autem hic dicitur τιμὰς κοσμεῖν, sic à Xenoph. τιμᾶν & κοσμεῖν copulantur. Sed & idem Herodianus dicit alicubi τιμῇ καὶ δόξῃ ἐτιμήσαμεν καὶ ἐκοσμήσαμεν. Apud eundem, χρυσῷ καὶ λίθοις πολυτίμοις κεκοσμημένος. Aliquandò verò κοσμεῖν eidem est Commodis afficere, Locupletare. vt libro 3, πλούτῳ τε ὑπερβάλλοντι ἐκόσμουν.

Κοσμεῖν etiam dicuntur κόσμοι quum magistratu suo funguntur. Vide Κόσμοι in Κόσμος.

Κόσμημα, ατος, τὸ, Ornamentum, Insigne. Plato De legib. βάμμασι τοῖς μὲν εὐσχήμοσιν ἀλλ' οὐ τοῖς τε πολέμου κοσμήμασι. pro quibus Cicero, Tincta verò absint nisi à bellicis insignibus.

Κόσμησις, εως, ἡ, Ornatio, Exornatio. Aristot.

Κοσμητὴς, οῦ, ὁ, Ornator, Exornator. Exponitur & Moderator, item Ordinator, ex Seneca.

Κοσμητικὸς, οῦ, ὁ, Ornandi peritus. Vel potius, Ordinandi peritus, ab altera verbi κοσμεῖν significatione.

Κοσμήτωρ, ορος, ὁ, Ordinator, Moderator, Dux, cuius est ordinare & singula ritè componere. Hom. Il. α, circa principium, Ἀτρεΐδε δὴ μάλιστα, σὺ ὦ κοσμήτορι λαῶν.

C. Ἀκόσμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inordinatus, Indigestus, Incompositus. Item Inornatus. ΕΤ Ἀκοσμήτως, Inordinatè, Incompositè. Item Inornatè.

C. Ἀπόκοσμέω, ῶ, Quæ ordine collocata erant, aufero, seu depono, aut amoueo: & quasi dicas Decolloco. Hom. Od. π, -ἀμφὶ πάλαι σὺ ἀπεκόσμεον ἔντεα δαιτός. quod Hesych. tamen exponit simpliciter ἀπέθεσαν, id est Amouebãt. sed intelligendum est Amouebant, eorum collocationem & ordinationem velut dissoluentes.

Ἀπεκόσμησε, Ornatum adimo, Ornatu priuo. Greg. ἀπεκόσμησε τὴν παρειλημμένην ἀπὸ δήματος καὶ ὑποκρίσεως. Quum ornatum diadematis capiti suo ademisset, Quum capiti suo exemisset diadema quo ornatum erat.

C. Ἐγκοσμέω, ῶ, Colloco ordine, seu Dispono in. vt ἐγκοσμῶ τῇ νηΐ, Collocare ordine in naui, seu Disponere in naui. vel Imponere naui, collocando ordine. Odyss. ε, v. 217, Ἐγκοσμῶν τὰ πάντα κατὰ σχεδίην ἐτάροισι νηὶ μελαίνῃ.

C. Ἐπικοσμέω, ῶ, Ornatum addo, Cohonesto. Demet. Phalereus, τῆς γὰρ λέξεως ἡ μὲν ὑπηρετεῖ, ἡ δὲ ἐπικοσμεῖ. Affertur & ex Aristot. Polit.

c. 2. Συνεπικοσμῶ, Vnà orno, Ad ornatum addendum iuuo. In vulg. lex. redditur Cohonesto & visendum reddo, in hoc Xenoph. loco μᾶλλον γὰρ τὴν πατρίδα δεῖ, μᾶλλον συνεπικοσμεῖ, ὅστις τὰ μὲν δι' ἐχθρῶν ἀφαιρεῖται, τὰ δὲ καλὰ, λαμπρότερα ἀπεργάζεται.

C. ΚΑΤΑκοσμέω, ῶ, Compono, Digero in ordinem, Apto. Bud. ex Platone, apud quem εἰς τὸν ἑαυτοῦ βίον μετρίως κατακεκοσμημένος ἦν exponit Ratione & ordine constitutus. In vulg. lex. affertur ex Plutarcho in Fabio, κατεκοσμοῦντο πρὸς ἐκείνου γνώμην, pro Se ad illius sententiam accommodabant. | Ex eodem autem in Romulo, κατακοσμοῦντες ἑαυτοὺς pro Colentes obseruantésque se inuicem.

Κατακόσμησις, ως, ἡ, Digestio rerum & apta compositio. B. ex Plat.

C. ΜΕΤΑκοσμέω, ῶ, q.d. Aliter compono, In alium statum compono, seu in aliam formam. In vulg. lex. scribitur accipi pro Transmuto ornatum. item simpliciter pro Muto & Nouo, Transformo: affertúrque ex Luciano, οὐδὲ ἡδέως ἂν ἐγὼ, μετακοσμήσας καὶ νεωτερήσας τὰ νῦν περὶ τὰς αἰθρίας. At Budæus vult accipi pro In melius constituo & ordino apud eundem Luc. scribentem, ἐπὶ τοῦτο ἐπανορθώσεις καὶ μετακοσμήσεις.

C. Προκόσμημα, q.d. Anteornamentum. Exponitur tamen simpliciter Ornamentum in vulg. lex. item Externus cultus, ex Laertio. Est autem tanquam verbale à verbo προκοσμέομαι, οῦμαι.

¶ Κοσμάριον, ου, τὸ, diminutiuum aut certè diminutiui formam habens, q.d. Paruum ornamentum. Frequens est apud Hesychium. vt quum dicit καλαμὶς, κοσμάριόν τι περὶ τὰς πλοκάμους. item Κομαεὶς, κοσμάριον γυναικεῖον.

ΚΟ'ΤΟΣ, ου, ὁ, Ira vetus, vt Ouidius loquitur.

Ira quæ diu manfit alta mente reposita, Ira diu condita. nam condere iras eo significatu dicit Cornelius Tacitus, quo Homerus χόλον φυλάσσειν. Dicunt etiam memorem iram Virgilius & Ouidius, significatione huc pertinente. Plus est κότος quàm ὀργὴ, χόλος, μῆνις. nam Eustathius annotat, μῆνιν ἱστικαθίστασθαι τῇ ψυχῇ ὁπωσοῦν, εἰς κότον δὲ παροξύνεσθαι. est igitur μῆνις diuturna, seu (vt alibi idem exponit) χόλος ἀπεριόριστος, χόλος ἀπέρατος, ὁ πολυετὴς χόλος καὶ τῷ μῆνιν ὑπεραπλᾶσαι. Idem alibi sic scribit, ὅτι μήνει χόλος θυμῷ κατάκειται πυθοῖς, κότος δέ τε δηρὸν λέληται. Il. α, Εἰ δέ τοι ἦτορ τι χόλον καὶ ἀνήνατον ἔχει κότον, ὅσσα πάλαι. vnde etiam patet, κότον esse iram quæ citò concoqui non potest, sed diu alta mente reposita vindictæ occasionem quærit. Il. ρ, Τοῦ δὲ βαρὺ δὴ μάλα κότος ἀχνύμενον φάεσφι δυσηχὲς φαεινὸν Διὶ φόος ἔσχεν ἀπ' ὄσσων. vbi οἱ significat Aduersus ipsum, sicut & in sequentibus locis. Od. λ, — αὐτὰρ ὅ γ' οἷος Αἴαντ' ὠτρύνατο, ὅ οἱ κότον ἔμμενες αἰεί.

que meminit huius nominis substantiuè positi: loco enim citato subiicit, ἴλαος οὗτος ὁ Σάμιος ὀργή. Paulo antè verò ἴλαον exposuerat ἐχθρὸν ἀνδρα. VNDE Εἰλάτης, Irato animo, Iracundè, ὀργίλως.

C. Ζάκοτος, ου, ὁ & ἡ, Valde iratus, Qui vehementer exæstuat ira, quamdiu profundo pectore pressit. aut valde iracundus. Il. γ, Φαίης κε ζάκοτόν τινα ἔμμεναι. vbi exponunt πάνυ ὀργίλον.

Κοτέων, οντος, ὁ, Iratus, vel Qui memori aliquem vindicat ira, vt Ouidius loquitur, Graues animo iras premens. Il. ε, Καί μιν ἔγωγ' ὀφέλλω ἀϊδρείῃ ἀποειπεῖν, Ἔμπης δ' ὑπ' ἀνὴρ ἰδλήμασιν. ἦος τύ γε θῦ κοτέοντες.

Κοτωέις, Iracundus. v. l.

Κοτίω, F. ήσω & έσω, Irascor: vel potius Æstuo ira quam diu pressi sub pectore. Il. α, ad Achillem, — σύνθεο δ' ἐγὼ αἶψα μάλ' ἐξείω Οὐδ' ὀδύσσομαι κοτέοντος, non moueor tuis iris quas alta mente repostas coquis seu premis. Eustathius tamen ibi κοτέοντα vult ἀποχωροῦντας accipi ὅτι τὸ πάλαι ὄντας ὡς μοῦσαν ἀρχόμενον, de eo qui nunc primùm irasci cœpit. Il. ψ, de Minerua, Ἣ δὲ μετ' Ἀθήνην ἰὼν κοτέω ἐνεκείσας, Item cum genitiuo rei illius quæ iram nobis mouit. Il. η, Ζεὺς σφιν Κρονίδης ὑπατόφρων ἠρίμολιν Αἰγίδα, Τῆς δ' ἀπάτης κοτέων, fraudis huius nomine graues alta mente reponēs iras, seu memori ira prosequens hanc fraudē. Pro Irascor sæpe etiam capitur, vt dixi. Heliod. Aspid. — λέοντε δύω ἀμφὶ κταμένῃ ἐλάφοιο Ἀλλήλοις κοτέοντε, mutua ira æstuantes nomine ceruæ. Et aliquanto antè, Τοὶ δ' ἔτι μᾶλλον ἐχολώσατο κοτέοντε μάχεσθαι, excitabantur ad pugnam iratis animis ineundam. Sed quædam ibi exemplaria diuisim legunt κότον τε. Idem in Erg. Καὶ κεφαλῇ κεφαλῆ κοτέει καὶ πίπτει πίπτων, Καὶ πλωχὸς πλωχῷ φθονέει, irascitur. ad se enim omnia commoda & quæstum reuocare vellet. Itē in participio κεκοτηώς, Iratus, Ira accensus seu æstuans. Od. ι, Ἀλλά μιν ἄλλοτε μὲν κεκοτηότα θυμὸν ἔρυκον. Apoll. Argon. 2, κεκοτηότι θυμὸν ἀνῆκεν. pro quo Hesiod. dicit κοτέοντι. Legitur etiam κοτίομαι pass. voce pro κοτίω. Il. ψ, Τυδείδης δ' ἐπὶ κοτέσσατο φοίβος Ἀπόλλων. Il. σ, Οὐκ ἄρα νῶϊν Τρῶες κοτεσσαμένῃ κακὰ ῥάψει, graues & veteres contra Troianos iras animo premens. Od. ν, Διὸς δ' ἐποτρύνετο μῦθον, Μήπως τι μετέπειτα κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ. Il. ι, Εἰ μή τις θεὸς ὅτι κοτεσσάμενος Τρώεσσιν, Ἡρὴ μνώοιτο. In quibus locis propriè accipi potest pro Veteres iras animo premo. Interdum verò simpliciter pro Irascor accipi potest, sicut & κοτίω. Il. β, — τῷ δ' ἐκ' Ἀχαιοὶ Ἐκπαγλως κοτέοντο νεμέσσητόν τ' ὀνοσσαι.

C. Ἐγκοτίω, ῶ, idem quod κοτίω. Eustathius, τὸ ἐνδοθεν τῶν ὑπέρων ἐγκοτῆσαι, κοτίσασθαι λέγει, loquens de hoc loco Il. ι, κοτεσσάμενος Τρώεσσι. Apud Suid. ἀντὶ τοῦ Ἡσαῦ τὰ κατὰ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. VNDE Εἴλότημα, ατος, τὸ, ET Εἴλοτις, ιος, ἡ, Ira, vel Ira quæ alta mente reposita tacet, Vetus & grauis ira. Idē quod κότος. Hesychio εἴλότημα est ὀργή, μανία, Ira furibunda. Hieronym. in Oseæ cap. 9, Pro Amētia, id est μανίᾳ, Aquila vertit εἴλοτιν: quam nos vel iracundiam, vel memoriam doloris in Latino possumus dicere. Sic enim ibi scribitur, nō εἴλότητος, vt in v. l.

KOTΥΛΗ, ης, ἡ, Cauus, Cauum, Cauitas. idem quod κοίλωμα. Athen. lib. 11, ex Apollodoro, πᾶν δὲ τὸ κοῖλον, κοτύλην καλοῦσιν οἱ παλαιοί, ὡς καὶ τὴν τῆς χειρὸς κοῖλον, quemadmodum & manus cauitatem, quæ Vola Latinè dicitur. Vnde ludus quidam ἐν κοτύλῃ, quum aliquis reductas in tergum manus coniungebat stringebátque, rursus alter impositis in eas genibus tollebatur, suis manibus oculos gestantis obtegens. De qua & Pollux & Athen. loco citato: alio autem nomine ἐπικάδαι & κυβίστησις nominari idem Pollux tradit. Similis autem ludus est is quem ἐφεδρισμὸν idem Pollux & Hesych. appellant. Eustath. ita, ἀφεὶς ἀγχόνην τινὰ ὀπίσω τῶν χεῖρα συμπλέκει τοῖς δακτύλοις ἕτερος δέ τις εἰς τὰ κοιλώματα τῶν χειρῶν (ἄνωθεν εἶναι κοτύλαι) τὰ γόνατα ἐνθεὶς, ἐξ οὗτος αἰωρεῖσθαι ἑαυτὸν φέρεται ἔπηχος, ὀπλαῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν φερόντων ἔπειτα ὁ μέρει ὁ τίσις φυόμενος, καταλαβὼν φέρει τὸν ἕτερον. Apud Athen. verò scribitur εἰλοτύλη vna voce, sicut & apud Eustath. pag. 1188, ex Pausania. Apud eundē tamē Eust. alibi & Pollucē diuisim quoq; ὁ κοτύλη. Κοτύλη vocatur etiam ἡ τῆς ἰγνύου κοιλότης, vt Athen. ibidē docet, hoc est cauitas coxæ. Scholiastes Theocriti, ἴχνιον τὸ πλατὺ τῆς ὀπίσθης καὶ τὰ κοῖλα τῶν ἰγνύων, ἃ καλοῦσι κοτύλας. Hesychius, ἰγνύη, τὸ κοῖλον τοῦ γόνατος, ἢ τὸ ὀπίσθιον μέρος τοῦ ἰσχίου. Ἀριστοφάνης δὲ τὰς κοτύλας τὰς ἰγνύας. Ἀριστοφάνης Γήρᾳ, ἢ Πλούτῳ

ἔχῃ κοτύλας ϛ, ἢ κοτύλη ἔχῃ ἡμίξεστον α. τὸ πρόβλητον ἢ κοτύλη A
ἔχει Ἀττικὰ. τὸ ἐξύβαφον δὲ πίπτει ὅτι κοτύλης. ὁ κύαθος ἔκτον ἔχει κοτύλης. Ibidem, ἡ Ἑλληνικὴ κοτύλη τῷ ἐλαίου ἔχῃ λιτ. ϛ, ἡ δὲ Ἰταλικὴ κοτύλη ἔχῃ ϛο ϡ. ἢ ἡ Ἀλεξανδρίνη κοτύλη ἐλαίου μὲ ἔχῃ ϛο η, οἴνου δὲ ϛο ϡ. Vnde apparet diuersam fuisse corylam olei & vinitem Italicam & Græcam. Aliquanto pòst, ἡ κοτύλη ἔχῃ ϛο ϡ, ϛο ι, λί. α, ϛο γ. Et Paulus Ægin. ἡ κοτύλη, ἥτοι μὲ σπιῶν τὸ πρόβλητον, ἔχει μύρα μεγάλα γ, ὀξύβαφα δὲ ϛ. Item aliquanto pòst de Italicis mensuris olei, vini, mellis, ἡ κοτύλη ϛο ϡ. ϛο ι, ϛο ιϛ, S. Sed & ardorum κοτύλη mensura fuit apud Atticos: continebat autem ὀξύβαφα B quatuor, siue vncias nouem mensurales, vt idem Gorr. annotat. Thucyd. apud Athen. lib. 11, ἐδίδοσαν μὲ αὐτῶν ἑκάστῳ ὅτι ἀκτὼ μιλιῶας κοτύλιον ὕδατος, καὶ δύο κοτύλας οἴνου: vel καὶ ἐλαίῳ, vt Eustath. legit. Aristoph. apud eundē, Ὁ δ' ἀλφίτων τριμάδος ἡμῖν χοίνικας, Κοτύλης δ' οὐσας, σίκλους δ' ἀποζημίωσας. Eius nota fuit apud Græcos Κ.

C. Κοτυλήρυτος, SIVE Κοτυληρύτης, ου, ὁ καὶ ἡ, Vola haustus, vel Quantum vtraque manu haurire potes. ὁ ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ἀρυσσόμενος δυνάμενος, vt exponit Ath. l. 11, seu ὁ τῇ κοτύλῃ ἀρυόμενος, vt Eustath. qui alibi sic scribit, c κοτύλη, τὸ τῆς παλάμης κοίλωμα, ὅθεν καὶ κοτυλήρυτον, ὁ παλάμαις αὖ τις κοτύλαις ἀρύσαιτο, ἤγουν ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν. Paulo autem pòst, κοτυλήρυτον, ὃ ἂν αὖ τις κοίλῳ τινὶ ἀρύσηται. ll. ϛ, Πασῶν δ' ἀμφὶ γίγνου κοτυλήρυτον ἔρρεεν αἷμα. Quod verò ad scripturam attinet, rectius vno ρ cum Eustathio scribi videtur: reperitur tamen & gemino tum apud Ath. tum in nostro manuscripto Homero. vbi illud κοτυλήρυτον exponitur ποσοῦ τις πλήθει ὥστε καὶ κοτύλῃ ἀρύσασθαι, id est vola manus, vel etiam quouis κοίλῳ. id est concauo vase, veluti scutella, aut simili. D

C. Ἑλκοτύλη, ης, ἡ, Ludus quidam qui & ἐν κοτύλῃ dicitur, de quo paulo antè ex Athen. Poll. & Eustath. De eodem hæc scribit Pausanias apud Eust. ἑλκοτύλη, παιδιά τις ἐστὶν, κοιλαίνοντες χῦσαι. δι' ἧς ἔστιν τὰ γόνατα τῶν γυμνικευόντων οἱ γυμνικευόμενοι, καὶ βασταζόμενοι αὐτοί. quæ ad verbum citantur ab Athen. lib. 11. Idem Pausan. apud eundem Eust. παιδιά τις ἐν καλουμένη ἑλκοτύλη, ἐν ᾗ διορύξας τις ὀπίσω τοὺς διακτύλους τῶν χειρῶν ἐπωνωτίζεται τὸν αἰωρούμενον. ὁ δὲ ἐκθλίβει τὰ γόνατα τῷ χεροὶ καὶ ἀφελόμενος τὸ αἴρεσθαι τῷ καμπτῷ ἢ τὸν πρόχειλον, ἑλκοτύλην appellatā autē ἑλκοτύλῃ scribit quoniā τὸ κοῖλον τῆς χειρὸς dicitur κοτύλη, εἰς ὃ ἐκπίπτει τὰ γόνατα ὁ βασταζόμενος. E

C. Διπότυλος, ος, ὁ καὶ ἡ, Qui duarum cotylarū est, seu Duas cotylas habens, id est duas caruncul as concauas circa cirros. dicitur de piscibus quibusdam ex eorum genere qui μαλάκια appellantur. Aristot. Hist. anim. lib. 4, c. 1, de eledone polypi specie, μικρὸν τι διαφέρουσα τῆς περὶ τοὺς πόδας καὶ τῆς μεσοπότυλου ἡμιόνιον μαλακίων. τὰ γὰρ ἄλλα πάντα διπότυλά ἐστι. Vbi Gaza vertit, Quod vnum ex mollium numero simplicem acetabulorum ordinem agat: cætera nanq; omnia duplici caliculātur. Item lib. quarto, c. 1. F

C. Μεσοπότυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui vnam concauitatem habet in cirris suis seu flagellis. In quo vnum tantùm acetabulum est. Dicitur de quodam polyporum genere vt videre est in præcedenti διπότυλος.

C. Ἡμικοτύλιον, ου, τὸ, Dimidiata cotyla, seu hemina, Dimidia cotylæ seu heminæ pars. Dioscor. lib. 5. VNDE Ἡμικοτυλιαῖος, ου, ὁ, Qui est dimidiatæ cotylæ seu heminæ. vt ἡμικοτυλιαῖος οἶνος apud Dioscoridem lib. 8, Vini cotyla seu hemina dimidiata, Vini tantum quantum dimidiata cotyla capiatur.

Κοτυλιαῖος, ου, ὁ, Cotylæ mensuram æquans. Laertius, κοτυλιαῖον ποτήριον, poculum capiens heminam. Bud. AT Κοτύλαιος, Exiguus instar cotylæ. nam κοτύλαια Hesychio sunt μικρὰ, ὡσεὶ πρὸς κοτύλιον. Item κοτύλαιον montis nomen. Æschines contra Ctesiph. τὸ κοτύλαιον ὀνομαζόμενον ὄρος.

Κοτυλιδιαῖος, α, ον, ὁ καὶ ἡ, Qui cotylæ formam repræsentat, Cotylæ formam habens referens. Athen. libro 11, κυάθους, κοτυλιδιαίους ἀγγείου.

Κοτυλιδιῶν, ῶνος, ὁ καὶ ἡ, idem quod κοτύλη, Cauitas. vt κυάθου κοτυλιδιὼν apud Nicandrum, Cyathi cauitas, id est Cauum illud in cyatho. In Alexipharmacis, Ἐκλείβειν πορεῖν κυάθου κοτυλιδίνας πλέον. ‖ Κοτυλιδὼν dicitur etiam cauum illud in quo femoris caput vertitur, sicut & κοτύλη Homero. Latinis Acetabulum. Plinius libro 28, capite 11, Item ossa ex acetabulis pernarum cir- H

ca quæ coxendices vertuntur. Aristoteles Historiæ animalium libro 1, capite 13, τὸ μὲ οὖ ἰφίσφαιρον, γλουτός. τὸ δὲ ἐν ᾧ γοφίτης μέρος, κοτυληδών. Et libro 3, capite 7, κάτω δὲ ἡ σφραίνει μὲν πολύποδι, ἡ κοτυληδὼν ἔοικε, καὶ τὸ πλῆθος τῶν κοτυλῶν ὅμοιον ἐστὶ. ‖ Κοτυληδόνες dicuntur etiam polypodum acetabula, seu concauæ partes in polyporum flagellis siue cirris. quo significatu κοτύλη quoque suprà attuli ex Eustathio. Athenæus libro 11, καὶ αἱ τῶ πολύποδος ἐν ταῖς πλεκτάναις ὀπηφύσεις, τὰ ἐγκοίλως κοτυληδόνες, videlicet dicuntur à κοτύλη. Aristoteles Historiæ animalium libro 4, cap. 1, ὁ μὲν οὖν πολύπους καὶ ὡς ποὶ καὶ ὡς χερσὶ χρῆται ταῖς πλεκτάναις. Et paulo pòst, καλεῖται δὲ ῥάχις τὸ λεῖον, οὗ φορέσαι αἱ κοτυληδόνες εἰσὶ. Et paulo antè, ὅτι δὲ τῶν ποδῶν αἱ κοτυληδόνες ἄπασιν εἰσὶ. De quibus Plinius, Omnes brachiis, vt pedibus ac manibus, vtuntur. Item Per brachia velut acetabulis dispersis, hausturo quodam adhærescunt. Item, Luctatur enim complexu, & sorbet acetabulis ac numeroso suctu detrahit. Vbi brachia vocat quas Aristoteles πλεκτάνας, & acetabula quas ille κοτυληδόνας. Apud Homerum autem κοτυληδόνας Eustathius accipi vult synecdochicè pro ipsis brachiis siue cirris quæ πλεκτάναι appellantur, ἀπὸ τοῦ βραχιόνων κοτυληδόνων αἱ φραιαὶ τοῖς πλεκτάναις ὑπάκουσι, ὁμοίως οὔσαι κοτυλιδίοις κοίλοις. vnde & denominantur. Od. ε, — πολύποδος θαλάμηνδε ἐξικομέσθην Πρὶν κοτυληδονόφιν πυκιναὶ λαβῆτες ἔχοντο. ‖ Κοτυληδών, Vmbilicus Veneris. herba folium habens acetabuli figura (vnde & nomen) orbiculatim & ineuidenter concauum: cauiculo breui qui è medio prosilit, in quo & semen ineſt, radice oliuæ modo rotunda. Est & alterum cotyledonis genus, quod ab aliis κυμβαλίον nominatur, pinguibus foliis, latioribus, ligularum modo densis, circa radicem medium oculi ambitum describentibus, vt in maiori semperuiuo. Gorræus. Dioscorides libro 4, cap. 91, κοτυληδών, οἱ δὲ σκυτάλιον, οἱ δὲ κυμβαλίον. φύλλον ἔχει ὡς σφὺρ ὀξύβαφον, ἀβδελφαῖς, λεπτότητος κοῖλον. Plinius libro 25, capite 13, Cotyledon, paruula herba, cauiculo tenero, pusillo, pingui folio & concauo vt coxendices. Scribonius Largus tradit eam habere similia folia cymbalis. quemadmodum ab Æschylo cymbala vocari κοτύλας suprà dictum fuit. ‖ Κοτυληδόνες ora venarum & arteriarum intra vterum eminentia & quodammodo nodosa, non multum hæmorrhoidibus ani dissimilia, aut cotyledonis herbæ foliis orbiculatis & parum concauis. seruatur nanque in medio ipsorum orificiorū parua cauitas in cotyles modum. Hæc Gorr. Et paulo pòst, vbi vsum & officia earum explicauit, Alii verò (vt refert Galenus) nullas prorsus vtero mulieris κοτυληδόνας inesse crediderunt: quos tamen ipse & doctissimorum virorum testimoniis & ipsa anatomia reuincit. insunt enim & mulieribus, quanuis minores quàm quæ in vaccis, capris, ceruis, arque aliis eiusmodi animalibus apparent.

Κοτυλὶς, ίδος, ἡ, ἡ κοτύλη τῷ ὑγρῷ, hoc est, concauitas coxendicis, apud Hippocr. ἐν τῇ μοχλικῷ, & lib. 1 De morbis, teste Gorr.

Κότυλος, ου, ὁ, Cotyla: poculi genus, idem cum eo quod Homero κοτύλη, si Diodoro apud Athenæum credimus, qui tamen addit, διαφέρειν τὸν παρὰ τοῖς Λίπυλοῖς καὶ παρὰ Ἴωσιν λεγόμενον κότυλον vocari ab Homero κοτύλιον, ὃν ὅμοιον ὄντα παρ' ἑκατέροις ἐν οἷς ἔχει. Idem Athenæus aliquanto antè, τὰ μάλιστα ποτήρια, κότυλοι. Ibidem ex Diodoro tradit, παρὰ Σαυνίοις ὀνομάζειν τὸ ἐκπωμα, τὴν δὲ αὐτὸ λαυτηρίῳ ἐοικὸς βαθὺ, ἔχειν δὲ καὶ οὖς ἑνὸς χοός. Apud eundem Pamphilus scribit esse ποτηρίου εἶδος ἴδιον Διονύσου. Eubulus de sacerdote, πλὴν καλλίῳ σκύλικι ἔχων οἶνον ἐξεπατήσε κοτύλου. Ion, κότυλον οἴνου πλέων. Aliquanto pòst de Phiditiis apud Lacedæmonios, εἰ δέ ποτε πλέον τριῶν βουλοιτό τις, ἐφεστήκασιν τοῖς καλουμένοις κοτύλαις, κάλλιστα ἐξ ὁμοτεχνίτου ἐκπωμάτων. ‖ Est & mensuræ nomen apud Marcellum empir. Corylos (inquit) habet vncias quatuor: quod facit cyathos duos & cochlearia sex. Item cotylus triuncialis habet heminæ tertiam partem. Est igitur diuersa significatio huius cotyli & cotylæ. I

Κοτυλίσκη ET Κοτυλίσκιον, ου, τὸ, Parua cotyla. κοτυλίσκιον citat Athen. lib. 11 ex Phœtecrate. At κοτυλίσκιον ex Aristophanis Acharn. κοτυλίσκιον τὸ χεῖλος ἀπεκκεκμμένον, seu

χατηκρεως μᾶλλον, vt Eustath. legit. SED Κοτυλίσκος, ου, ὁ, diminut. est à κότυλος. Vocatur autem κοτυλίσκος ὁ ἱερὸς τῆ Διονύσου κρατηρίσκος, καὶ ᾧ χρῶνται οἱ μύσται, vt tradit Athenæus lib. 11 ex Nicandro Thiaryreno, adducente hunc ex Aristoph. Nub. locum, μικρὸν σίφωνα κοτυλίσκων. Sed perperam apud Athen. scribitur οἷς χρῶνται, pro ᾧ χρῶνται, quod apud Hesych. habetur: qui κοτυλίσκους quibusdam esse dicit τὰ μίσγοντα ποτήρια, vt supra κοτύλη. item speciē quandam placentæ: præterea κοίλωμα, sicut & κοτύλη accipi dictum fuit: item βόθρον εἰς ὃν τὸ αἷμα τῶν ἱερείων ὑπὲ τῆ γῆ δυομένων ὠθίζαλλον.

Κοτυλίζω, Fut. ίσω, Heminatim vendo. Propriè de vino dicitur, sed metaph. & de aliis quæ non aceruatim sed particulatim venduntur, ὅτι τῆ κῷ μέρος πωλοῦσι μόνον, ἀλλ' οὐκ ἀθρόως. Aristoph. Κιννάμου γὰρ τὴν πόλιν ἡμῶν, κοτυλίζειν τοῖς πίνουσιν. Pherecr. apud Poll. μισθὸν κοτυλίζειν, ἀλλὰ καταπλάττειν. In propria significatione accipitur apud Aristot. in 2 Œcon. πῶς δὲ ἐμπόροις καλῶς ἔχει μὴ κοτυλίζειν, ἀλλ' ἀθρόα τὰ φορτία πωλεῖσθαι, heminatim venditare. B.

ΚΟΥΦΟΣ, ου, ὁ, Leuis, Non pōderosus. Aristoph. Ranis, αἰὲ πλατ' ἐς αἰθέρα κουφοπτάταις πτε ρύγων ἀχμαῖς. Et κοῦφαι ἐλπῖδες apud Herodianū. Et κοῦφα κρία apud Aristot. Ethic. 6. Huic opponitur βαρύς, vt Lat. Grauis opponitur Leui. Plato Minoe, πότερον τὰ πλεῖον ἕλκοντα, βαρύτερα νομίζεται, τὰ δὲ ἧττον, κουφότερα. Sic in isto eiusdem Platonis dicto opponuntur, λόγου κουφοτάτου πρὸς μιᾶς, βαρυτάτη ζημία καὶ θεῶν ἔστιν ἢ πρὸς ἀνθρώπων. quod dictum sæpe à Plutarcho commemoratur. Synes. quoque ad hoc respiciens (sed tāquam prouerbiale afferens, nonadscripto autoris nomine) scripsit, ᾗ ποτὲ δὴ τὸ λεγόμενον, κουφοτάτου πρὸς μιᾶς, λόγου, βαρυτάτῳ πλὴ πμοσίαν ἔδοσαν. Vt autem hîc βαρυτάτη πμοσία (& in loco illo Plat. βαρυτάτη ζημία) dicitur, ita vicissim κουφοτάτη πμοσία alibi, & κουφοτέρα πμοσία apud Philonem, ἐδόκουν μὴ κουφοτέραν αἰσθησιν πμοσίαν. Simili autem metaph. Latini leues pœnas & graues pœnas dicunt.

At in hoc prouerbio Κούφη γῆ τῶν καλύπτοι, accipitur κούφη in propria significatione. sonat enim ad verbum, Leuis terra hunc tegat. éstque precantis quietem mortuo. vt passim apud Latinos, quum dicunt, Sit illi terra leuis. Huc pertinet iste Iuuenalis versus, Dii maiorum vmbris tenuem & sine pondere terram. Suidas autem verbis illis κούφη γῆ τῶν καλύπτοι, subiungit αἰνιττόμενος. deinde λέγεται δὲ γῆς κουφοτέρα, &c. quæ aliò pertinent. Sciendum est porro dici etiam breuius κούφη γῆ, vt in hoc loco Iuliani imp. in epistola ad Hermogenem ὑπάρχει Αἰγυπτίων, quæ est 23, ἐκείνῳ μὲν δὴ, ἐπειδὴ μακαρίτης ἐγένετο, κούφη γῆ, καθάπερ λόγος.

Κοῦφα σπέρματα apud Theophrastum, Leuia semina, id est, quæ terram nimia defrugatione non exinaniūt. in vulg. lex.

Κούφη ὅπλισις, Leuis armatura. Philo De vita Mosis l. 1, ᾗ πᾶς ἄλλος καταγελᾶται ὅσοι τῆς κούφης ἐπιδέονται. Sic autem Plut. in Fabio κούφῳ γραπτὰ dixit, ἐπεὶ τοῖς μὲν ἀπίστοις τὰ κούφα γραπτὰ, ἔπιστα τοῖς ἐπιστοῖς.

Κοῦφος, Leuis, id est Remissus, Languidus. vt apud Dioscoridem, ἔψα κούφως ποιεῖ, κατὰ πεπτέον. Idem, κάλλον κούφως ἐν ὄλμῳ. Apud eundem κούφη καθαρτικὰ, alibi μαλακτικὰ dicta. ‖ Et κοῦφαι σπύραι medicis Cucurbitulæ quæ sine scarificatu cutim laxant. in v. l.

Κούφη ἐλπὶς, seu Κοῦφαι ἐλπίδες, Leuis spes, Exigua spes. Aut, Quæ ex leui occasione cōcipitur, seu Cui concipiendæ leuis est occasio. Herodian. l. 2, οὐ φαύλας δὲ οὐδὲ κούφας καλοῦσιν ἐλπίδας. Ibidem, ταῦτα δὲ αὐτὸ δηλοῦντα τῶν κούφας καὶ ἀδήλους ἐπαγρυπνούντων ἐλπίσιν. Quanuis autē ita his in locis exponam, nō ignoro Budæū κούφη ἐλπὶς vertere Bona spes & hilaris, in isto Thucyd. loco, lib. 2, καὶ αὐτὴ τῆ θεραπείᾳ πεποιθὼς, καὶ ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον ἐλπίδος πεῖραν κούφης μᾶλλον αὖ ὑπ' ἄλλου τοιούτου τοῦ διαφθαρῆναι. Nō ignoro item scholiastem κούφης exponere τῆς κουφιζούσης αὐτοὺς ἀπὸ τῆς λύπης. sed ab vtroque dissentio, & leuem spem dici potius existimo quam leuiter & inconsideratè aliquis concipit, aut quæ leui quodam gaudio animum afficit. Horatius certè videtur ad κούφῳ ἐλπίδι seu potius κούφας ἐλπίδας respexisse quum dixit, Mitte leues spes & certamina diuitiarum.

Κοῦφος ἄνθρωπος, Homo leuis, Ventosus. Herodianus lib. 5, περὶ αὐτὸν, κοῦφον ἄλλως καὶ ἄφρονα ποιεῖσθαι. Idem lib. 2, φύσει τι κοῦφον τὸ Σύρων ἔθνος, εἰς μεταβολὰς τῶν παρόντων ὀξύτατόν ἐστιν. Idem lib. 7, τὸ δὲ Γερμανῶν δῆμον τὸ κοῦφον καὶ ἀμεταβόλητον οὐκ ἀγνοεῖτε, id est Leue instabiléque ingenium, Polit. interpr.

Κοῦφαι ναῦς, Vacuæ naues. vnde κουφίζω, Exonero. B.

Κούφως, Leuiter. Accipitur autem variis modis, sicut & nomen κοῦφος, quemadmodum & apud Latinos Leuiter varias nominis Leuis significationes sequitur. Thucydides lib. 4, ἄνθρωποι κούφως ἐσκευασμένοι, id est ψιλῇ ὁπλίσει ὡπλισμένοι, inquit scholiastes. Lat. Leuiter armati. vt κούφως ὅπλισαν paulo antè interpretatur Leuem armaturam. ‖ Κούφως κεῖσθαι, vide paulo antè in Κοῦφος pro Leuis, id est Remissus, Languidus. ‖ Κούφως φέρειν, vt Latinè Leuiter ferre (quod & Modicè ferre, Moderatè ferre) cui opponitur Grauiter ferre. Eurip. Medea, Κούφως φέρειν χρὴ δυστυχοῦντα ὅστις συμφορᾶς. ‖ Κούφως, Leuiter, Temerariè. At verò apud Homerum Od. θ, v. 101, Καὶ τότε κουφότερον μετεφώνεε Φαίηκεσσι. exponit Eust. ἐπηρμένον, & θρασύτερον. itidémque scribit Porphyrius Quæst. 16 in Homerum, quum dicitur κουφότερον μετεφώνει, oportere nos intelligere, verba quæ subiungentur, esse κοῦφα καὶ ἐπηρμένα, vtpote Vlysse propter victoriam magnificè loquente.

Κουφότης, Leuitas: cui opponitur βαρύτης, id est grauitas. In hoc autem Theophrasti loco De historia plantarum lib. 4, cap. 9, πάντα γὰρ ζῶντα σωτηρίᾳ καὶ ἐκ πολλοῦ καρποῦ καὶ ἐκ κουφότητος τῆς γῆς, καὶ τὸ μὴ ὁμοίως καρπίζεσθαι. vbi κουφότητα γῆς oppositam τῷ καρπισμῷ (id est defrugationi apud Columellam) dici quidam putant respiciendo ad ea semina quæ κοῦφα vocari, dictum modò fuit. ‖ Κουφότης, Leuitas mentis: sicut κοῦφος, homo leuis & ventosus.

C. Ὑπόκουφος, ου, ὁ, Aliquantum leuis, Aliquantum leuitatis habens. tam in propria significatione quàm in metaphorica.

Κουφίζω, Leuo, Eleuo, Subleuo. A Budæo exponitur Erigo & Subleuo in isto Herodiani loco, κουφίσας ἑαυτὸν τῷ σκήπτρῳ. Simplici autem Leuo redditur in hoc Aristotelis loco De mundo, αἱ φοραὶ κουφίζουσι τὰς ῥοπάς. Et apud Euripidem in Rheso, λόγου δὲ δὶς πόσιν μ' ἐκούφισας. Rursum βάρος κουφίζειν Budæus apud Basilium vertit Tollere onus. Tale est autem apud Sophoclem in Antigone, Εἰ δ' ὑπὸ νικηθὲν ξυὼ τῷδὲ κουφιεῖς χερί; (Apud eundem verò κουφίζειν ἅλμα κυνῆς exponitur Exire è galea saliendo leuiter, id est agiliter) Accipitur autem κουφίζω & generalius pro In altum tollo, quod est Eleuo ad verbum.

Κουφίζω, Leuo, metaphoricé. Xenophon, ὅπως αὖ καὶ ἡμεῖς κουφίσαιμεν, te laboris parte leuare possimus.

Κουφίζω (inquit Budæus) Leuo, id est Erigo afflictū & consolor. Aristoteles, κουφίζονται γὰρ οἱ λυπούμενοι συναλγούντων τοῖς φίλοις. Demosthenes in Epitaph. χαλεπὸν τὰς παρούσας συμφορὰς λέγω κουφίσαι. Et cum genitiuo, κουφισθεὶς τῶν παθῶν, Leuatus malo. ex Aristotele in Problem. Affertur præterea κουφίζεσθαι ex Thucydide pro Alacrē & hilarem esse.

Κουφίζω, Exonero, vide in Ἀποκουφίζω.

Κουφίζουσα γῆ neutra significatione pro κούφη γῆ, vt quidem exponit Tzetzes in hoc versu Hesiodi in Ergois, Νειὸν δὲ σπείρειν ἐπὶ κουφίζουσαν ἀρόσασθαι. id est, ἐπὶ κούφῃ οὔσαν, καὶ μὴ συμπεπηδῆσαι καὶ στρωθῆσαι, ἀλλὰ εὐγεώδη. In vulgatis lexicis exponitur Terram leuem & non lutosam.

Κουφισμὸς, οῦ, ὁ, Leuatio, Subleuatio. ‖ Item κουφισμὸς pro ea quam grāmatici ἔκθλιψιν appellant. apud Eust.

Κούφισμα, ατος, τὸ, Leuamen, Subleuamētum, Alleuamentum. Ex Eurip. in Phœnissis.

C. ΑΝΑ κουφίζω, Alleuo, Subleuo, Erigo, Attollo. vt αἴαν κουφίζω βυθῶν apud Sophocl. Sic autem accipi & simplex κουφίζω, dictum antea fuit.

C. ΑΠΟ κουφίζω, Leuo, Subleuo, Exonero. Plutarchus in Pericle, ἀπεκουφίζων πολλοὺς ὄχλου τῷ πόλει. Itidem verò simplex κουφίζω pro Exonero accipi tradit B.

T. it.

addens, hanc significationem sumptam esse à κοῦφος significante vacuum: vt quum κοῦφαι νῆες appellantur vacuæ naues.

C. Ἐκκουφίζω, Leuo, Subleuo. pro κουφίζω, seu ἀποκουφίζω.

C. Ἐπικουφίζω, Eleuo, In altum tollo. Sophocles, πολὺ χὰς κυδοιμοῖσι παῖδ' ὀπικούφιζε. vbi exponitur αἰαζάσταζε. Philo De mundo, ὡσὰς πρὸ φυσικὸν τὸ πυρὸς κίνημα ὀπικουφίζουσα αὐτὸ αἰαδρασμῶσα, vbi redditur Erigens, item Arrigens: hoc modo, Ad naturalem ignis motum se arrigens, sursum resiliet. Idem ὀπικουφίζειν & ὀπερείδειν inter se opposuit, scribens, ὁ μὲν χεὶρ [αἱ χεῖρες] ἐπικουφίζοντο, ὁ δὲ μᾶλλον αἱ ἐπέρειδον. vbi ἐπικουφίζοντο redditur Leuabantur, at ἐπέρειδον, Ingraueſcebant.

Ἐπικουφίζω, metaphoricè, vt Latinè Leuo (quum dicitur Laborem leuare, vel dolorē.) quam metaphoram & ſimplici κουφίζω dari dictum fuit antea. Sed à Xen. ὀπικουφίζειν accipi videtur pro Alacrem reddere, ſeu alacriorem, in hoc loco qui extat Pæd. 7, pag. 103 meæ editionis, in fine, ἔδοξε καλὸν εἶναι πρὸς σὲ εἰς τὸ ἐμβολὸν, τὴν μὲν σωσώτην ἔδοξε παρῆναι, τὰς δ' ἐλπίσιν ὀπικουφίζων. Videtur autem ideo ὀπικουφίζειν accipi pro Alacrē reddere, quòd qui alacri est ad rem quampiam agendam animo, eius corpus alacritas illa agilius quodammodo reddere videtur. At Cicero apud eundem ſcriptorem ὀπικουφίζειν vertit Leuiorem facere. Vtriuſque autem locum proferam. Xenophon igitur Pæd. lib. 2, Cambyſes filium ſuum inſtituens, inter alia hæc dicit, ἆρ' οἶσθα ὦ παῖ, διὰ τί σοὶ ταῦτα λέγω, ὅτι τὴν ὁμοίων σωμάτων φύσιν αὐτὴ πάντα σύγκομιζε ὁμοίως ἄχθονται, ἄρχοντός τε αἰσχρὸν καὶ ἰδιώτου, ἀλλ' ὀπικουφίζει ἡ ἡμᾶς τις πόνους τὸ ἄρχειν. Cicero autem Tuſcul. lib. 2, ſcribit, Itaque ſemper Africanus Socraticum Xenophontem in manibus habebat, cuius in primis laudabat illud, quòd diceret eoſdem labores non eſſe æque graues imperatori & militi: quòd ipſe honos laborem leuiorem faceret imperatori.

c. 2. Συνεπικουφίζω, Vnà cum aliquo ſubleuo, Ad ſubleuandum adiuuo. Qua in ſignific. dicitur & Συγκουφίζω.

c. 2. Ὑπεπικουφίζω, Aliquantum ſubleuo. At in v. l. exponitur ſimpliciter Subleuo.

C. Συγκουφίζω, Simul leuo, Simul attollo, ſeu Simul erigo, aut Adiuuo in leuando, ſeu attollendo, aut etiam portando. vt in hoc Sexti philoſophi loco, in eo Pyrrhoniarum hypotypoſeon opere quod à me Latinitate donatum eſt: libro 3, cap. 2, σωτῆρον δὲ [αἴτιον τοῦ] ἡγοῦνται ὁ βραχεῖαν εἰσφέρεται δύναμιν, καὶ ὡσὰν τὸ μὴ βαστάζειν ὑπὲρ χὰν τὸ ἀποπίπτειν. οἷον, ὅταν δύο βάρος ἢ βαστάζοντων μόλις, πείσῃ τις ὡσεσπλησὰν συγκουφίσαι τοῦτο, id est (vt ibi ſum interpretatus) Σωτῆρον autē [αἴτιον putant eſſe] Cauſam quæ paruas vires confert, & quidem per quas facilior reddatur effectus. vt quum duobus aliquod onus ægrè portantibus, tertius aliquis aduenies, vnà cum illis illud portando ſubleuat. Quòd ſi liceat βαστάζειν ibi accipere pro Attollere (in qua ſignificatione accipitur αἰαζάσταζειν à ſcholiaſte Sophoclis) tunc & συγκουφίζειν fuerit Adiuuare in attollendo.

ΚΡΑΔΗ, ης, ἡ, Ramus ficulnus, Surculus ficulneus. Theophr. De cauſ. pl. lib. 5, cap. 1, ἔχουσί τινας δρυὰς ἐν αὐτῇσι βλαστικὰς ἢ κλῶνες ἢ πόρθοι ἢ ἀκρέμονες, ἢ ὅ, τι χρὴ καλεῖν τὰ ἐξαπίνης τῶν δένδρων. οὐδὲν γὰρ ὅτι πᾶσι τοῖς, ἀλλ' ἔνια σωσπυρείας πυρὰς ἔχει, καθάπερ ἐλαία, κράδη, κλῆμα. καλοῦσι δέ τινες καὶ κλῶνας. Vbi nota κράδιον eſſe ex genere eorum quæ dicuntur τὰ ἐξαπίνης τῶν δένδρων ἃ ἂν ἔχοιεν δρυὰς πυρὰς ἐν αὐτῇσι βλαστικὰς, id eſt ex genere ſiue κλώνων ſiue κλάδων ſiue πόρθων: ſed ficus propriè eſſe, vt ἐλαία oleæ, & κλῆμα vitis. Galeno in Lex. Hippocratico, κράδαι ſunt συκῆς οἱ ἀκρέμονες. Rurſum Theophraſtus Hiſt. plant. lib. 2, cap. 7, φυτεύεται δ' καὶ ἡ συκῆ, ἐάν τις κράδιον παχεῖαν ἀποξύσας σφυρᾷ παίσῃ, σχεῖν δ' αὐ ἀπολίπῃ μικρὸν ὑπὲρ τῆς γῆς· ἔστι αὐτῆς ἄμμου βαλὼν αὖθις ὀπιχώσῃ. Vnde Plinius lib. 17, cap. 17, Defractos ſerere ramos docuit [caſus,] quum pali defixi radices cepiſſent. Multa ſic ſerunturin primiſque ficus, omnibus aliis modis naſcens præterquam talea: optimè quidem ſi vaſtiore ramo pali modo exacuto adigatur altè, exiguo ſuper terram relicto capite, eóque ipſo arena cooperto. Et lib. 1, cap. 14, ἔνιοι δὲ καὶ αἵ κράδαι γίνονται, καθάπερ μηλέαι ἢ δρυὶ ἢ μάλιστα ὁ πλατανίου. Vbi Gaza vertit Quædam veluti cradæ. Vulg. lex. hic morbum eſſe volūt illum qui κράδος vocatur. de quo in ſequent. Item apud Suid. ἄδηλον δὲ τοῦ κράδας οἱ Λακεδαιμόνιοι. id eſt κατάκοπον, vt ipſe exponit. Item, οἱ μὲν οὖν πλείονες ὅτι τῇ κράδῃ ἔνια μιλῶσα ἢ δύο ἄδειαι. ¶ Etymologiſtes autē ſcribit κράδας eſſe non ſolùm κλάδους τῆς συκῆς ſed etiam πᾶσαν τὴν ἄκρου δρύου. quomodo ab Heſiodo vſurpatum videtur quum ait Ἐν κράδῃ ἀκροτάτῃ. Euſtathio item eſt aut folium ficulnum, aut etiam generaliter quoduis folium.

¶ Nicādrum verò κράδιον accepiſſe pro ficu ſylueſtri tradit ipſius ſchol. in Ther. v. 853, Σαῦ δὲ κράδης κινύσσαι ἀποτμήξαιο κορυφὰς. Et ſub finem Alexiph. Πολλάκι δ' ἀγρειοῦται κράδιαι σπείρασθαί τε σιλίνου ἔθμιον. At Suidæ κράδη eſt συκῆ, vt & Heſychio, id eſt ficus. ¶ Quod verò in tragœdia dicebatur μηχανὴ, illud in comœdia κράδη, vt Poll. ſcribit, dicens eſſe συκῆς μίμημα. nam κράδη ab Atticis vocari τὴν συκῆν. Heſychio autem κράδη eſt αἰσχρὰ ἐξ ἧς ἀνήρτηντο οἱ ἐν ταῖς τραγικαῖς μηχαναῖς ὀπτώμενοι. Sic verò in v. l. annotatur de hoc κραδὴ, Κεράδη, Hamus vel pegma ex quo aliquid ſuſpenditur. Aliquando ea pegmatum ſpecies quæ in ſcenis ad ficulneæ arboris imaginem produci ſolebant. Addunt verò hæc verba ex Zenodoto, αἰσχρὰ, ἀφ' ἧς ἐκρέμαντο ἐν ταῖς τραγικαῖς σκηναῖς ἐξαρτῶντες, ὡσεὶ μιμούμενοι ὀπτᾶσθαι, ζωσπερεὶ ταινίαις καπνιζομένοις.

Κεράδες, ου, ἡ, idem quod κράδη, Ramus ficulnus. Dioſcor. l. 2 de ficu ſylueſtri loquens, αἱ δὲ κράδοι βοείοις κρέασι καθηλώμεναι θύϊφθα ταῦτα ποιοῦσι. Sic enim ibi ſcribitur, vi delicet κράδοι, & ſic legit etiaB. ſed quædā editiones habent κραδαι. ¶ Eſt & vitium ſeu morbus in ficu. Theophraſtus Hiſt. plant. lib. 4, cap. 16, ἁλίσκεται συκῆ μάλιστα καὶ σταφυλὴ ἰσμῷ καὶ κεράδῳ. καλεῖται δὲ σταφυλισμὸς μὲν, ὅταν αἱ ῥίζαι μελανθῶσι· κράδος δὲ, ὅταν οἱ κλάδοι. καὶ γὰρ καλοῦσί τινες κράδους, ὃν πάσχουσι τὴν νόσον. Vnde Plinius l. 17, cap. 24, Verùm vt homini neruorum cruciatus, ſic & arbori: ac duobus æquè modis. Aut enim in pedes, hoc eſt radices, erumpit vis morbi, aut in articulos, hoc eſt cacuminum digitos, qui longiſſimè à toto corpore exeunt. Inareſcunt ergo, & ſunt apud Græcos ſua nomina vtrique vitio. vndique primò dolor, mox & macies earum partium fragilis, poſtremò tabes morbúſque, non intrante ſucco aut non peruenientę: maximéque id fici ſentiunt. Hoc & κραδὴ dicitur, vt tradunt v. l.

C. Κερδοπώλης, ου, ὁ, Surculorum ficulnorum ſeu ficuum venditor. Vide comp. ſequens.

C. Κερδοφάγος, ου, ὁ, Qui ficos comedit aut ficulnis ramis foliiſue victitat. συκοφάγος, ἰκαδοφάγος, vt Heſych. exp. Significat etiā τὸν ἀγροῖκον, vt idē annotat. Itē apud Euſt. quidam grammaticus, οἱ ἄγροικοι καὶ κραδοφάγοι λέγονται καὶ κραδοπῶλαι, ὡς ἀπὸ φύλλων καὶ δένδρων πεποιῆσθαι. Quibus verbis videtur ſignif. homines ruſticos & qui ex rebus vilibus quæſtum faciant. Ruſticum & ſordidum (inquit Eraſmus in Chil.) veteres κραδοφάγον per iocum appellabant quaſi κρεοδαιφάγον. nam κράδαια vocant arboris fici folia. Iidem dicebantur βαλανοφάγοι, quaſi priſco more glandibus viuentes. Vide & κράδαιον. Apud Heſych. verò ſcribitur κραδαφάγος.

Κεράδαλοι, Rami ficulni. κλάδοι συκῆς, Heſych. ΑΤ Κερδαλοὶ, ου, ὁ, Vibratilis, Qui facilè concutitur ſeu quaſſatur. ἀκράδαντος καὶ ἀκίνητος, vt Euſtath. exp.

Κερδάριον, ου, τὸ, Folium ficulnum. Poll. ἐκ δὲ πύτων αἱ εἶπ καὶ ὁ κραδοφάγος. τὸν δὲ ἀγροῖκον οὕτως ἐκάλουν· ἐπὶ κραδάρια τὰ φύλλα τῶν συκῶν.

Κραδάω, Cradatione infeſtor. In vulgatis lexicis ex Theophr. Eſt autem morbus quidam ficui peculiaris de quo in κεράδος. ¶ Item Vibro, Concutio, Quatio, à κεράδη, vt Euſtathius tradit: contrà Etymol. κεράδη à κραδάω. Videtur autem κραδάω eſſe Quaſſo ſeu concutio aut agito. vt folia ſolent concuti aut agitari à vento. nam κεράδη generaliter pro quouis folio accipi Euſtathius annnotat. Homer. Iliad. ν, νίφθη δὲ πολὺ Ἕκτορος ἔγχος, κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος, prælongam vibrās ſeu quatiēs haſta: de Aiace. Quo verſu Suetonius ſcribit Veſpaſianum imperatorem vſum fuiſſe de quodā proceræ ſtaturæ improbiuſque nato. Idē verſus extat

& in Odyſſ.τ.Sic Il.ν,Βῆ δ' ἐπαπειλήσας ἐλείνῳ ἥρωϊ αἴσχεα, Ὀξὺ δόρυ κραδάων,acutam vibrãs haſtam:Cic.de Samnitibus, Vibrant haſtas ante pugnam.

Κραδαίνω idem quod κραδάω,ex eóque deriuatum, teſte Euſtath. Vibro, Criſpo, vt Budæus interpr.apud Plut.in Apophth. Ἀγησίλαος ἐρωτηθεὶς ἄχει τίνος εἰσὶν οἱ ἀπὸ Λακωνικῆς ὄρει τὸ δόρυ κραδάνας εἶπεν, Ἄχεις οὔπω φθάνοι. Haſtã quatere dicit Virgilius,—certam quatit improbus haſtam.Silius dicit Concutere haſtam, & Tela concutere Ouidius. Et in paſſ.Iliad.ν & ϖ, Αἰχμὴν δ' Αἰνείαο κραδαιομένην κατὰ χαίτης ἔσχε. Item, Vibro, Concutio, Tremefacio, Cum tremore commoueo, vt fit in terræmotibus.vt κραδαίνεται γῆ, μὴ κινεῖται, apud Budæũ, Terra vibrátur, ſeu concutitur, non mouetur. Plinius, Nec ſimplici modo quatitur vnquã, ſed tremit vibrátque. Idem eam dicit intremiſcere.Seneca de tremore terræ loquens, Nam nec ſuccutiuntur tunc omnia, nec inclinantur, ſed vibrantur.Syneſ.epiſt.161, ἔστιν ὁ Θεὸς τῆς νῆμέρας πολλάκις καὶ ϖρὸς ἰκετηρίας ἥκουσι οἱ ἄνθρωποι ϖρόφασεις οἱ πλείους. τὸ γὰρ ἔδαφος ἐκραδαίνετο. Item, Quaſſo, Quatio, Concutio: eo ſenſu quo Seneca dicit Terrore quatere populos, & Lucan. Tumultu ingenti bellorũ concutitur Roma.& Ouidius, Metus oſſa concutit.Plutar. Alcibiade, 63, διέσεισαν καὶ κραδαίαι τὴν Πελοπόννησον. Idem, Ὁσαυτινοῦν δυνάμιν ἢ καὶ τὰς πόλεις Βάκτρων ἵνδοις ἐφόζησι, καὶ πᾶσαν ἐκεκράδανε τὴν Ἀσίαν, concuſſerat & tremefecerat. Et κραδαίνομαι, Metu concutior, Tremiſco, Horrore quatior. Plut. De Cicerone in iudicio Miloniano, κραδαινόμενος τὸ σῶμα καὶ τὴν φωνὴν ἐκταράττων, corpore præ metu vibrante & voce interrupta, vt Bud.interpretatur. Paulo antè dixerat, μόλις ἐπαύσατο παλλόμενος τῷ βήματι. Idem Plutarch.in Alexandro, pag.230, ἐπάνω Ἀλεξάνδρου φαντάσιος ἄφνω, πληγὰς φέρειν καὶ κραδαίνεσθαι τὸ σῶμα, καὶ μόλις ἀναλαβεῖν ἑαυτὸν, ἐλαγγιάσαντα ϖρὸς τὴν ὄψιν.

C. ΕΠΙκραδαίνω, Euibro, Quatio. Bud.ex Xen.

c.2. Σωστικραδαίνω, Vnà concutio. Xenoph. Cyneg. de canibus, ἐπειδὰν δὲ ϖερὶ τὸ λαγὼ ὦσι, δῆλον ϖοιήσουσι τῇ κινήσει τὴν σωματικὴν ϖᾶσαν ἐν τοῖς ὑπαίθροις τὰ σώματα σωστικραδαίνουσι. Motu crebro concutere corpus dicunt Latini.

Κραδάω, idem quod κραδαίω & κραδαίνω, Vibro, Quatio, Concutio. Vnde κραδάειν apud Heſychium κραδαίνειν, σείειν, διατάττειν.

cationem habent & ἀπιλαμβάνεσθαι)Citatur verò in eadem aut simili significatione ἀπιλαμβάνεσθαι cum dativo, ex argumento in libru ll.i.quum tamen emendata exempl.habeant συλλαμβάνεσθαι. Sed & cum accusativo pro Fulcire,affertur ex hoc Plutarchi loco in Fabio, ἀπιλαμβανόμενος τὴν πόλιν καὶ ὑποβοηθῶν. At pro Frui,itidem cum accusativo ex eodem,αὐτὸ ἑαυτῆς ἀπιλαμβάνουσι μόνον τἀγαθόν.si tamē locus hic mendo vacat. ¶Ἀπιλαμβάνομαι,exponitur itē Teneo in hoc Platonis loco, τῶν δὲ τοίνυν πάλιν ἀπιλαβώμεθα οὗπερ καὶ πρότερον. ¶Capitur verò & pro Vendico apud Lucianum.& quod modò citaui,ἀπιλαμβάνεσθαι φιλοσοφίας, quidam non Capessere philosophiam,sed vendicare,vertunt.Sic apud Plutarchum in Pericle,ἀπιλαμβανόμενος Αἰγύπτου quidā reddūt, Ægyptum sibi vendicans.Itidē ἀπιλαμβάνεσθαι τῆς σωτηρίας,Salutem vendicare,exponitur;sed mallem,Capessere ea quæ ad salutem pertinent.

Ἀπιλαμβάνομαι,Corripio,Reprehēdo,id est ὑπολαμβάνομαι.Plat.in Gorgia,ἐὰν δέ τι ἐμοῦ μὴ τὰ ὄντα δοκῶ ὀρθῶς λέγειν ἐμαυτοῦ, χρὴ ἀπιλαμβάνεσθαι καὶ ἐλέγχειν.Bud.

Ἀπιλαμβάνομαι, Capio, id est Delecto, Persuadeo. Plat.in Phædone, θαυμαστῶς γάρ μου ὁ λόγος ἔσχε καὶ ἀπιλαμβάνει,Mihi hæret in animo,Me adducit.Bud.

Ἀπιλαμψις,ιως,ἡ,Idem quod ἀπιλαβή.Apprehensio.Xen.de coma equina, ἵππος τοῦ αἰσθάνεσθαι ὡς ἀφθονωτάτην ἀπιλαμψιν ἔχει. Metaphoricè verò,itidem vt ἀπιλαβή, Ansa reprehensionis.nam vt Plato dicit (in suo Phædone) τὰ λεχθέντα multas habere ἀπιλαβάς, sic Plutarchus Solonis leges habere dicit multas ἀπιλήψεις. Vbi tamen ἀπιλήψεις alii malunt interpretari reprehēsiones,vt apud Platonem in Hippia maiore, χρόνον γάρ τινα ὑμπείρους εἶμι τῶν ἀπιλήψεων.Secundum Budæum autem ἀπιλήψις exponi etiam potest Obiectio disputantis cum altero. vt apud Platonem in Phædone , συσχεῖν τὴν τοῦ Σιμμίου ἀπιλήψιν.& apud Plutarchum De def.oraculorum ἔχοντα πολλὰς ἀπιλήψεις καὶ ἀπορίας ἀφορμὰς ζητεῖσθαι. Hic verò operæ pretium fuerit obseruare , Plutarchum copulare ἀπιλήψις & ἀπορίας, vt à Platone copulantur in loco illo Phædonis ἀπορίαι & ἀπιλαβαί.

Ἀπιλαψις,quum de sensibus dicitur , est Perceptio. Alexand.in Probl.καὶ παῖς ὁ ἀὴρ διδοὺς τὴν ὄψιν καθαρωτέραν ἀπίληψιν τῶν αἰσθητῶν σωμάτων.Philo De mundo, σωτήριον ὀφθαλμοῖς εἶναι τὴν τοῦ φωτὸς ἀπίληψιν. Est etiam ἀπίληψις Perceptio rei alicuius quæ fit mente & intellectu.Fab. lib.7,cap.5,de qualitate loquens, Partem hanc vocant Hermagorei κατ' ἀπίληψιν, ad intellectum id nomē referentes.Latinè (ad verbum translatum non inuenio) Absolutam appellant.

Ἀπίληψις , Opitulatio, Auxilium. Basilius, ἐπιζητήσαμεν παρ' ὑμῶν τὴν ἀρχὴν εἰς ἀπίληψιν ἡμῶν. Itidem verò apud Paulum in epist. ad Cor.1,c.12,sunt qui ἀπιλήψεις hoc in sensu accipiant. Quidam & Subleuationes, alii Adminicula interpretati sunt.

Ἀπίλυψις,Præmium,Merces.Bud.ex Damasceno.

Ἀπιλητικός,ὴ,ὸ, Perceptius, Ad percipiendum aptus, vel Percipiendi vim habens, Facultate perceptrice præditus. Themistius De anima lib. 2, αἴσθησις ἐστιν ἡ ἀπιλητικὴ τῶν αἰσθητῶν.Greg.De homine,οὐδὲ γὰρ ἡμῖν πολλαί τινες εἰσὶν αἱ ἀπιλητικαὶ τῶν φαντασμάτων δυνάμεις.

Ἀπιλήτωρ,ορος,ὁ, Opitulator, Auxiliator.ὑφάστασις,βοηθός, Hesych: In vsu est potissimùm apud Græcos Bibliorum interpretes.

Ἀπιλαβὴ vide cum λαβὴ post composita à Λαμβάνω.

c.2. Συναπιλαμβάνομαι,q.d.Vnà capesso,vel Vnà suscipio. Aut, Vnà incumbo [in rem aliquam.] Accipitur autem pro Adiuuo , seu Opitulor , in libris Testamenti noui:vt Lucæ cap.10,v. 40, εἰπὲ οὖν αὐτῇ ἵνα μοι συναπιλάβηται.vbi vet.etiam interpres rectè vertit, Vt me adiuuet. Apud Paulum autem ad Rom.cap.8,v.26, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα συναπιλαμβάνεται τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν,itidem ille vertit Adiuuat infirmitatem nostram, (legens videlicet τῇ ἀσθενείᾳ , quam etiam lectionem ex duobus nostris exēplaribus annotaui)quum aptius esset Opitulatur infirmitati nostræ , seu Auxiliatur. Quidam autem interpr. Vnà subleuat infirmitatem nostram , seu infirmitates nostras. vt dicatur Spiritus συναπιλαμβάνεσθαι quasi vicissim onus attollere ex altera parte. Itidémque in illo altero loco qui legitur Lucæ cap. 10., ἵνα μοι συναπιλαμβάνηται,interpr.etiam, Vnà mecum manus admoueat [operi.] vt sit itidem metaphora sumpta ab oneribus quæ vtrinque admotis manibus subleuantur. Sed hæc verbi ἀπιλαμβάνομαι significatio nullo confirmatur exemplo. HINC Συναπίληψις apud Aretham,Opitulatio, Auxilium.

C. ΑΠΟλαμβάνω , Recipio. Item Recupero. vt ἀπολαμβάνω τῶν παρ' αὐτοῦ,apud Æschinem. Plato Pol.1, φίλοι δὲ ὧν ὁ, τε ἀπολαμβάνων καὶ ὁ ἀποδιδούς, Qui recipit & qui reddit. Sic dicitur χάριν ἀπολαμβάνω , item ἀπαπολαμβάνω pro eodem , a Demosthene : ad verbum Gratiam recipio. pro Gratia mihi rependitur. Sic apud Æschinem , ἀπολάβητε παρ' αὐτοῦ τὸν λόγον, ad verbum Recipite ab eo rationem. sed rectius, Ille reddat vobis rationem. Nam sunt correlativa ἀπολαμβάνειν & ἀποδιδόναι, vt videmus in proximè præcedente Platonis loco. Et dicunt Græci ἀποδιδόναι λόγον , eodem planè modo quo Latini Reddere rationem : sed non vicissim Latini Recipere rationem,(sicutGræci ἀπολαμβάνειν λόγον) sed Exigere rationem. Xenoph. Pæd.3, λέξον μοι ὅπως αὖ σοφίαν ὠνῇ ἢ χωλαίνοντα ἀπολαβεῖν. vbi ἀπολαβεῖν est Recipere vel Recuperare. Isocrates quoque in oratione De pace ἀπολαμβάνειν(sicut & κομίζεσθαι) vsurpat pro Recuperare.

Ἀπολαμβάνω, Seorsum capio, Excipio, Excerpo. Plato in Hippia minore , καὶ ἀπολαμβάνων ὁ αἰ διαχρήσατο τοῦ λόγου οὗπερ ἔχει. Item Seorsum duco,Seduco.vt quum aliquem volumus à turba seducere , vt seorsum illum conueniamus. Gallicus sermo omnino genus hoc loquendi retinet. dicimus enim , Ie l'ay pris a part, & luy ay parlé.id est ad verbum , Seorsum accepi illum, & illi sum colloquutus:Græcè,κατὰ μόνας ἀπελαβόμην, ἢ αὐτῷ διελέχθην. Vtitur autem Philostratus verbo ἀπολαμβάνω hac in significatione. Marcus capite 7, vsus est & ipse hoc modo , sed cum adiectione.ita enim scribit, ἀπολαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὄχλων κατ' ἰδίαν.

Ἀπολαμβάνω , Intercludo , Intercipio, Cohibeo, inquit Budæus. Aristot. in Probl. sect.2, ὡς δὲ ἔσω τῆς χαρᾶς, οὕτω καὶ ἔσω τοῦ πόματος δεῖ ἀπολαμβάνειν τὸ ὕδωρ ῥέον ὡς ἂν ὁ τῆν κυλίκην ἔχων, καὶ πάλιν ἔξω πρὸς τὸν κύπελλον. ἀπολαμβάνει γὰρ ἐντός.Iosephus apud Suidam, διώξαντες ἀπολαμβάνουσι πρὸς ὄρεσι καὶ λόφοις χωρίοις, καὶ πάντας κλείουσι.Idē,τὸ μὲν χωρίον ἀμφοτέροις ἦν ἐρυμνόν.ὡς μέν,ὅτι ἀπολαβόντες εἰς αὐτὸ ἐκ τοῦ Ῥωμαίους, ἔσωσαν ἑαυτούς ἀφῆκαν. Alius innominatus scriptor apud eūdē Suidam ἀπολαβόντες vsurpauit pro ἀπεκλεισαντες, (ipso Suida teste)ita scribens,οἱ δὲ τὴν στρατιὰν αὐλῶσι στενοῖς καὶ δυσμβόλοις ἀπολαβόντες, ἐς δέγμαγας ἐλθεῖν αἰχμὰς ἠνάγκασαν. Alia plurima ex Diodoro Siculo possent afferri exempla huius generis. est enim illi familiare verbum hoc in similibus rebus. Plutarchus in Romulo, ἢ αἰσπερ ὠὰ ἀπολαβεῖν αὐτοῦ,Et respirationē intercluisse.

Ἀπολαμβάνω pro simplici λαμβάνω, Capio, Accipio, aut pro Deprehendo.vt ἀπολαμβάνειν ἐν τοῖς ὅρκοις apud Demosthenem Pro corona, exponitur Iusiurandum accipere. Apud Thucydidē autem lib.5,ἀπολαβεῖν μεμονωμένους,Se deprehensurum esse.

Ἀπολαμβάνω, teste Budæo, Excipio , Prosequor , in hoc Plutarchi loco in Dione , καὶ τοὺς ξένους ἀπολαμβάνειν μᾶλλον.Sed quid si ἀπολάμβανον ibi legendum sit?

P. Ἀπολαμβάνομαι,Recipior, Recuperor. ¶Itē Seorsum capior , Excerpor. ¶Frequentius autem pro Intercludor, Circumcludor, Intercipior. Xenophon, αἱ ἵπποι ἐν τοῖς μὲν ὄρεσι τοῖς βαθυτάτοις ἵππων ἀλίσκονται, πῇ δὲ διὰ διαχωρείας ἀπολαμβάνονται. Aristoteles, ἀπολαμβανόμενον γὰρ ἀθρόον τὸ ὑγρὸν,ἐπὰν αἰθῇ τὸ πνεῦμα,ἀθρόον ἐξέρχεται. Sic ἀπειλημμένος ἐν στενῷ ἰσθμῷ, Angustiis Isthmi circūmclusus. Et ἀπολαφθέντες πανταχόθεν , Vndique circumclusi , vel circumuenti.Sic etiam ἀπειλημμένοι ἐν μέσῳ. Et per metaphoram, ἀπειλημμένος εἰς ἀπορίαν , In consilii inopiam inclusus.tanquam videlicet in loci alicuius angustias. Latini dicunt Redactus in angustias, item Redactus ad consilii inopiam.

Ἀπολαμβάνομαι, Deprehēdor.Thucyd.l.6, ἵνα,ὦ πρὸς ἔσω ἀπορίας ἀπολαμβανόμενα,ἔχῃ ἡ στρατιὰ τὰ ὀπίσω.vbi

ſcholiaſtes exponit κρατῶμεν.

Ἀπολαμβάνομαι in actiua ſignificatione, & pro Apprehendo apud Lucianum in dialogo Neptuni & Nereidum, ἀκρατὴς ἐγένετο τῆς κυρίας τοῦ κριοῦ, οὐ πάνυ ἀπίλητο, καὶ κατέπιεν ἐς τὸ πέλαγος. Sed fortaſſe pro ἀπιλήπτο legendum eſt ἀπίληπτο. nam verbum ἀπολαμβάνομαι paſſiuè etiam vſurpatur pro Apprehendo.

Ἀπόληψις, εως, ἡ, Verbale nomen, Receptio, Recuperatio. | Item, Exceptio, Excerptio. | Præterea Interclusio, Interceptio. Ariſtoteles, τὸν δὲ ἀπόληψιν τί αὖ δημοσίᾳ πρᾶγμα λέγει τὶς ἢ καταλαμβάνει τῆς τυραννίδος; quod alibi ἐμφοβέλημα vocat, vt docet Bud.

c.2. Ἀντιπολαμβάνω, Viciſſim accipio. ſicut & ἀντιλαμβάνω. nam vt dicitur ἀντιλαμβάνειν χάριν, ſic & ἀντιπολαμβάνειν χάριν legitur apud Demoſth. pro Viciſſim accipere beneficium.

c.2. Ἐναπολαμβάνω, Intercipio, Intercludo. vt apud Philonem De vita Moſis lib.3, διόπερ καὶ τῶν ἡμισταδίων ἑκάστου δίχα τέμνων τὸ ῥωσφόριον ἐξ ἐναπολαμβάνει ζώνης. vbi Turnebus vertit Intercludit. A Budæo exponitur etiam ἐναπολείω, id eſt Includo, pag.558. VBI Ἐναπόληψις etiam aſſertur ex Theophraſto pro Interclusio, Cohibitio, Concluſio.

C. ΔΙΑλαμβάνω, Diuiſim & ſigillatim accipio, vt exponit Budæus, afferens ex Ariſtotele, De part. animalium l 2, τὰ μὲν οὖν ὁμοιομερῆ κατ' μέρος διείληφε τὰς διαφορὰς ταύτας· τὸ μὲν ἁπλῶς θερμὸν ὅτι μαλακτικόν, τὸ δὲ ξηρὸν, τὸ δὲ γλίσχρον, τὸ δὲ κρατοῦν. Cuius ſignificationis (à qua alioqui incipiendũ putaui) in Comment. ſuis non meminit, quod ſciam: ſed huc referri poteſt, vel debet potius, quod ibi affert ex Demoſthene, οἱ μὲν ἐν τῷ Πειραιεῖ διελάμβανον κατ' ὀβολὸν πυρὸς κρῖθας. vt videlicet διελάμβανον πυρὸς κρῖθας ſit Sigillati panes accipiebant, vel Singuli ſingulas partes accipiebant. Ipſe tamen Bud. ibi, videlicet pag.561, exponit Ad menſuram accipere. | Διαλαμβάνω, Intercipio. Polybius, ὁ δὲ διέλαβε τὰς ὁδοὺς τῆς φυλακῆς, vias obſedit, & intercepit tranſitus ſtationariis militibus. Bud. p.561.

| Διαλαμβάνω, non ſolùm Intercipio interpr. idem Bud. pag.559, & Interſepio, Diſpeſco, ſed etiam Dirimo, Diduco, Diſtinguo. Affertque cum alia, tum hæc ex Plat. Sympoſio, πικραίνομαι δὲ καὶ ὡς καταλίπῃ ἐν μέσῳ ἡμᾶς δ' καὶ σοῦ, ἵνα ἡμᾶς διαλάβῃ, id eſt (inquit) Dirimat, Diſgreget, Diducat. Vide ibidem & alia ſignificationum illarũ exempla: quibus addi hoc poteſt ex Iſocrate, videlicet pro Dirimo, Separo: αἱ γὰρ πολιτεῖαι διὰ τὸν οἰκεῖον τὰς πόλεις [οἱ Ἕλληνες,] ὅταν τοὺς πλείστους αὐτῶν διειλήφασιν. Et ex Ariſtot. De mirac. περὶ τὸν πορθμὸν τὸν διαλαμβάνοντα τὴν Σικελίαν, Dirimentẽ, Diſterminãtẽ. Atque vt διέλαβε φυλακὰς in illo Polybii loco habetur, ſic Ariſtot. verbo paſſiuo vtens dixit, Pol.7, δεῖ δὲ τὰ τείχη διειλῆφθαι φυλακτηρίοις καὶ πύργοις καὶ τόποις ἐπικαίροις, (vbi τείχη διειλῆφθαι πύργοις ſunt etiam qui vertant Interiectis turribus munita eſſe) Ibidem, περὶ τὴν οἰκουμένην, id eſt de orbe terrarum, dixit, διειλημμένην τοῖς ὕδασι, Diſcretus eſt, Diſtinctus, Diuiſus. | In v.l. ex Dioſcoride libro 3, διειλημμένος γόνασι vno verbo Geniculatus, pro Geniculis diſtinctus, ſeu Interſeptus, vt alii interpr. Huc pertinet διειλημμένοι λεπτῶν φωτῶν, & διειλημμένος πολλαῖς ὁδοῖς λόγος apud Lucianum. Affertur & ex Xenoph. διειλημμένοι τὸ βάρος pro διειλημμένον ἔχοντες τὸ βάρος, Diſtinctum onus habẽtes, ſeu diuiſum. | Διαλαμβάνω, pro Interpellò, & velut Interrumpo, διακόπτω, profert Bud. in Lexico ex hoc Ariſtotelis loco, Probl. ſegm.5, cap.1, ὁ δὲ τοῖς ὁμαλίσιν ἡμιόλιος τῷ σχήματος οὐ διαλαμβάνει, οὐδὲ διακόπτει τὰ μέρη, ἀλλὰ συνεργάζεται πρὸς τὸ συνεχῆ τὴν κίνησιν. id eſt Non interpellat motum ambulantis. | Διαλαμβάνω interdum contrà pro Comprehendo, Complector. vt tradit Bud. afferens ex Ariſtot. De mundo, καὶ μιᾷ διαλαβοῦσα σφαίρᾳ ὅπῃ φαυλία τὸν σύμπαντα κόσμον. Sic autem vti & Platonem ſcribit. Et apud Theophr. ὡς ὅτι τὸ παῦ διαλαβεῖν vertit In vniuerſum & collectim explicare, Summario tractatu complecti. Vult etiam accipi pro Cogere, id eſt Congregare, in hoc Ariſtotelis loco, Politicῶν 2, εἰώθασι δὲ διαλαβόντες τὸν δῆμον καὶ τοὺς φίλους ἀναρχίαν ποιεῖν καὶ παπάζειν. (vbi tamen aliter potius exponendum hoc verbum cenſuerim)

Itidem pro Conſtringere & pro Coagmentare ex Baſilio ad Eunomium affert. Iam verò & Occupare vertit (quæ ſignificatio aliquam cum proximè præcedentibus affinitatem habet) in iſto loco qui legitur apud Suidam, ὁ δὲ διαλαβὼν τὰς ὁδοὺς τῆς φυλακῆς. quum tamen ipſemet Comm. pag.561 in planè ſimilibus Polybii locis vertat διαλαβεῖν Intercipere. ſed videtur voluiſſe expoſitionẽ Suidæ interpretari, qui διαλαβὼν ſignificare ait περιπαρών. Apud Herodianum tamen Politianus quoq; διαλαμβάνειν reddidit verbo iſto Occupare, ſicut & verbo Comprehendere. | Διαλαμβάνω, pro διαιρέω, vide in aduerbio Διαλημμένως. | Διαλαμβάνω, Adminiſtro, Rego. Bud. ex Plat. in Politico.

Διαλαμβάνω, ad animum refertur aliquando, vel potius ſæpe: & ſignificat alicubi quidem Concipio, ſeu Concipio animo: (cuius ſignificationis exemplum Budæus affert ex Ariſtotele) alicubi verò Diiudico, Exiſtimo, Statuo (id eſt Cenſeo) item Conſtituo. quibus accipi modis à Polybio docet Budæus pagina 561. Sed pro Conſtituo affert pagina 560. (Alibi autem annotat διαλαμβάνω non ſolùm pro Exiſtimo, ſed & pro Suſpicor, ex Maccab. libro 2, cap.5, ſicut & διάληψις pro Suſpicio) Deniq; & pro Conſiliũ agito, Conſulto, ex eodem Polybio. At verò pro Diſcepto, Diſputo, Tracto, Commentor: (vt Latinè Diſcepto, quod ad verbum è Græco ductum eſſe videtur) ex Platone, Ariſtotele, atque aliis habes pag.560. A Luciano certè ponitur & pro Differo: à Syneſio autem & pro Ediſſero, ſeu potius Expono, Explico, aut Percenſeo: vbi ſcribit, περὶ τῶν ἱκλημάτων ἃ διείληφα. Quod verò attinet ad vnam ex illis ſignif. quarum exempla ex ſolo Polybio affert Budæus, videlicet eam qua pro Conſilium agito, ſeu Conſulto, ponitur, videtur certè ea & in Philippi epiſtolâ haberi, in his videlicet verbis, quæ ſunt illius clauſula, ὡς δὲ περὶ ὑμῶν παρόντων, καὶ δι' ἐμοῦ διαλάβεσθαι μᾶλλον ἤδη πῖς πράγμασι ὅπῃ συμφέρει, καὶ καθότι αὐ δυνώμεθα κακοπιοῦντων, ὑμᾶς αἰσθήσεσθαι ἡγοῦμαι τῷ δικαίου, καὶ μάρτυρας ἕξειν πιστοὺς ὑμᾶς, διαλήψεσθαι περὶ τῶν καθ' ὑμᾶς. vt ſit hic ſenſus. Cõſilium agitabo, vel inibo, de rebus veſtris. id eſt quomodo me in veſtris rebus gerere debeam. pro Erga vos. vt hodie Galliæ rex in re ſimili ita loqueretur, *I'auiſeray comment i'auray à me porter enuers vous*, vel *comment ie me deueray porter*. At q διαλήψεσθαι περὶ τῶν καθ' ὑμᾶς vertit Ius meum à vobis conſequi ſtudebo, iniuriã huic verbo διαλήψομαι facit, atque adeo vim illi affert.

Διειλημμένως, aduerbium ex præt. διείλημμαι factum, pro Diſtinctè, ſeu Diuiſe, aut Diuiſim. Item Præciſè, ſeu Præciſa formula, Xenoph. à διαλαμβάνω ſignificante διορίζω, vt ſit idem quòd διωρισμένως. Vide Bud. p.561.

Διάληψις, εως, ἡ, Interceptio, Intercapedo. Bud. 559 ex Ariſtotele Quòd ſi itidem pro intercapedine ſumi dicamus in hoc Polybii loco, Ῥωμαῖοι οὐκ ἐκ καταφορᾶς ἀλλ' ἐκ διαλήψεως χωρίων ταῖς μαχαίραις, non malè fortaſſe reddemus hæc duo aduerbiis Cæſim & Punctim. | Διάληψις eidẽ Polyb. (vt B. tradit) eſt Diſceptatio & ratiocinatio quæ fit inter deliberandum de re aliqua. Et, Quod quis ex animi ſui ſententiæ faciendum ſibi inſtituit. ſeu Quod quis iudicat ſibi ſuſcipiendum & inceptandum. Item Propoſitum, Cõſilium. Alicubi & Conatus, Inceptum. Sed quod ad illã diſceptationis ſignificationem attinet, latius etiam patet apud eundẽ Polybiũ διάληψις. eſt enim non ſolùm Diſceptatio & Ratiocinatio, ac Diſputatio: ſed etiam Explicatio rei quæ tractatur, Commentatio, vt ſcribentis commentarios. Harum autem omnium ſignificationum ex Polybio petita exempla vide apud eundem Budæum, partim pag.559, partim pag.560. Quinetiam pag.561 affert διάληψιν ποιεῖσθαι ex eodem pro διαλαμβάνειν, id eſt Statuere, Cenſere. Et τὴν ἐναντίαν εἶχε διάληψιν pro Contrarium habebat iudicium, vel Contrariam habebat opinionem.

C. ΕΚλαμβάνω, Percipio. Iſocr. in epiſt. ad Iaſ. liberos, ἐλπίζουσι δ' ὅσον ἀγαθόν ἐστι τὸ παιδίον, τοῦτο μὲν ἐκλήψεσθαι. | Ex Philone autem affertur pro Recipio, vel potius Accipio, aut Mutuor, in libro De mundo, οἱ παρ' ἑκατέρων ἐκλαβόντες.

| Ἐκλαμβάνω, Excipio, apud medicos, Me-

damenta cõtuso aliquo humore dilata colligo.quod & εἰλαμβαίω. Bud.ex Dioscoride. ‖Ἐιλαμβαίω pro Excipio,id est Interpretor,Intelligo.Greg.ὡς πρὸ εὐφυοῦς καὶ γλῶ κακῶς τις ἐξηλίφασιν, αὐτὸ λεῦ τὸ πρὸ σίζοντος. Affert verò & alia exempla significationis huius Bud. pagina 563.Quibus addo ex Plutarcho in Pericle,in fine pag.secũdæ à principio, (edit.Aldinæ)ἀκούω δ' ἐγὼ οἶμαι καὶ τὸν στρατὸν ὀπτεύειν αἰσχυνόμενον, καὶ τὸν μαίνεσθαι, τῷ μὴ, πλὼ αἴρεσθαι, τῶν δὲ πόλεως καλῶς ὀκλαμβανόντως. Eodem sensu & Gall.dicimus,Vous le prenez bien, vel Vous le prenez mal. Ἔκληψις, εως, ἡ, Perceptio. Item, Exceptio,sequendo vtranque verbi Excipio significationem datam πρὸ ἐκλαμβάνω.

C. Ἐπιλαμβάνω,Insuper accipio,Assumo.Appian.ἵνας πρὸ τῶν Ῥωμαίοις πρὸς ἔθνεσι τὰ τῶν ἡμέρων ὀνόματα ὑπολαμβάνειν. Hic enim ὑπολαμβάνειν esse puto Insuper accipere, Assumere,id est μεταλαμβάνειν:licet Budæus exponat simpliciter Accipere,tanquam videlicet positum pro simpliciter Accipere,tanquam videlicet positum pro simplici λαμβάνειν. ‖ Ἐπιλαμβάνω pro Extremum capio, Extremum sumo.oppositum τῷ μεταλαμβάνω.Dioscor. de raphano, δεῖ δὲ αὐτὸν ὑπολαμβάνειν, μᾶλλον σωτηρίας ἕνεκα ἐσθίειν, oportet eam accipere post cæteros cibos. quasi dicas λαμβάνειν ὕστατον τῶν ἄλλων σιτίων, (sed obiter obserua λαμβάνειν in hoc composito significare Comesse, sicut & Gall.Prendre interdum id sonat) ‖Ἐπιλαμβάνω, Excipio. eo sensu quo dicitur ver excipere hyemem,autumnus æstatem.Vnde exponitur & Succedo. Basilii Libanio,πάφος γὰρ τοῖς εὐκαίροις κλιτύσμασι, μάχεις ὑπολάβῃ τὸ ἔαρ.Theophr.De causis plant.3, ὅπως μὴ ὑπολαμβάνῃ τὸ ὕδωρ ὁ ἥλιος ὑπολαβὼν ἐξισθῴη. Sed rursus sine casu apud Gregorium, ἕως ὁ τῆς εὐθυδείας ὑπολάβῃ καιρὸς,Succedat,Sequatur.Bud. ‖Ἐπιλαμβάνω,Corripio,Inuado,Manum inicio. Thucyd.lib.2, de peste loquens,ὡς γὰρ τὸν αὐτὸν ὅπερ καὶ κτείνει οὐκ ἐπιλάμβανε.quod exemplum adde iis quæ afferuntur à Budæo pag.555, vbi exponit & Opprimo. ‖Ἐπιλαμβάνω,Occupo. Synes.epist.91,πολλάκις τοῖς στασιάζουσί μοι,πολὺ καὶ τῆς νυκτὸς μέρος ὑπολαμβάνοντι. ‖Ἐπιλαμβάνω,Attingo.Thuc. lib.4,pag.164,ἵππῳ δὲ Χίους τῷ πολίμου τῷδε ἐπίλαβεν οὐκτῷ, καὶ ἔνιαπερ ἐν μέσῳ. At Budæus pro hac significatione affert tantùm exempla constructionis cum genitiuo, ex Aristotele. Sed ἐπίλαβε impersonaliter etiam poni ostendit à Pausania pro Contigit,sicut & καπίλαβε. ‖Ἐπιλαμβάνω,Retineo,Sisto.vt apud Gregorium,ταῖς δεξιᾷ ἐπὶ δεξιτόλων ὑπολαμβάνουσι τὸ αὐλοῦ τὸ πνεῦμα,digito admoto spiritum tibiæ retinentibus. Demosth.σὺ δὲ ὑπόλαβε τὸ ὕδωρ,Siste aquam fluentem. Interdum etiam Reuoco, in ea significatione qua dicimus Reuocare le dorem.Plato in Phædro,οὐ γὰρ οἶδα ὅπῃ λόγον ἀκούσεται ὁπότερος,οὐ μόνον ἅπαξ πεύσεται,ἀλλὰ καὶ πολλάκις ὑπολαμβάνων,ὁπόταν οἱ λέγῃ. Deniq; & pro Obstruo,Obturo. Aristoph.πρὶν ὑπολαβῶσα. Sic πρὶ μυκτῆρας ὑπολαμβάνειν,Gal. Apud Aristot.autem ὑπολαβὼν τὸν αὐλόν.

Ἐπιλαμβάνεσθαι,passiua signif.pro Extremum sumi, id est comedi,vide apud B.p.556.

Ἐπιλαμβάνεσθαι actiua sign.Prehendere, Apprehẽdere,Comprehendere.Xenoph.ὅπως αὖ ἐπιλαμβάνοιτο καὶ μὴ ἔχοι ἐπιλαθέσθαι ἢ χεὶρ ὑπολαβοῦσα. Atque vt hic manus dicitur ὑπολαμβάνεσθαι,sic dicimur ὑπολαμβάνεσθαι τῇ χειρί quo vsus est & Demosth.sed omittitur frequentius hic dativus,qui est veluti casus instrumẽti:potiúsque additur genitiuus rei quam apprehendimus. vnde dicitur etiam ὑπολαμβάνεσθαι τῆς χειρός, vt habes epist.ad Hebr. cap.8,ex Græcis Bibl.interpr. Sic apud Æschinem in Ctesiph. ἀπάξειν εἰς τὸ δεσμωτήριον ὑπολαβόμενος τῆς περιχώρου. Et Lucian.ἐπιλημψόμενος τῆς χλαμύδος. (In alia autem apprehendendi significatione ad Timoth.cap.6, v.12, ὑπολαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς. vbi fortasse reddi possit Capesse) Aliquando verò exponitur Manum seu manus iniicio.vt exponi potest & in hoc loco Act.cap.16,ὑπολαβόμενοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν(vbi etiam animaduerte poni accusat.) Quum manus iecissent in eos.quod est significantius quàm Quum prehendissent. Itẽ pro Manus iniicio,ea etiam significatione qua dicitur Manum iniicere in bona alicuius. Vnde & Vindico exponitur à Budæo,in hoc Platonis loco,μὴ ἐξεῖναι ἑαυτῷ κτήματος ὑπολαβέσθαι. ‖Item Occupo apud Plutar. in Othone,ἐπιλαμβάνοντα τῆς αἰμαξοῦ. ‖Ἐπιλαμβάνομαι,Prehensum retineo,seu simpliciter Retineo,ex Luciano. ‖Ἐπιλαμβάνομαι,Deprehendo.vt quidem apud Plut.in Public.ὁπολαβόμενος τὴν γραμμάτων exponitur Qui deprehendit literas. At Bud.interpr. Incautum opprimere & imparatum aggredi, (quæ multo sunt significãtiora quàm Deprehendere hominem,& paulum etiam ab illo diuersa) in isto Aristotelis loco, ὑπολαβόμενος γὰρ σκαζόντων τῶν γονέων ὁ δῆμος.

‖Ἐπιλαμβάνομαι,Reprehendo,Obiurgo,Corripio,Emẽdo.Bud.pag.555 ex Xenoph.& Platone. Sed in his verbis ἐπιλαμβάνεσθαι γὰρ τῆς δίκης τὸ σωφρονεῖν,(quæ sunt Demosthenis)ἐπιλαμβάνεσθαι quidam non interpr.Reprehẽdebat,sed Remordebat. ‖Ἐπιλαμβάνομαι,Capto.item Capesso.vt ὑπολαμβάνεσθαι καιρόν ex Herodoto pro Captare occasionem. & ὑπολαμβάνεσθαι τοῦ ἔργου,Capessere opus.in v.l. (Sic autem fortasse in illo loco epist.1 ad Timoth.ὑπολάβῃ τῆς αἰωνίου ζωῆς commodè quis reddiderit Capesse vitam æternã, id est Capesse ea quæ ad vitam æternam deducere possunt) In iisdem affertur etiam ὑπολαμβάνεσθαι τῆς ἐκείνου μανίας,ex Plutarcho in Fab.pro Insaniæ illius occurrere. sed quidã interpr. Illius insaniam reprimere,& coercere. ‖Ἐπιλαμβάνομαι,pro Suscipio,ex Ecclesiastici cap.4,ὑπολαμβάνεσθαι τῆς ζηλουμένης αὐτῷ. Item Assumo,vt redditur in epist. ad Hebr.cap.2 v.16.

Ἐπίληψις, εως, ἡ, Prehensio,vel Apprehensio. Item Inuasio, Manus iniectio,Vendicatio. vt B.exp.in hoc Plat. loco De leg.l.11,ἐὰν δ' ἐν δημοσίᾳ πληγάς τινας, μηδεμίαν εἶναι σκηψιν τῆς ὑπολήψεως. ‖ Affertur autem & pro morbo qui ὑπολῆψία dicitur,ex Aristot.Probl.

Ἐπιλῆψία, Inuasio. Videtur enim hoc nomen,quum restringitur ad significationem morbi,qui & seruato nomine Græco dicitur epilepsia, inclusam tamen simul inuasionis significationem habere: & quidem eo sensu quo & Thucydides pestẽ dixit ὑπολαμβάνειν(vt paulo antè docui)id est vel Inuadere,vel Corripere.(sed ab hoc non habemus itidem verbale) ita vt huius morbi inuasio, κατ' ἐξοχήν, vt ita dicam, sic appelletur sine adiectione. Quanquam siquis malit ὑπολῆψιν appellatum eum morbum ab eo verbi ὑπολαμβάνειν vsu quo ponitur pro Retinere, vel potius quo ponitur pro Sistere,non valde repugnarim: vt videlicet ita vocetur à sistendis sensuum actionibus. Apud Gal.& alios multis in locis de hoc morbo tractantes, nihil de huius appellationis origine inueni:at verò Trallianus postquam de iis qui morbo isto correpti sunt,dixit,eos nec audire,nec videre, nec intelligere, sed omnium sensuũ facultate destitutos iacere,nihil differentes à mortuis, subiungit,δεῖ τοίνυν ἡμᾶς τὴν ὑπολῆψιν τὸ πάθος ἐκάλεσαν, δεῖ τὸν ὑπολαμβάνεσθαι καὶ κρατεῖσθαι αὐτῆς τὰς αἰσθήσεις.sed hic ego reponere non dubitarim ὑπολαμβάνεσθαι pro ὑπολαμβάνεσθαι, vt videlicet καὶ κρατεῖσθαι perinde sit acsi diceret τοῦτ' ἔστι κρατεῖσθαι. Ἐπιλῆψία(inquit Gorræus)Comitialis morbus.Est conuulsio totius corporis non perpetua,cum mentis & sensuum oblæsione. Eam molestæ rei sensus inuehit & cerebro noxiæ tum quantitate tũ qualitate. Quantitàs quidem cerebro grauis est, eiúsq; vim expultricem excitat: consistitque in humore vel pituitoso vel melancholico, sed ferè semper frigido, crasso & viscoso.Quem tamen non adeo multum esse oportet vt penitus obstruat,vimque ipsius cerebri exuperet:alioqui non ὑπολῆψιν, sed ἀποπλῆξιαν potius pareret:sed quantitate mediocrem, vt ad eius depulsionẽ, quam natura totius corporis concussu molitur, cerebro vires adhuc suppetant. Qualitas verò maligna & venenata,& virtuti animali infesta est, siue à veneno sumpto,siue ab vlcere cacoethe cerebri vel subiectarum partium,siue ab alia affectione,vt ventriculi cruditate,& largo meri potu,proficiscatur.Itaque vbi eorum aliquid in cerebro præter naturam fuerit, ipsum mouendi sentiendique principium in sese recurrit & contrahitur, atque ita totius corporis conuulsionem inducit.quinetiam eam à se amoliri contendit, crebra & inæquali cerebri totiúsq; corporis concussione.Ap-

parent enim manifestò in eo morbo hæc duo sympto-
mata, cõuulsio concussióque tanta vt spumam etiam
eliciat. Valido enim motu humor qui in cerebro con-
tinetur exagitatus, non aliter quàm oui candidum spu
mam creat. Et multis interiectis, Est enim hoc
præcipuum inter ἀπόπληξίαν & ὀπίλημψίαν discrimen,
quod & inter paralysin tremorémque esse animaduer
titur. In hoc enim tremor epilepsiæ quodammodo si-
milis est, sicut paralysis apoplexiæ. Ergo vt tremoris
causa non est obstructio, sed superfluus tantùm humor
naturæ grauis, & grauitate duntaxat, non etiam obstru
ctione, sicut in paralysi motum conatúsque naturæ im
pediens: ita in epilepsia iudicare licet, humorem qui
copia sua cerebro nocet, non ea ratione epilepsiam a-
liáque eius symptomata excitare, quòd obstruat, sed
tantùm quòd grauis & molestus cerebro existat: cóque
fieri vt inde cõcitata facultas animalis in suũ prin
cipium se recipiat, quò tota in eius depulsionem post-
ea incumbat. &c. Aliquanto pòst, Morbus hic vni-
uersalis quidem, diuturnus est, vt qui à pueritia maxi-
mè incipiens, (qua de causa, opinor, Hippocrates libro
De aere, locis & aquis, παῖδος παιδίων appellauit) ferè
semper consenescat: particularibus verò accessionibus,
inter acutos qui sine febre sunt, à Galeno numeratur.
Eundem morbum veteres νόσον μεγάλην & ἱερὰν ἀρρωστίαν,
necnon ἱερὰν vocarunt, iis nominibus eius magnitudi
nem designantes. Latini comitialem dixerũt, quòd in
comitiis & hominũ frequentia maximè inuadat. Hac-
tenus ille. Sed huius appellationis qua ἱερὰ νόσος di-
cebatur, afferuntur & aliæ rationes ab Aretæo, vt con-
iecturæ tamen: Trallianus verò ἱερὰν νόσον nominatum
fuisse scribit hunc morbum, διὰ τὸ ἱερὸν καὶ τίμιον εἶναι τὸ
ἡγεμονικόν. HINC Ἐπίληπτος & Ἐπιλαμβάνω, de quibus
infrà.

Ἐπιληψία, Retẽtio, Obstructio, Obthuratio. A Bu-
dæo exponitur Retentio & Obthuratio, afferẽte ex A-
ristotele in Probl. segm. 2. ὡς ὅταν τὸ ὕδωρ τὸ ὀπὸ τῶν κλυστήρων,
ὅταν πλήρεις οὖσαι ὀπλάδη πως ὅταν διέξέλθῃ τὸ πνεῦμα κατ-
χάμψαν, πολὺς γίνεται ὁ ἱδρώς, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ὀπλαψίαν αἴρει-
σθαι κατὰ μικρόν. id est, (inquit) In retentione spi-
ritus, Quum sistitur spiritus. Sed fortasse potius creden
dum est Aristot. scripsisse ὀπλήψει.

Ἐπιλήψιμος, ου, ὁ & ἡ, (q.d. Reprehensibilis) Reprehensione
dignus. Cui opponitur ἀνεπίληπτος. ‖Item ὀπλήψιμον,
Quod reprehensionem meretur, Id cuius causa repre-
hendendus est aliquis, vt exponitur in isto Hermog. lo
co, καὶ μὴ ὀπλήψιμον εἶναι τῷ λόγῳ. ‖Ineptum est
autem & planè absurdum quod in v. l. annotatur ex Eu
stathio, videlicet ὀπλήψιμον μέτρον, quasi caducum &
interceptũ, vocari versum qui vnã sui partem in fine
seruat, alteram proximo subiungit, vt in hoc Simoni-
dis epigr. Ἦ μάγ' Ἀλωαίοισι φόως ἥλιος ἠδὲ λιλαῖα Λειστοχίτων
ἔσπαρχον κτῆις καὶ Ἀρμόδιον. Ineptè inquam hoc annoo-
tatur in v. l. videlicet huiusmodi carmina vocari ὀπλή
ψιμα. quum enim Eustathius dicit ὀπλήψιμα ᾄσεις non id
intelligit, sed ea reprehensione esse digna, seu reprehẽ-
sionem mereri. Præterea non dicit Eustathius, Versum
qui vnam sui partem in fine seruat, alteram proxi-
mo subiungit, sed Qui partem extremi vocabuli si-
bi seruat, alteram sequenti largitur. Sed ipsa eius ver-
ba subiungam, ex Comment. in lib. ξ Iliadis, pag. 984,
circa principium. Quum igitur dixisset, ἴσως δὲ ὅπ κῦ
τοὺς παλαιοὺς τοῦ μέτρου εἰς πλείονα διαιοῦσθαι λέξιν, subiun-
git, τὰ δὲ μὴ ἔχοντα οὕτω, ἀλλὰ μέρος μόνον τῆς πλουτοίας
λέξεως τῷ ἑξῆς τῷ ἔχω ἀφιέντα, τὸ δὲ λοιπὸν τῷ ἐπαρχομένῳ
στίχῳ μεμείωται, ὀπλήψιμα εἶσιν. ὅθεν φασὶ ποιῆσαι τὸν Σιμω-
νίδην τὸν ὀπτῆ &c. Vbi Eustathium, minimè de versibus
caducis aut comitiali morbo laborantibus cogitasse,
cuilibet, præterquam illi qui hoc in v. l. annotauit, ma-
nifestum fore puto.

Ἐπίληπτος, ου, ὁ & ἡ, (itidem vt proximè præcedens ὀπλήψι
μος) Reprehensione dignus, vel Qui reprehẽdi potest,
Reprehensioni obnoxius. Sed COMP. Ἀνεπίλη-
πτος vsitatius, quod contrariam significationem habet,
videlicet pro Qui reprehendi non potest, Reprehen-
sioni nõ obnoxius, In quẽ non cadit reprehensio. Vno
etiam verbo Irreprehensus, pro Irreprehensibilis. Di-
citur & Inculpatus. Plutarchus in Pericle, αἰδρὶ παντὶ μὴ
ἴσως οὐκ ἀνεπιλήπτῳ, φρόνημα δ' ὀργὴν ἔχοντι καὶ ψυχὴν φι-
λάνθρωπον, &c. Dicitur etiam ἀνεπίληπτος τὸν βίον, item ἀνε-
πίληπτος τοῖς ἔργοις. Apud Thucydidem autem libro 5,
pagina 170, circa finem, κἂν αὐτὸς τοῖς ἐχθροῖς ἀνεπίληπτος
εἶναι, schol. exponit, μὴ παρέξων κατηγορίας ἀφορμὴν, id est
criminationis materiam non præbiturus. HINC
Ἀνεπιλήπτως, Irreprehensè, Inculpatè, Citra reprehen-
sionem, Ita vt quis reprehensionem non mereatur.
Philo, μὴ οὐ μόνον ἀνεπιλήπτως, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἐπαινετῶς
ἦρξε.

Ἐπίληπτος, Correptus à dæmone, Bud. ex Greg.

Ἐπίληπτος, Correptus epilepsia, Laborans epilepsia,
id est comitiali morbo. Qui & Comitialis homo, Plin.
(Caducus autem Firmico, vt quidam annot.) Aristot.
αὐθρωπος ἢ ζώων ἢ μόνον ἢ μάλιστα ὀπίληπτον ἐν τῇ νόσῳ γί-
νεται. HINC Ἐπιλαμβάνω, Comitiali morbo laboro,
quo vti Plutarchum tradit Budæus, locum tamen nõ
afferens. Intellexisse autem puto de hoc (nisi & alibi v-
sus sit) qui est in Quæst. Rom. αἰτιῶνται ὅσοις ὀπιλαμβά-
νει συμβαίνει φθέγγεσθαι, μικρομοιρίαν δηλοῦσαν ἀφιᾶ-
σι. Sed ET Ἐπιλήπτευμα pro eodem affertur ex capi-
te 22 lib. 1 Regum. ITEM Ἐπιληπτικὸς adiect. Pertinẽs
ad epilepsiam, seu comitialem morbum. Et Ἐπιληπτικὴ
νόσος, vel ὀπιλαπτικὸν νόσημα, Aristot. Comitialis mor-
bus. Interdum verò ὀπιλαπτικὸς dicitur pro ὀπιλάμ-
πτης, Comitiali morbo laborans. Sic autem vsus est Plu
tarchus in libro περὶ ἠγεμόνα αἰτομάθειαν.

c.2. Ἀνεπίλαπτος ET Ἀνεπιλήπτως vide suprà cum Ἐπί-
ληπτος.

Ἐπιλήπτωρ, ορος, ὁ & ἡ, (ea forma qua dicitur αἰτιλήπτωρ) Re
prehensor. In v. l. ex Plutarcho, ὀπιλήπτορος πάντων,
Reprehendentis omnia.

c.1. Ἀντιπλαμβάνομαι, Vicissim prehendo, seu apprehen-
do, Contrà nitens prehendo. In vulg. lex. exponitur Cõ
trà nitens retineo. & affertur ἀντιπλαμβάνοντες τῆς ὁρμῆς,
pro Manum vtrinque in auem conicientes, vel Mani
bus vtrinque in auem coniectis.

c.1. Προσπλαμβάνω, & Προσπλαμβάνομαι, Insuper prehẽ-
do. At in v. l. Insuper assumo.

c.1. Συμπλαμβάνομαι, q.d. Vnà prehendo, vel Simul ca-
pesso. Ponitur autem pro Adiuuo, Opitulor. Lucianus,
πῶς Ἀθηναῖ σοφὴ καλέσασα συμπλαβέσθαι μοι τῷ ἔργῳ. q.d.
Esse mihi adiutricem operis, pro Adiuuare me in o-
pere. Sic Herodotus, συμπλαμβάνεσθαι τῷ πολέμῳ Συβαρι
ταῖ. Et Thucydides libro 8, ξυμπλαβέσθαι τῆς ὑπολοί-
που Ἀθηναίων καταλύσεως. Et libro 1, ξυμπλαμβάνον-
τα sine casu. In vulg. lex. ex Plutarcho in Camillo,
συμπλαμβανόντων τῷ ἀγῶνος, pro Certamen simul aggre-
diũtur. Et συμπλαμβανόμενα παιδὸς διανοίας ex Plat. Timæo,
pro Disciplinam simul capessit (nam ibi à typographo
omissam fuisse puto particulam Simul) ITEM
Συμπλαμβάνω apud Thucydidem eadem signif. lib. 2,
ἐρωτῶντι πᾶσι καὶ ἰδιώταις καὶ πόλει, εἴτι δεόμενοι καὶ λόγῳ καὶ
ἔργῳ ξυμπλαμβάνειν αὐτοῖς.

C. ΚΑΤΑΛαμβάνω, Deprehẽdo, Offendo, Nanciscor. Xeno
phon in Sympos. iu persona Socratis loquens, οὐκ ἴσθ' ὅπ
οὕτω σε καταλαβὼν ὀργούμενον; id est Deprehẽdit, vel Of-
fendit. Ita Bud. qui & ex Themistio addit, καὶ ἵππος κα-
τέλαβε τὸν ἑταῖρον, pro Nactus est sodalem, vel offendit.
‖Καταλαμβάνω, Comprehẽdo, Assequor. vnde deducta
κατάληψις, in hac significatione habebis infrà ex Thu-
cyd. Sed ponitur etiam metaphoricè, sicut Latinè Cõ-
prehendo. vnde & κατάληψις philosophica redditur
Comprehensio. In quarum significationum ambigui-
tate ludens Lucianus in suis Vitis inducit scepticum
philosophum dicentem illi qui eum mercari volebat,
se posse omnia facere præterquam δραπέτην μὴ δεδιώ-
κειν. Et interrogatum cur hoc minus præstare posset
quàm aliud quidlibet, respondentem, ὅτι οὐ καταλαμ-
βάνω. Vbi alluditur ad καταληπτικὴν φαντασίαν, vel potius
ad ἀκαταληψίας, de quibus multa habes in libris Sexti
philosophi Pyrrhoniarum hypotyposeon, Latinitate à
me donatis. Dicitur autem & αἰσθήσει καταλαμβάνειν,
Sensu comprehendere, vel Sensu percipere. quam si-

gnificationem habet & passiuum particip.apud Philon. ἡ διαφέρεις ἄλλας αἰσθήσει αἰσθήσεῃ καταλαμβανομένας. Redditur & verbo Complector, vt videlicet dicitur Mente complecti aliquid. Item Assequor & Comperio, Compertum habeo, à Budæo. Quò pertinet hic Platonis locus in Apologia, ὡς ἐπιστοτέρους κατεληλεγμένους ἐμαυτὸν αἰσθήσεσθαι ὄντα. quod exponitur, Vt me illis imperitiorem esse, manifestò comperturus. ¶Vt autem illã verbi Complector significationem habet verbum καταλαμβάνω, sic & alteram interdum: atque adeo ponitur non solùm pro Complector (idem videlicet significans quod περιλαμβάνω) sed & pro Contego, Obduco. vt docet Budæus pag.561, ex Theophrasto. ¶Καταλαμβάνω, Occupo. qua in signif. Diodorus vsus est & passiuo participio καταλημμένων. (Vt autem apud Diodorum reperitur hoc verbũ pro Occupare, ea significatione qua dicuntur hostes occupare locum aliquem, ita & apud Thucydidem legimus pass. καταλημμένῃ τὴν πόλιν, Occupatam vrbem, seu Captam vrbem) Apud Platonem autem in Tim. καταλαμβάνονται καταλαμβάνεσθαι, Occupare & occupari: vel Vincere & vinci celeritate, vt Cicero vertit. Vide Budæum. pagina 561 & 562. vbi exponit etiam Anteuerto, sicut & προκαταλαμβάνω ac προλαμβάνω.

¶Accipitur verò & pro Assequor cursu, οὐκ ἀπολείπομαι, (quæ significatio eiusdem generis est cũ proximè præcedente) item pro Æquo. cuius signific. exemplum Budæus affert ex Basilio) ¶Καταλαμβάνω & pro Detineo, seu Occupo significante Detineo, accipi tradit Bud. in hoc Aristotelis loco Polit.8, ὅταν δ' ἀφ' ἥβης ἐπτὰ ἔτη περὶ τοὺς ἄλλους μαθήματα ἡμιῶνται, τὸν ἀριθμὸν δεῖ καὶ τοὺς πόνους καὶ τοὺς ἀναλωφαγίας καταλαμβάνειν τῷ ἐχομένῳ ἡλικίαν. Ita enim hæc vertit, Quum vsque ad annum septimum decimum aliis disciplinis incubuerint, tum proximam ætatem occupare oportet laboribus &c.

¶Καταλαμβάνω, Inuado, Corripio, Incesso. Herodot. καταλάβει τοὺς μὲν. Herodianus libro 1, βληχείσοντά τι ὡς Παίονας χαλεπὸν καταλαμβάνει. Idem, πολλῷ δὲ καὶ δηθὰ συμφοραῖς καταλαζόντων τὴν πόλιν. Quinetiam dixit Plutarch. τὸν Ἀντώνιον ἀγγελίαι δύο καταλαμβάνουσιν, Duo nuntia eũ inuadunt, aut adoriuntur. q.d. Aures eius percellunt. (Passiuè etiam apud Herodianum, πάντων τῶν ὑπνῳ καταλημμένων, omnibus somno correptis) Sed aliquando vel potius sæpe vtendum est verbo Accidere, seu Contingere, ad exprimẽdum hoc verbum, vt καταλαμβάνει με συμφορὰ apud Platonem, Accidit mihi calamitas, vel Euenit, (nisi quis hic malit, Inuadit me calamitas) Itidemque καταλαζοῦσα συμφορὴ, Herodot. Calamitas quæ accidit. (Possit verò καταλαμβάνει με συμφορὰ, reddi etiam Accipio calamitatem: & καζαλαζοῦσα συμφορὰ, Accepta calamitas) Et εἰδέναι τῶν καταλαζόντων σε συμφορῶν, Synes. De rebus quæ tibi acciderunt. Thucyd. auctẽ dixit l.1, ἢν δέ γε ἄλλος πόλεμος καταλάβῃ, Si aliud bellũ nobis accidat, vel Si bellum nobis oriatur. (Fortasse autem & verbum Incessere aliquis locum habere hic existimet) Sic & lib.2, καὶ αὖτις φρουρίῳ οἱ Ἀθηναῖοι ἐχόμενοι ὕστερον πόλεμος καταλάβοι. Frequenter verò τὸ καταλαβὸν, sine accusatiuo, Quod accidit, seu potius τὰ καταλαβόντα sine accusatiuo, Quod accidit. & plur. τὰ καζαλαβόντα, quæ acciderunt. Herodot. τὰ καταλαβόντα ἰσόμενοι. Sic τὸ καταληφὸς πάθος apud Herodianum lib.2. Ibidem, καιτοὶ οὐκ ἐμοὶ μὲν ἔοικε ὑμᾶς τῷ ὄντι τῶν καζαλαζοῦσαν ἀληθείαν. (nam quod de ἐπιλαβὲ dicit, ad hoc quoque pertinere putandum est) Sed & impersonaliter ponitur καταλάβοι. (sicut de ἐπιλαβὲ dictũ fuit antea) Herodot. καταλάβοι ἄπαιδα λοιπὸν εἶναι. Idem, ἵνα καταλάβοι ὑβρίσαντα τὰδε λιποντῶν. Ex Paus. autem exẽpla B. affert p.556. vbi etiã admonet ita impersonaliter hoc verbũ vsurpari, vt tamen aliquod subiectum subintelligatur, vt εἱμαρμένη, vel χρεὼν, vel aliquid simile. Sed addo iis quæ à Budæo dicuntur, interdum nominatiuum exprimi, vt apud Paus. apud Platonem, εἰ δὲ καὶ ἔλεγεν καταλαβὲν αἰσχύνη ἡμῖν εἶναι Μακεδόνων ξύμμαχον. qui nominatiuus cum hoc verbo subaudiri fortasse debet in aliquibus Herodoti locis. At verò apud Paus. aptè subaudientur illa iis præsertim in locis in quibus dicit καταλαβὲν λιποντῶν. Sunt autem frequentes apud eum, qui & in hoc imitari voluit (vt opinor) Herodotum. Ita igitur in Atticis pag.21, circa finem, ὡς καταλαβὲν λιποντῶν ἐκατὸν Λακεδαιμονίων καὶ Βοιωτῶν τετραμμένους. Et in Lacon. pag.71, τὸν δὲ εἰ σωσαίσατο ἀδελφὸν καταλαβὲν ἐν φεύγοντα λιποντῶν ἄπαιδα. Et alibi, ὕστερον δὲ Ἐρυθρία καταλαβὲν λιποντῶν ὑπὸ τῶν τραυμάτων. Sed & σωίσασθαι eadẽ significatione dixisse Paus. animaduerti, cum alibi, tum eadem illa pag.21, cum datiuo, ὀπόσους λιποντῶν σωίσασθαι ἐν τῇ ναυμαχίᾳ καὶ ἐν μάχαις πλείους. ¶Καταλαμβάνω præterea vt Euenio significat, in præc. id est Accido, sic & pro Aduenio in nonnullis loquendi generibus ponitur. vt apud Herodianum, ἐπεὶ δὲ καταλαζοῦν αἱ τῆς δίκης ἡμέραι. Apud eundem, καταλαζούσης δὲ τῆς ἀναβολῆς ἡμέρας, vbi dies illa aduenit. Et ἡμέρας καταλαζούσης apud eũdem. Item χειμῶνος ἤδη καταλαμβάνοντος, quum hyems aduenisset. id est instaret. vt Politian. vertit. ¶Fortasse autem & Peruenio alicubi reddi potest. vt in hoc Synesii loco, ἂν μὴ πάσχωμεν τοὺς ἐχθροὺς Ἀθήνας καταλαβεῖν μοι δοκῶμεν. Nisi quis Occupare malit, vt sit metaphora sumpta à militibus locum aliquem occupantibus. sicut & nostrates ludentes dicunt *Ie vous tray prendre d'assaut*. Nam quod quidam καταλαβεῖν τοὺς Ἀθήνας interpr. Proficisci, nullo modo vim verbi Græci exprimere videtur. Bud. tamen in loco simili Theodoriti καταλαβεῖν Τύρον vertit simpliciter Petere Tyrum. (perinde acsi in illo Synesii loco καταλαβεῖν τοὺς Ἀθήνας reddas Petere Athenas) Sed & καταλαβεῖν τὴν βασιλέα apud eundem Theod. pro Adire regem. Qui verbi καταλαμβάνω vsus cum accus. personæ exprimi posse videtur Gallico verbo *Trouuer*. nam quemadmodũ dicimus *Trouuer* pro Offendere, Nãcisci, (quæ significationes datæ fuerunt primæ huic verbo) ita etiam diceremus καταλαβὼν τὸν βασιλέα, *Estant venu trouuer le roy*, in altera huius verbi significatione. ¶Καταλαμβάνειν vt pro Contingere, i. Accidere, sic & in altera signif. verbi Contingere affertur ex Gregorio, τὰ ἄκρα τῆ θερμότητι καταλαμβάνειν. Sed possit fortassis & aliter hic reddi.

¶Καταλαμβάνω, Includo, Intercludo. vnde pass. καταλημμένοι quod ex Aristot. affert Bud. pag.558. ¶Καταλαμβάνω, Obstringo, Adstringo, Obligo. vt καταλαμβάνω ὅρκῳ, vel ὅρκοις, Obstringo iureiurando. Thucydides lib.4, pag.149, ὅρκοις τε Λακεδαιμονίων καταλαζὼν τὰ πλείω τῆς μαχίμου. Sed & pass. apud eundem lib.1, p.3, πρὸς Τυδαρίῳ ὅρκοις καταλημμένους. Affertur verò & in propria verbi Adstringo significatione ex Plutarcho, καταλαζεῖσης ἰμάντι. Sic autem & συναλαμβάνειν accipi dictũ suprà fuit. ¶Καταλαμβάνω, Conuinco. quæ significatio affinitatis aliquid cum præcedente habet. quem enim cõuincimus, eum velut obstrictum tenemus. (Sic autem & simplex λαμβάνω pro Conuinco accipi dictũ fuit) Sed & Reum perago exponitur à Budæo in hoc Antiphontis loco, τὸν τὸ δεινότατα εἰ δίκαιον καταλαμβάνειν, μὴ σαφῶς δεδάχθαι ὑπὸ δικαίου τὸν φόβον αἰσθόμενον ἀλῶναι, μὴ φανερῶς ἐλεγχθέντα ἁλῶναι. Alibi verò scribit accipi sæpe ab eodem oratore pro Damnare, Punire: eúmque alicubi opponere καταλαμβάνειν verbo ἁπαλύειν. Affert verò & pass. ex eodem, τὸ αἴτιον τῆς ἡμιομφίας καταλαμβάνεσθαι ὑπὸ τοῦ νόμου.

Καταλαμβάνω pro simplici λαμβάνω ex Philone De mundo affertur, vbi dicit ὅτι δεῖται καταλαμβάνειν pro Incrementum capere. Sed eum λαμβάνειν scripsisse potius crediderim.

Καταλαμβάνομαι passiua signif. vide in quibusdam locis prolatis in Καταλαμβάνω.

Καταλαμβάνομαι pro καταλαμβάνω interdum ponitur. itidémque præt. καταλήμμαι: vnde καταλημμένων τῶν πύργων βαρβάρων apud Diodorum pro καταληφθέντων.

¶Sed affert præterea Budæus ex Andocide signif. actiua pro Apprehendere, πολλὰ ἐκπίνων καὶ καταλαμβανόμενος γενέσθαι. vbi malim καταλαζόμενος.

Κατάληψις, ως, ἡ, Deprehensio. Item Comprehensio. vt apud Thucydidem lib.3, ὡς δὲ οὐκέτι ἐν καταλήψει ἐφαίνετο ἐκπλοῦς, quum non amplius in comprehensione videretur esse classis. id est Quum videret se non iam posse classem hostium comprehendere, aut etiam Assequi. ¶Item κατάληψις τῶν ἐργῶν ex Demosthene, pro

Inuasio templi.& κατάληψις τῆς βασιλείας ex Isocrate Adeptio regni. Affertur verò & ex Theophrasto lib.2 De causis pl. ὅδε τῷ γεωργὸν κατάληψιν pro Vt dominus agrum recipiat. ¶Sed multo est frequentius in metaph.significatione,quum videlicet de rebus dicitur quæ sensibus corporis, vel potius mente comprehendūtur. A Cicer.redditur non solùm Comprehēsio,(& id quidem ad verbum)sed etiam Perceptio,Cognitio. Idem in Lucullo, Ad rerum igitur scientiam, vitæque constantiam aptissima quum sit mens hominis, amplectitur maximè cognitionem, & κατάληψιν (quam,vt dixi,verbum è verbo exprimentes,comprehensionem dicemus) cum ipsam per se amat,&c. Ibidem.Hoc quidem.Zeno gestu faciebat. nam quum extensis digitis aduersam manū ostenderat, visum,inquiebat,huiusmodi est: deinde quum paulum digitos constrinxerat, assensus huiusmodi: tum quum planè compresserat,pugnumque fecerat,comprehensionem illā esse dicebat. qua ex similitudine etiam nomen ei rei, quod antè non fuerat,κατάληψιν imposuit.Hæc Cicero. Quibus autem in locis ab eò reddatur Perceptio,item Cognitio, docebit te meum Ciceronianum lexicon. Fabius quoque καταλήψεις vertit Perceptiones, quum hanc πίχεις definitionem, πίχειν esse σύστημα ἐκ καταλήψεων ἀμεταπτώτων καὶ ἐγγεγυμνασμένων πρὸς τὸ καλὸν βίωσιν, vertit Artem constare ex perceptionibus cōsentientibus & coexercitatis ad finem vtilem vitæ. Nā Præceptionibus,quod hìc quædam exemplaria habēt, meudosum esse manifestissimū est. Accedit verò & Ciceronis testimonium ità scribentis,(vbi ad illam ipsam definitionem respicit) Ars verò quæ potest esse nisi quæ non ex vna aut duabus, sed ex multis animi perceptionibus constat? Item,Quid enim est quod arte effici possit,nisi is q̄ artē tractabit,multa perceperit? Philo De mundo,νόησις,κατάληψις,εὐστοχία,&c. Lucianus in Hermotimo,ἕξεις πᾶσαι καὶ σχέσεις,καὶ κατάληψις καὶ σοφίαι. ¶Budæus κατάληψιν vult accipi pro deprehēsione,id est inuentione,in hoc Ptolemæi loco,φαίνεται δὲ καὶ αὐτὸς ἐνίοις μὴ ὡς καταλήψεως ἀξίοις πίστεως τυγχάνειν μέμφεσθαι. ¶Est & κατάληψις musicorum vocabulum, pulsando chordas concentūm explorantium,vt quidā annot.ex scholiaste Aristophanis. qui in hæc verba quæ sunt in Nubibus, καὶ κρούσεις καὶ κατάληψιν, scribit κατάληψιν solere musicos appellare ἐπειδὰν πλήξασης τῆς πλήκτρῳ τὰς χορδὰς καταλάβωσι ἢ ἀποπίνωσι τὸν φθόγγον.

Κατάληψις,est etiam morbi nomen apud medicos. κατάληψις,(inquit Gorræus) affectus est cerebri:prouenit autem à vehementi rēfrigeratione cum quadam siccitate, & posteriora cerebri potius occupat, quum in caro anterior pars magis laboret: in apoplexia verò & morbo comitiali, vtraque,vt scribit Galen. lib.4 De loc.affect. Manent autem per κατάληψιν palpebræ apertæ,quæ per earum clauduntur, seruatūrque secundum naturam spiratio. Huius frigidus ac crassus aut omnino viscidus humor causa est: quanquam & stomachi vitio aliquando incidere possit.Paulus Æginet lib.3,cap.6,scribit, affectum quem medici Galeno antiquiores κάτοχον appellarunt, eundem à recentioribus κατοχὴ & κατάληψιν postea vocatum esse. Dicitur ἀπὸ τοῦ καταλαμβάνειν,quòd eo affectu detentus æger, repentè in illo permanet habitu in quo correptus est. Hæc ille. In v.lex.scribitur medicis recentioribus vocari congelationem,& esse affectum inter phrenitidem ac lethargum:in quo subita fit detentio mentis corporisque sensu motuque intercepto, remanente figura in qua correptus æger fuerit,siue steterit,siue sederit,siue oculos clausos seu apertos habuerit.

Καταληψίμος,ου,ὁ & ἡ, Ad deprehensionē damnationémq; conducens & incitans. Ita Bud.interpr.afferens hunc Antiphontis locum, εἰ δέ τις κοινὴν μὲν τὴν αἰσχύνην, κοινὴν δὲ τὴν ἀτυχίαν αὐτῶν ἡγούμενος εἴη, μηδὲν ἀπολύσιμον μᾶλλον ἢ καταληψίμον ὂν τῶν λειπομένων γιγνώσκειν αὐτῶν ὅτι &c.

c.1.Ἀκατάληψία,ας,ἡ,q.d.Incomprehensibilitas. quæ vox ἀκαταληψία opponitur τῇ καταλήψει seu facultati καταληπτικῇ. Dicitur enim ἀκαταληψία de eo qui οὐ καταλαμβάνει,vt dicere solebant scepticī, quemadmodum videre est in multis Sexti philosophi locis,in libris Pyrrhoniarum hypotyposeōn.Plutarchus ad Coloten, ὅτι τοῦς πείθεται Σωκράτει καὶ Πλάτωνι καὶ Παρμενίδῃ καὶ Ἡρακλείτῳ τὰ περὶ τῆς ἐποχῆς δόγματα καὶ τῆς ἀκαταληψίας, αἰδῆ δεινὰ φάσκοις.Sic autem & verbum ἀκαταλαμβάνω pro ἀκαταλαμβάνω, vt docebo in Ἀκατάληπτος.

Κατάληπτος,οῦ,ὁ,Qui comprehendi potest, Comprehēsibilis, vt Cicero καταληπτὸν dixit Comprehensibile,Acad.quæst.editionis secundæ lib.1, Visis non omnibus adiungebat fidem,sed iis solùm quæ propriam quandam haberent declarationē earum rerum quæ viderētur.Id autem visum quum ipsum per se cerneretur, comprehensibile:(Feretis hæc?Nos verò,inquit, quonam enim modo καταληπτὸν diceres?) sed quum acceptum tam & approbatum esset,comprehensionem appellabat,similem iis rebus quæ manu prehenderētur. ex quo etiam nomen hoc duxerat.In quo Ciceronis loco obiter obserua etiam vnde sit dicta κατάληψις,quam vertit comprehensionem, sicut & alibi. Sed eundem alicubi pro καταληπτὸς dixisse etiam Cōprehēsus, item Perceptus,Cognitus, testatur Bud. qui itidem καταληπτὸς vertit Perceptus,in isto Gregorii loco, λὰξ μὲν ἔβη φῶς τὰ ἀκρίτατον, οὗτο τῷ καταληπτῷ, οὗτο λόγῳ ῥητόν.

HINC Ἀκατάληπτος bicomp.Incomprehensibilis,Quī coprehendi nō potest,Qui percipi nō potest. A QVO Ἀκαταλήπτῳ, quod tamen passiuam significationem non retinet,sed ponitur pro Non comprehendo.nam ἀκαταλήπτῳ & οὐ καταλαμβάνω pro iisdem accipit Sextus philosophus, scepticos ea in ore habere solitos fuisse docens.

Κατάληπτόν, Quod assequi seu obtinere possumus, Quod obtineri potest.Thucydides 3, ἀφορμίαν λόγου καὶ γνώμης μᾶλλον ἐφ' ὧν ἐγίγνοντο, τὰ πεφασμένα ἐφαίνετο καταληπτά,res obtineri posse videbātur. ¶Et καταληπτὸν δέος πίστις,v.l.ex Euripide,Luctus diuinitus acceptus. Videri certè posset hoc καταληπτὸν esse ab ea verbi καταλαμβάνειν significatione qua dicitur νόησις vel συμφορὰ quēpiam καταλαμβάνειν: sed constituendū esset hic nouū quoddam genus hypallages, vt esset pro καταληπτὸς δόξαν πίστις.quum non dicatur πίστις καταλαμβάνειν δόξαν,sed aliquis πίστιν καταλαμβάνειν δόξῃ.

Καταληπτικός,ἡ,όν,(q.d.Cōprehensiuus) Comprehendendi facultate præditus. Apud Nazianzenum καταληπτικὸς ἑαυτοῦ, Qui seipsum comprehendere potest. Et καταληπτικὴ φαντασία apud philosophos.Lucianus in Vitis, οὐ γὰρ εἰσυνίησι πῶς ἡμεῖς ὀνόμασιν, οὐδὲ καταληπτικὴν φαντασίαν ἔχομεν.Meminit & Epictetus τῆς καταληπτικῆς φαντασίας. ET Καταληπτικῶς,q.d.Comprehensiuè,Adhibēdo καταληπτικῷ φαντασίᾳ.

Καταληπτικὸς τῶν ψευδοπικοῦ Aristophanes dixit in Equit. circa finem,pro ὃς κατακαλαμβανόμενος πιέζει κἀκεύσεται ὥστε δοῦναι μὴ κατανεῦσαι,vt scribit scholiastes.

c.1.Ἐγκαταλαμβάνω,Intus capio,Intus comprehendo. A cuius passiuo Ἐγκαταλαμβάνομαι dixit Æschin.ἐγκατελήφθησαν pro Intus capti fuerunt: ἐπὶ δὲ τοῖς καιροῖς τούτοις Ὀλυνθίους ἔχω,ἢ πολλοὶ τῶν ἡμετέρων ἐγκατελήφθησαν πολίται. Sic etiam Demosthenes vsus est. Herodotus autem dixit ἐγκατειλημμένοι ἐσπὸς πίσχας vacante præpositione quæ est iuncta verbo. ¶Interdum verò ἐγκαταλαμβάνομαι,Intercipior,Includor: vt apud Antiphontem, εἰ δέ τινα τῶν ἱερῶν ἱερῶν τὰ παίδια ἐκτεθύμενον ὄντα, καὶ οὐ δυνάμενον ἀποχωρῆσαι,ἀλλ' ἐγκαταλαμβανόμενον, ἀφάμενον φέρειν.Plutarchus De primo frigido,ἀλλὰ πολλοὺς ἐγκαταλαμβανόμενον αἰθίσται καὶ μάχεται. ¶Ἐγκαταλαμβάνειν ὅρκοις Thucydides libro 4 pagina 128(vt alibi καταλαμβάνειν ὅρκοις)Obstringere iureiurādo, Adigere iureiurando.sed hic addit κατ' ἀνάγκην.

c.1.Ἐπικαταλαμβάνω,Occupo, Anteuerto.item Assequor. Budæus ex Platone & Theophr. Item, Opprimo, ex Xenophonte. Vide Comm.pagina 562. Sic pass. Ἐπικαταλαμβάνομαι,Occupor, Anteuertor.

c.1.Περικαταλαμβάνω, Vndique deprehēdo, Vndique cōprehendo. A cuius passiuo Περικαταλαμβάνομαι est περικατάληψις apud Aristotelem De mundo,περικατάληψις ἐστὶ πλήθους. Apud Polybium autem l. 16,

Φίλιππος δὲ ὥσπερ παλαμβάνοντας τῆς καιροῦ, Bayf. vertit, A At Philippus videns se rei occasione impeditum & repentè oppressum.

Περιπαλαμβάω apud Theophr. histor. plantarum. lib. 4, in eadem significatione in qua & ὑπαλαμβάνειν, & de re eadem, καρπὸν δὲ φέρει πολύν, καὶ πᾶσαν ὥραν πυκάζει. οὐ περιπαλαμβάνει γὰρ ὁ τῖλος ἀεὶ τὸν ἴουλον. Et De causis plant. lib. 2, συμβαίνει δὲ διὰ τῆς ὀψιγαρπίας ὑπὸ τοῦ χειμῶνος πυκάζεσθαι οὐ περιπαλαμβανούσας τὴν ὥραν. Quos locos Budæus affert in suo Lexico, (non addita significatione) quum tamen Comment. pag. 562 ex eodem autore ὑπερπαλαμβάνειν afferat de re eadem dictum. quod certè multo aptius esse videtur, imò verò hoc, non item illud, habere hic locum existimo. B

Περιπάλημψις, Deprehensio seu comprehensio, qua aliquem undique deprehendimus, seu comprehendimus. ΒΤ Περιπαλημμένος, Undique comprehensus.

C.2 Προκαταλαμβάνω, Anticipo, Anteuerto, Occupo. Thucyd. libro 3 προκαταλαβεῖν ἐβούλοντο. Theophrast. Hist. plant. lib. 5, εἰ μὴ προκατάλοιτο τὸν τόπον. Herodian. lib. 1, μήπως ἐκεῖνοι προκαταλάβοιεν τὴν Βασίλειον ἑστίαν πρὸ ἀποστάσεως πλειόνων. Et lib. 2 ἐπέσπευδε καὶ τὴν Ῥώμην προκαταλαβεῖν τὴν Βασιλείου ἑστίαν. Apud eundem προκαταλαβεῖν τὸ Βυζάντιον, Politianus vertit Byzantium præsidio occupare. Thucydides dixit etiam προκαταλαμβάνειν aliquos, pro Occupare, id est Antè opprimere. Ex Gregorio autem affertur, εἰ δὲ προκαταλάβοις σαυτὸν τῷ σφραγῖδι, pro Si te sigillo præmunieris. sed malim Anteuertendo præmunieris, vel Ad anteuertendum, seu occupãdum. Inuenitur & pass. præt. significatione actiua, in hoc Metrodori loco, προκατείλημμαί σε ὦ τύχη. quæ Cic. ita vertit, Occupauit te fortuna, atq; cepit. Vide meum lex. Cic. p. 141. C

Προλαπάλημψις, Occupatio, Præoccupatio, Anticipatio.

¶ Est & nomẽ schematis apud rhetores, quum id quod aduersarius arrepturus est aut obiecturus, præsumunt & prius dicunt. Latinè (inquit Rufinus) Præceptio vel Anticipatio dici potest.

C. Λυροποιός, οῦ, ὁ, Qui lyras cōficit, Lyrarum conficiendarū artifex. Plut. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ καὶ λυροποιὸς αὐτὴν ἥδιον λύραν ἐργάσεσθαι. Poll. generalius accipit pro eo qui μουσικὰ ὄργανα quæ appellantur κρουόμενα συμπήγνυσι. ET Λυροποιΐα, ας, ἡ, Lyrarum compactio: seu compingendarum scientia. ET Λυροποιικὸς, ἡ, όν, Lyrarum conficiendarum peritus. Et λυροποιικὴ, lyrarum cōficiendarum peritia. QVAE Λυρωδία Aristophani dicitur, vt habetur apud Poll.

C. Λυροφοίνιξ, species quædam citharæ, vt Hesych. tradit. Athen. lib. 4. ex Iuba de quodam περσικῷ organo, Σύρων ὄρθμα φησὶν εἶναι ὡς καὶ τὰ καλούμενα λυροφοίνικα σαμβύκην.

C. Λυρῳδὸς, ET Λυρικοιδὸς, ἅδος, ὁ ἡ, Lyricen, Qui lyra canit. Agathias schol. Epigr. lib. 4, in Ioannā citharistriā, Φοῖβε σὺ δ' εἰκάθειν ἐλικωνίδα, τὴν λυρικοιδὸν Ῥώμης ἠδὲ Φαρίης, ἣν δὲ κέκυθε κόρις. VNDE Λυρῳδῶς, Lyricè, seu More eorum qui lyra canunt. Hesychio, ψαλμῳδῶς, κιθαρῳδῶς. ET Λυρῳδία, ας, ἡ, Lyræ cantus, Lyrica modulatio.

C. Ἄλυος, ου, ὁ ἡ, Qui sine lyra est, Qui lyram comitē non habet. Plut. De orac. Pyth. ἔρωτες ψυχαῖς ἐμπλῆκτες οὐκ ἀνωφελῶς οὐδὲ ἐπίμωνες ἐκ μεσογείου καὶ ἄλυος καὶ ἀχύρου, Alexis apud Athen. lib. 2, de quibusdam pauperibus, φθόγγος ἡ ἁλίρους θρηνῶδον, ἐπὶ μηδὲν ἐχούσῃ. vbi etiam accipi potest pro Absona à lyræ sono lamenta: vel Absona, Male sonantia. Et ἄλυροι ὕμνοι ex Eurip. In quibus lyra non adhibetur. Ἀλύεος autem nomen proprium apud Plut.

C. Εὔλυρος, ος, ὁ καὶ ἡ, Bonam lyram habens, seu Bene lyra canens, Canorus.

C. Ἡδύλυρος, ου, ὁ, Suauiter lyra canens. In Epig. Πόθος ἡδυλύρης. Ea forma qua dicitur χρυσολύρης.

C. Ὑπαλύεως δόσις, Artīdo apta modulationi. Ex Aristoph.

Λυσίειος, ου, ὁ, Lyricus, Cui lyrica modulatio ineft.

Λυρικὸς, ός, όν, Lyricus. vt λυρικὴ ποίησις apud Athen. Et λυρικὰ ἄσματα liue μέλη, Lyrica carmina, Lyrici moduli. Et λυρικὸς pro poeta lyrico: vt ἐπὶ λυρικοὶ in Epigr. Λυρικὸς dicitur etiam lyricen seu lyræ pulsandæ peritus. in epigr. l. 2, Γράμματα τῶν λυρικῶν Λύδια καὶ Φρύγια, Lydiæ & Phrygiæ notæ lyricinum.

Λύριον, ου, τὸ, Lyrula, Parua lyra. Aristoph. Ran. ἐνίσκαπτε τὸ λύριον. Synes. ep. 148, λυρίου τε τερψιφθόγγου λιπὼν ἡδὺ κτύπημα.

Λυρίζω. Fut. ίσω, Lyra cano, vel ad lyram. VNDE Λυριστὴς, οῦ, ὁ, Qui lyra canit, vel lyræ accinit: vt κιθαριστής. Vtitur hoc vocabulo Plin. iunior (vt Cic. dicit Citharista) in Epist. ad Genit. Quàm multi, quum lector aut lyristes aut comœdus inductus est, calceos ponunt?

C. Αὐτολυρίζω, Ipsemet lyra cano. Erasmus in Prouerb. Ὄνος λύρας, Aliquando (inquit) referunt ad asinum non auscultantem lyram, sed ipsum canere conantem. Lucianus, καὶ μάλιστα ὅταν αὐτὸ μὴ ᾄδοντα εἶναι λάθῃ, ὄνος αὐτολυρίζων φασὶ, id est, Maximè si quādo canit, cupitque festiuus ac lepidus videri, asinus (vt aiūt) ipse lyra canens.

ΛΥΣΣΑ sive Λύττα, ης, ἡ, Rabies. propriè de canibus dicitur, & significat furorem illum in quem sub canicula maximè aguntur, omnium animalium soli, vt scribit Galen. lib. 6, De loc. affect. differēs de vteri affectionibus. Plut. De solert. anim. loquēs de cane, λόγον ἔχει καὶ διάνοιαν ἡμέρου καὶ φαύλου τὸ ζῶον, ἧς παραπομπὰς, καὶ συλλογισμὸς καὶ λεγομένην λύσσαν καὶ μανίαν πάθος ὀδύνης. Dioscor. lib. 7, c. 2, σωτηρίως ἁλίσκεται τῇ λύσσῃ ὁ κύων. Transfertur cum ad homines, tum ad reliqua animalia quæ per cōtagionem ex rabidi canis morsu mente abalienantur, & furorem pariter animo cōcipiunt. id quod vtplurimū euenit die post canis morsum quadragesimo, quēadmodum Dioscor. lib. 6 copiosissimè explicauit. Eam affectionem in homine ita contractam à venenata quādam qualitate, non μανίαν, non φρενίτιδα, sed λύσσαν, perinde atque in cane, medici appellarunt, vt Gorr. docet. Dicitur etiam de impetu quodā furibundo qualis canum rabidorum esse solet: seu ὁπποιαδήποτε μανία, vt Ammonio placet. Il. ι, de Hectore, Μαίνεται ἐκπάγλως, πίσυνος Διὸς υἱέϊ πάντα Λητόος, οὐδὲ θεοῖς, κεραπὴ δέ ἑ λύσσα δέδυκεν.

Et paulo pòst, Νεῶν γὲ χ' Ἕκτορ' ἕλοις, ἐπὶ δὲ μάλα πῦρ ἀϊδὸν ἕλῃσι Λύσσαν ἔχων ὀλεσίν. Il.φ, de Achille persequente Troianos vsque ad mœnia, ὁ δὲ σφιδανὸν ἔφιτ' ἔχει, λύσσα δέ οἱ κῆρ Αἴσιν ἔχε κρατερὴν, μεμάασι δὲ κῆδος ἀρέσθαι. Luc. De calumn. χωλαίον ὑπόθερμον καὶ ἀδηκτικώτερον, ᾧ δὲ πολὺ λύττας καὶ πολὺ ὀργιλώτερα ἀγανύουσα. Plut. περὶ ἀδηφαγίας, lib. ι, ὑμᾶς δὲ πῶς τῶν πρὸς λύσσα καὶ πρὸς εἶδος μαφροντίσας; ‖Est & vermiculus in lingua canum qui vocatur à Græcis λύσσα: quo exẽpro infantibus catulis nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Idem ter igni circunlatus datur morsis à rabioso, ne rabidi fiant. Plin. l. 29, c. 5. Etymol. λύσσαν dictam vult ἀπὸ τοῦ λύειν τὸν λογισμόν. A

C. Λυσσάδηκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, A rabido cane morsus. ὁ ὑπὸ κυνὸς λυσσώντος δηχθείς, vt Dioscorid. loquitur. Idem, λυσσάδηκτος δήγματος ἀμείζων καὶ ἕξικεν πταισμόν. In Geopon. de brassica, κυνοδήκτοις καὶ λυσσοδήκτοις τὸ σπέρμα αὐτῆς ἢ τὰ φύλλα ἰᾶται πεπεμμένα, εἰ ὄπτιον ἐν. Sicut apud Plinium, Epicharmus autor est satis esse brassicam contra canis rabiosi morsum imponi. B

C. Λυσσημανής, ές, ὁ καὶ ἡ, In rabidum furorem actus: vel Rabidus præ furore, ὑπὸ μανίας λελυσσακώς, vt à Suida exponitur hoc in loco, Ῥαιβώσσης ἕνεκεν λυσσημανὴς πλοκάμοις. Et λυσσημανὴς κακὸν apud Dioscor. Malum quo quis rabido furore corripitur, seu quo quis in rabidum furorem agitur. C

C. Λύσσον, ου, τὸ, Alysson, herba apud Dioscor. lib. 3, cap. 105, quæ videtur & λύσσαν κυνὸς ἰᾶσθαι, vt ipse scribit: vnde & nomen inuenit. Plin. lib. 24, c. 11, de erythrodano, Distat ab eo qui alysson vocatur, foliis tantùm & ramis minoribus. Nomen accepit quòd à cane commorsos rabiẽ sentire non patitur, potus ex aceto adalligatusq;. D

Λυσσαλέος, ουρὰ, Rabidus. Nonn.

Λυσσώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Rabidus. Rabiosus. Il. ρ. Ἦ ῥ' ὅγ' ὁ λυσσώδης φλογὶ εἰκέλος ἠλάσκαζεν Ἕκτωρ. Item Rabiosus, vel Ad rabiem agens: vt Λυσσώδης νόσος apud Soph. in Philoct. Λυσσώδεις apud Hippocr. Furibũdum. Gorr.

Λυσσήεις, εσσα, ὁ, Rabidus, Rabiosus, Furiosus. μανιώδης, Hesychius.

Λυσσάω SIVE Λυσσάω, Rabo seu Rabio. In rabiem actus furo. propriè canum. Plut. De solert. anim. ὁπόταν χολὰς λυσσώσας κυσίν. Luc. Nigr. οἱ περὶ τοὺς κυνῶν τῶν λυσσώντων δηχθέντες, οὐκ αὐτοὶ μόνοι λυσσῶσιν, ἀλλὰ κἂν πῖας ἵππους καὶ αὐτοὺς ἐν τῇ μανίᾳ τὸ αὐτὸ τοῦτο δρᾶσθαι, καὶ αὐτοὶ ἔκφρονες γίγνονται. Dioscor. lib. 7, c. 2, λυσσᾷ δὲ ὁ κύων ὡς ὀλίγα παλαὶ μὲν ἐν ταῖς ἀφροβατούσαις καύμασιν, ὁπόταν δὲ καὶ ἐν ταῖς ἀρισταμήναις κρύσει. Dicitur aliquando & de lupis. Theocr. Idyll. 4, Πείσαις τοι Μίλων ἐς τοὺς λύκους αὐτίκα λυσσῆν. Metaphoricè homines & affectus humani quoque λυσσᾶν dicuntur quũ furibundo quodam impetu in modum rabidi canis aguntur. sicut verbum Latinum apud Varronem, quum ait, Quid est quod blateras? quid rabis? Cæcilius, Aut rabie rabere se ait. Philo De vita M. lib. 1, τὰς ἄλλων μόνον παθῶν ἕκαστον ἐξ ἰαυτοῦ μαινόμενος καὶ λελυσσηκὼς φύσει πλανᾶσθαι καξημεροῦν ἐφράσθη, perturbationes insanas per se & rabidas. Plut. ad Colot. φαντασίας, ἃς λυσσῶντες ἢ κορυζῶντες ἢ κοιμώμενοι καμβαίνουσι. Synes. ep 98, λυσσᾷ πρὸς τὸν ἀκροατήν, rabie corripitur ad auditum. Plato lib. 1 De rep. λυσσῶν καὶ ἄγριος διακείμενος, rabiosus & agrestis. Itẽ λυσσάω πρὸς, rabido impetu feror ad. Phocyl. Πολλοὶ γὰρ λυσσῶσι πρὸς ἀλλοτρίους μέλεσι ἔρωτες. ‖ Λυσσῶ, Singulticio. v. l. pro quo dicitur poetice λύζω. AT Λυσσάω, Multa loquor, nam λυσσῶν Hesychio est πολλὰ λαλῶν. E

Λύσσημα, ατος, τὸ, Rabies, Furor. Eurip. Oreste. F

Λυσσητὴρ, ῆρος, ὁ, Qui rabit, Rabidus, Rabiosus. λυσσώδης, μανιώδης. Il. θ, Τοῦτον δ' οὐ δύναμαι βαλέειν κύνα λυσσητῆρα. Ad quem locum respiciens Plut. Symp. 8, probl. 9, dicit, τὸν κύνα λυσσητῆρα δηλοῖ, ὃν ἐπὶ τῇ πολλῇ πόνου συνεπιτείνεσθαι καὶ ἀπήνασθαι λυσσῆν λέγοντες.

Λυσσάω, Rabie agor, Rabido impetu feror.

Λυσσὰς, άδος, ἡ, Rabida, Rabiosa. Plut. De aud. poem. φάσκων τὴν Ἄρτεμιν ἐκ τοῦ διὰ πέτρου μαστάδα, δυάδα, φοβάδα, λυσσάδα. ‖ At Λυσσὰς πέτρα, Rupes, seu Saxum præruptum & altũ, alius est originis, fortassis à ΝΟΜ. Λυσσοὶ, quod ab Hesychio exponitur ὑψηλοὶ πόνοι, pro quo scribitur & λυσσοὶ, G

sicut apud eundem reperio, λισσὸν, αἴσσης, λόπημον, ὑψηλόν: quemadmodum βύσλος & βίκλος in eadem signif. scriptum reperiri tradit Eustathius. Apud Theocr. in Dioscor. Εὗρον αἰγίτας κραναὰς ὑπὸ λυσσάδι πέτρᾳ ὕδατι πιπλησθείσας ἀκηρέτῳ. Et subst antiuè apud B. ex Plut. κρημνῶ ὀλισθήματα καὶ λισσάδες αἰχμηεῖς ἐχόντων.

Λυσσάω, In rabiem ago. Et λυσσάομαι, In rabiem agor, Rabie percellor, Rabie inflammor. Phocyl Μὴ μεγαληγορέειν σοφὸν, φρένα λυσσοδιώκης. ‖ Λυσσάω dicitur etiam pro λυσσάω. poetarũ more, qui ὁράω dicunt pro ὁρέω, & κομάω pro κομέω. vnde in Epigr. λυσσάων pro λυσσέων.

Λύσσομαι, Rabo seu Rabio, Rabie agitor, Furo. nam λίσσεται Hesychio est μαίνεται. VNDE Δυσσάμενος videtur deduxisse qui in v. l. exponũt Insaniens, in hoc loco Herodoti, λυσσάμενος Ῥοδώπιν, Rhodopidis amore insaniens. quæ verba sunt ex Euterpe, vbi sic legitur, Χαράξος δὲ ὡς λυσσάμενος Ῥοδώπιν ἀπικόσιος ἐς Μιτυλήνην, ἐν μέλλει Σαπφὼ πολλὰ κατικερτόμησεν. Sed ibi λυσσάμενος significare Redimens, Liberans, à verbo λύομαι, patet ex præcedẽtibus, vbi dicit, ἐλύθη χρημάτων μεγάλων ὑπ' αὐτοῦ Μιτυληναίων Χαράξου. Et vt dem, λυσσάμενος posse esse à λύσσομαι vt λθίσω à λθίσσω, durè tamen diceretur λυσσάσθαι γυναῖκα, pro Insano amore deperire.

ΛΥ'ΧΝΟΣ, ου, ὁ, Lychnus, Lucerna, Lumen. Xen. Symp. ὁ μὲν λύχνος διὰ τὸ λαμπρὰν φλόγα ἔχειν, φῶς παρέχει. Athen. l. 11, λύχνον ἐκ τῆς ἱστορίας ἐξηρτημένον αἰσιχυλίδας ἔχοντα καὶ φλόγας. qualiter apud Virg. Æn. 1, — dependent lychni laquearibus aureis Incensi, & noctem flammis funalia vincunt. Od. τ, Χρύσεον λύχνον ἔχουσα, φάος θεσπέσιον παρέχουσα. vbi tamen & aliter exponitur, vt infrà dicetur. Plut. περὶ δυσωπίας ex Demosth. τὴν ποίησιν τὴν ἥλιον ἰδόντες οἱ μὴ δεινάμενοι φέρειν τὸν λύχνον αἰσχύνονται; vt apud Cic. Lux longè alia est lychnorũ & solis. Aristoph. Nub. Ἔλαιον ἡμῶν οὐκ ἔνεστ' ἐν τῷ λύχνῳ. Et δίμυξος λύχνος Athen. lib. 15, ex Metagene, Lychnus duobus lucens myxis seu ellychniis. Item cum verbis. vt ἅπτειν λύχνον, accendere lychnum. Aristoph. ἅπτε τὸν λύχνον. Idem Nub. — τί δῆτα μοι τὸν πτίλον ἤπτες λύχνου; Et in pass. λύχνος ἡμμένος apud Thuc. lib. 4, p. 164, Sic Galen. ὥσπερ λύχνων ἡμμένων, quod Apul. & Macrob. Prima face. Et ex Herodoto, περὶ λύχνων ἀφαὶ, sub crepusculũ vespertinum. Theophr. De lignis tempestatum, ἐὰν λύχνος ἅπτηται μὴ ἐθέλῃ, χειμῶνα σημαίνει καὶ ὅταν ἡ φλὸξ ἀστραβῇ, vt alibi dicit. Vnde Plinius, Lumina quum ex sese flammas elidunt aut vix accenduntur, tempestates nuntiant. Et καπνῶν ὁ λύχνος apud Xen. Sic apud Plut. in Quæst. Rom. ὅπου καὶ λύχνος ἔκειτο καπνίζων. Paus. Att. ἐμπλήσαντες τὸν ἐλαίου τὸν λύχνον. sicut apud Plut. in Pericle, οἱ τὸ λύχνου χρείαν ἔχοντες ἐλαίου ὀλίγου δεήσουσιν. Et in Polit. præc. ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς λύχνους θερμοῦ ὕδατος, ἐλαίου δὲ μὴ ἐγχέωσι. vbi dicit θερμοῦ ὕδατον λύχνου seu (vt in Sympos. loquitur) ὅτι τοῦ λύχνου φαιδρότερος μύκησαι, vt Plautus, Lychnum emunge parũper. Et σβεννύναι, τὸν λύχνον, extingere lychnũ. seu lucernam. Epigr. lib. 2, ἔσβεσε τὸν λύχνον μῶρος. Aristoph. Pluto, ὅτε λύχνος ἀπεσβέσθη ἡμῖν παρήγγελε καθεύδειν. Plut. Symp. 7, μετὰ λύχνον ἐώθασι ἀποσβεννύναι μετὰ τὸ δεῖπνον. Idem in Quæst. Rom. λύχνον οὐκ ἐσβέννυσαν, ἀλλ' αὐτὸν ὑπ' ἰαυτοῦ ἐπιλιπόντα μαραινόμενον. Idem Symp. 7, ἀποκηρῶν τις λύχνους ἀποσβεσθέντας. Ab Homero autẽ λύχνος accipi pro λαμπὰς & δαὶς, testatur Hesych. sicut & Eust. in loco suprà citato exp. λαμπήνῃ. ‖ Est & cognomen meretricis apud Athen. sicut λαμπὰς & λαμπάδιον. ‖ Hesych. λύχνος est etiã ἰχθὺς κάλλιστος. vt λυχνὶς infrà. Idẽ λύχνον exp. βάχελον. Cæterùm in plur. per metaplasm. reperitur ETIAM Λύχνα, sicut σταθμὰ à σταθμός, ζυγὰ à ζυγός. citátque Athen. ex Herodoto, de Mycerino rege Ægyptio, λύχνα πυρσεύοντα πολλὰ, ὅτου ἂν ἥδιστα τύχῃ, πίνειν καὶ διατρίβειν. Vide etiam λυχνοκαΐα & λυχναυπία. Dictũ autem volunt λύχνον παρὰ τὸ λύειν τύχος, hoc est σκότος.

C. Λυχνόβιος, Qui ad lychnum vitam transigunt: in eos qui præposterè ad lychnum ea tractant quæ interdiu debebant. Seneca epist. Nil consumebat nisi noctem. itaque crebrò dicentibus illum quibusdam auarũ & sordidum, Vos (inquit) & λυχνόβιον dicetis. id est (inquit B.) lucifugam & noctuini generis, quasi lucernarium. M

C. Λυχνοκόπος, υ, ὁ καὶ ἡ, Lychni vorator: vel Ellychnii vorator:

rator. vt λυχοζόρος μῶς in Epigr. Insidiatur enim animal illud lychnis & ellychnijs propter oleū, vt testatur Homer. in Batrachom. quum ait, Σπέρματα βλάπτοντες ἠ λύχνας ἔντε ἐλαίου. A

C. Λυχνοκαΐα, ET Λυχνοκαυσία, ας, ἡ, Lucernarum accensio, Lychnorum seu luminum accensio. Λυχνοκαΐα est festum quoddam Ægyptiorum, cuius his verbis meminit Herodot. in Euterpe, ἐς Σαΐν δὲ πόλιν ἐπεὰν συλλειβῶσι τὴν θυσίην ἐν τῇ νυκτὶ λύχνα κάουσι πάντες πολλὰ ὑπαίθρια περὶ τὰ δώματα κύκλῳ τὰ δὲ λύχνα ὅδε ἐμβάφια, ἁλὸς καὶ ἐλαίου ὁτεοῦν πολλῆς δὲ ἐπιστὰς αὐτὸ τὸ ἐλλύχνιον, καὶ τὸν κάλαθον B πανύχιον· καὶ τῇ ὀρτῇ σύτερμα κέκληται λυχνοκαΐη. Meminit & Ioseph. contra Appionem. De λυχνοκαυσία autem hæc extant apud Athenæum, libro 15, λύχνα δὲ οὐδεπώποτε εὗρεν Ἡρόδοτος· λυχνοκαυσίας δὲ, ὡς πολλοὶ λυχναψίας, Κηφισόδωρος.

C. Λυχνοποιός, οῦ, ὁ, Qui lychnos seu lucernas conficit apud Aristoph.

C. Λυχνοπώλης, ου, ὁ, Lychnorū seu lucernarū venditor. Idē.

C. Λυχνοφόρος, ου, ὁ, Qui lychno præluceat, Qui lucernā præfert. Athen. lib. 5, ἐκάουσαν διώκοντες ἡλίου παῖδες οἰκουρεῖν, ἢ C μετὰ λυχνοφόρου μαδίνα φοιτᾶν.

C. Λυχνάπτης, ου, ὁ, Qui lychnum seu lumen accendit.

ΑΤ Λυχναψία, ας, ἡ, Lucernæ seu luminis accensio. Idem quod λυχνοκαΐα siue λυχνοκαυσία, quod vide.

C. Λυχνοῦχος, υ, ὁ, Qui lychnum tenet, Qui lumen sustinet. Accipitur pro face. Item pro Lucerna. vnde exponitur λαμπαδηφόρος, λαμπτήρ & φανός. Apud Athen. lib. 15, sub finē, de dipnosophistis è conuiuio discessuris, ὁμοῦ πως ἤλπε γε, Παῖ λύχνον· εἰ δὲ λυχνία· οἱ δὲ λοφνίαν, (i. ἢ ἐκ φλοιοῦ λαμπάδα) ὁ δὲ παῖον ἄγε δὴ φανόν· ὁ δὲ λυχνοῦχον, ὁ δὲ λύχνον καὶ D δίμυξον ἢ λύχνον ἕπαρος, ἄλλος δὲ ἐλαίου: accipientes nimirū synonymos hæc vocabula pro face seu lucerna qua præluceret conuiuis domum à cœna redeuntibus. Ac pro face siue lucerna aut potius laterna incluſum lychnū habente accipitur in loco qui paulo pòst ea verba ex Alexide affertur, Ὁ πανοῦργος ἀνὴρ ὡς ἔοικε λυχνοῦχον πέπεται τῆς νυκτὸς, ἵνα τις κλοπίμων ἡμῖν δειπνήσων. Plut. Symp. 7, probl. 7, de philosopho è conuiuio fugiente, ὑπὸδεῖ δειλοῦ τοῦ ἀνὴρ τὸν λυχνοῦχον ἅπαντα. A Plinio accipitur pro lychno, aut candelabro. lib. 34, c. 3, De candelabris & E templorum ornamentis, Placuere & lychnuchi pensiles in delubris, aut arborum modo mala ferentium lucentes. Apud Cic. autem in Epist. ad Qu. fr. Hanc scripsi ante lucē ad lychnuchum ligneolum: scribitur etiam Lychnum.

C. Ἐλλύχνιον, υ, τὸ, Ellychnium: funiculus papyraceus siue sparteus, cannabinusue aut stupeus, qui fistulæ in lychno erectæ immissus vritur. quē vsum præstant & arborum quarundam medullæ. Poll. lib. 10, τὸ δὲ ἐμπλήμα- F τον τοῦ λύχνου, θρυαλλὶς, ἐλλύχνιον, φλάμος. Exemplum ex Herodoto habes paulo antè in Λυχνοκαΐα, ex Dioscor. paulo pòst in λυχνίτης. Ἐλλύχνιον, Ellychnium, (inquit Gorr.) apud antiquos certum quoddam materiæ genus fuit quod ad funiculos lucernarū aptissimū erat. Id quod ex Galeno apparet qui eiusmodi ellychnio spōgiæ etiam loco vti iubet lib. 14 Meth. med. præsertim mollissimo, quale (inquit) est Tharsense. cui etiam vis ineſt (vt ait lib. 13) vlcera quæ supercrescunt submittendi. Verùm quale hoc ellychnium fuerit, nō cōstat mihi, nec Plin. prodidit, quum tamen multorum aliorum ellychniorum mentionē faciat, vt eius quod ex vua ricini fiebat, præcipuæ claritatis: præterea papyracei, & alterius ex phlomide compositi, quam ob id λυχνίτην appellant. G

VNDE Ἐλλυχνιώδης μοῖρα, siue Ἐλλυχνιῶδες, linamenti genus apud chirurgos: sic dictum vel quòd in ellychnii formam componeretur, vel (quod verius est) ex eadem materia constaret ex qua ellychnia olim fiebant. Gorr.

ET Ἐλλυχνιοειδής, ές, Ellychnium habēs, Funiculo instructus. Dioscor. lib. 1, cap. 97, de fuligine picis liquidæ, εἰς λύχνου χαρὸν ἐλλυχνιοειδῆ μᾶλλον, δεῖ τι τῆς πίσσης. ἄμεινον.

Λυχνῖτις ET Λυχνός, Lapis pellucidus. ὁ διαυγὴς λίθος Hesychio. idem ille qui & λυχνίτης, species pyropi & carbunculi. Athen. lib. 5, ἀγάλματα ἐκπωτικὰ λίθου λυχνίου.

‖Λυχνός accipitur etiam pro face aut lucerna, vt videre est in Λυχεῦχος.

Λυχνεῖον, ου, τὸ, Basis lychni, seu Candelabrum. idē quod λυχνία, vt testatur Athen. lib. 15, sub finem, citans ex Pherecrate. Τίς τ' λυχνείων ἢ ῥητορικὰ Τυρρηνικά. & ex Aristoph. Equit. τῶν δ' ἀκοντίων Σωσεωῖται ἑρπὰ πεῖα, λυχνείῳ χρώμενα. Et ex Diphilo, Ἄψαπτε λύχνον, λυχνεῖον ἐξπτῶμαι. Euphorion ibidem narrat Dionysium iuniorem Τα ἐρετμὰ νεὼς εἰς τὸ ὀρυπτεῖον αἰαζῆναι λυχνεῖον διωκάμορον καίειν πεσόντας λύχνους ἴσους ὁ τῶν ἡμερῶν ὅσιν ἀριθμὸς εἰς τὸν ἐνιαυτόν.

ET Λύχνιον, ου, τὸ, itidem pro λυχνία: quod Eust. ex veteribus tradit σπαροξυνώδη, sicut θύειον, λύειον. apud eundem tamen reperio λυχνίον scriptum in loco Aristoph. paulo antè citato, & apud Hesych. ac Ammonium: sed existimo scribēdum aut λύχνιον, cum Eust. vt λύειον: aut λυχνεῖον, secūdū formā τῶν ἐξεικονικῶν: vt dicitur λοφεῖον & λόφιον. Athen. lib. 5, ex Dioclide, Πολύκλειτος δὲ [διαμαίζεται] ὅτι τῶν λυχνίων τῶν κατασκευασθέντων τῶν Ἥρᾳ, Λυχνία, ας, ἡ, Candelabrum. Philo De vita M. lib. 3, ἐν δὲ λυχνίαις ἐν ταῖς τοπίοις, candelabrum austrum versus collocauit. Eodem lib. πρὸς κάδωνον, πρὸς λυχνίαν, τὸ ζωματόμιον. Apud Hesych. scribitur ET IAM Λυχνεία: sed apud Eust. Λυχνία, quam & veram esse scripturam existimo.

Λυχνιαία φλόξ, Lucernæ flamma. Alex. Aphr.

Λυχνίς, ίδος, ἡ, Lucernula. ‖Λυχνὶς à Theophr. Hist. pl. lib. 6, sub finem, numeratur inter flores æstiuos. Dioscor. lib. 3, c. 114, describit λυχνίδα στεφανωματικὴν, dicens esse αὐτὸς ὅμοιον λευκοΐῳ, ἐμπύρφυρον, πολυπέταλον εἰς τὸ στεφανωτικὸν similem esse πρὸς ἀγρίαν λυχνίδα. A Plinio inter rosas coronarias censetur lib. 21, cap. 4, Est & quæ Græca appellatur à nostris, à Græcis λυχνὶς, nō nisi in humidis locis proueniens, nec vnquam excedens quinque folia, violæ magnitudine, odore nullo. Idem & ἀγρίας λυχνίδος meminit (quā antirrhinon quoque siue anarrhinon vocari scribit) similis lino, radice nulla, flore hyacinthi. Λυχνὶς ἀγρία dicitur etiam à quibusdā τὸ ἐπιπόλαιον, vt ex Dioscor. tradit Gorr. qui ipsam στεφανωματικὴν λυχνίδα à Romanis genicularem seu ballariam vocari scribit: à Plinio autem quodam loco flammeam cognominari, alibi rosam Græcam. ‖Λυχνὶς gemma quædam quā Dea Syria in capite gestat, vt Luc. narrat, ἀφ' ἧς ὁ νυκτὸς φῶς πολὺ ὑπολάμπει, ὥστε δέ οἱ ὄνυξ ἅπας εἶναι ὥστε λύχνιον φανῆναι. ὁ ἡμέρη δὲ τὸ μὲν φέγγος ἀφανίει, ἰδέλω δ' ἔτι καρπὸν πυρρώδεα. is esse videtur idem lapis qui λυχνὶς & λυχνίτης. VNDE Λυχνίδιον, υ, τὸ, Paruus lychnus, Lucernula. Luc. Tim. ὦ ἐμοὶ ἀθάρατον τὸ μικρόσωμον λυχνίδιον, καὶ δι' ἁλὸς θρυαλλίδιον, ἐπαχυνθὲν ἐλαίῳ τοῖς πένησι.

ET Λυχνίσκος itidem Paruus lychnus. Lucernula. Item piscis quidam. Luc. De vera hist. lib. 2, ἰχθῦς δὲ ἔχουσι πολλοὺς, τοὺς μὲν ἁλοὺς ποικιλόπους, τοὺς δὲ μικροὺς, αὐθράξ, πυρρωδεῖς. ἐκάλεσαν δὲ αὐτοὺς λυχνίσκους.

Λυχνίτης, υ, ὁ, q. d. Lucernarius. ‖Λυχνίτης λίθος, Lychnites lapis. Plin. lib. 37, c. 8, Ex eodem genere ardentium lychnites appellata à lucernarum accensarum præcipua gratia. Probatissimā in Indis nasci scribit, & à quibusdam remissiorem carbunculum dici. Forsan eadem est gēma quæ Luciano λυχνὶς. Marcell. empir. λυχνίτιδι à Latinis dici carbunculū scribit. Ab eodem Plinio λυχνίτης marmoribus accēsetur, lib. 36, c. 5, Omnes autem tantùm cādido marmore vsi sunt è Paro insula: quem lapidē cœpere lychnitē appellare, quoniā ad lucernas in cuniculis cæderetur, vt autor est Varro. qualis esse videtur λυχνὶς paulo antè. ET Λυχνίτης πόα, Herba lucernaria, vt Marcell. empir. vocat πόαν φλόμον, hoc est verbascū. Dioscor. lib. 4, c. 104, de φλόμου generibus, ἢ περὶ φλομὶς ἡ καλουμένη λυχνίτης, ὑπό δ' ἔνιων θρυαλλὶς, εἰς ἐλύχνια χρησίμη. Vndè Plin. lib. 25, c. 10, de verbasci generibus, Tertia lychnitis vocatur, ab aliis thryallis, foliis ternis, aut quum plurimùm quaternis, crassis pinguibúsque, ad lucernarum lumina aptis.

Λυχνιῶν, ῶνος, ὁ, Lychnorum seu lucernarum repositoriū. Luc. οἰκέσας ἢ αὐτοῖς [videl. ταῖς λύχνοις] καὶ λυχνιῶνας ἱδρυ- H κάσω ἐπιτοίνυτα.

Λυχνόω, Præluceo. Areth. in Apocal. 905, λυχνόωσαι πρὸ εἰσαγομένου. B.

Λυχνώματα autem à medicis vocari ex quæ Aristophani sunt ὀφθάλμια, retuli suprà ex schol. Aristoph. in λαμπάδιον, quod vide.

Λ Υ Ω, Fut. ύσω, Soluo. Hom. Odyſſ. δ, v. 35, — ἀλλὰ λύ' ἵππους Ξάνθον. (qua in ſignif. antea dixerat καταλύειν, vt vult Euſt. At paulo poſt locum illum in quo vſus eſt ſimplici λύειν, vtitur compoſito ὑπολύειν, addens & genitiuum ζυγοῦ, de eadem re alioqui loquens, v. 39. Οἱ δ' ἵππους μὲν λῦσαν ὑπὸ ζυγοῦ ἰδρόωντας) Sic dixit & Xen. Pæd. 3, ἔργον μὲν γυναικὸς λῦσαι ἵππους, ἔργον δὲ χαλινῶσαι. Refertur autem hoc ad id quod dixerat, πεδιομώους γὰρ ἔχοιμι τοὺς ἵππους ὅτι τοὺς φάτνιους. Vt autem hic dicit de equis λύειν πεδιομώους, ita αἰχμαλώτους, id eſt de hominibus captiuis, λύειν δεδεμένους. Quem locum habes pagina 43 meæ editionis, illum autem pag. 48, circa principium. (Atque vt dicunt λύειν δεδεμένους, ſic etiam λύειν ἐκ δεσμῶν, ſeu ἀπὸ τῶν δεσμῶν. itidémque in paſſ. λυθῆναι ἀπὸ τῶν δεσμῶν, apud Herodotum. Interdum autem omittitur præpoſitio) Porro vt in illo Homeri loco dicitur de equis currui iunctis, λῦσαι ὑπὸ ζυγοῦ, ſic & de bobus aratro iunctis. Latini verò dicunt inuerſa etiam orationis ſtructura, Iugum bobus ſoluere. Catullus dixit & Iuga reſoluere leonibus. Virgilius, Equûm colla ſoluere. Sed dicitur & ſimpliciter λῦσαι βόας, ſeu βόι, vt loquutus eſt Heſiodus in Erg. Δμῶας αἰτάψῃ φίλα γουνάτα, καὶ βόι λῦσαι. Et λύειν τὸ σῶμα, Plut. vt Latinè Soluere nodum: in Alexandro, τὸν Ἀλέξανδρον ἀμηχανοῦντα λῦσαι, δέξασθαι τῇ μαχαίρᾳ τὸ σύσσωμα. Et λύειν πείρας, ſeu τὴν κόμην, ſoluere crines, ſeu comam. vnde apud Herodianũ in media voce λυσαμένη τὰς πείρας. quod ibi redditur participio paſſiuo, Solutis crinibus. Item Λύειν ζώνην, vt Latinè Soluere zonam. Sed dicitur ζώνην ſeu μίτρην λύειν non ſolùm is qui virginitatem eripit: (vt apud Muſæũ, Ὃς ἐμὲ πρῶτ' ἔλυσε μίτρην ὁ δ' αὐτίκα λύσατο μίτρην) ſed & illa cui eripitur: atque adeo dicebantur & in primo puerperio mulieres λύειν ζώνην ſeu μίτρην. (VNDE Λυσίζωνες vocata ea quæ virginitatem amiſerat. Dicta verò hoc nomine & ipſa Artemis, SEV λυσιζώνη, vt apud ſchol. Apollonii ſcriptum eſt) cuius rei à me facta fuit mentio & in Ζώνη. Λύειν cum quibuſdam nominibus, vel Soluere, vel Reſerare, ſeu Aperire. vt λύειν τὸ στόμα, apud Iſocr. Soluere os, quod & Reſoluere os ſeu ora poetæ dicunt. (dixit verò & Soluere linguam Naſo) Et λύειν τὰ γράμματα pro τὰ apud Euripid. Reſerare literas: pro quo potius Reſignare. Affertur & λύειν τοὺς ἀποθήκας ex Greg. pro Aperire horrea.

Λύειν pro Soluere, id eſt Laxare, Remittere, vt λύειν τὰς ἰωὰς apud Sophoclem.

Λύειν pro Soluere, id eſt Liberare. vt λύειν κακότητος, Hom. Liberare miſeria. Sic apud Heſiodum, καὶ ἐλύσατο δυσφροσυνάων. Vt autem dicitur λύειν τινὰ δυσφροσυνάων, ita & λύειν δυσφροσύνας, q. d. Soluere mœrores pro Diſcutere. Tale eſt apud Homerum de ſomno λύων μελεδήματα θυμοῦ. quod Ouidius ad verbum de ſomno itidem, Soluere curas. Sic etiam λύειν νόσον apud Plut. Symp. 4. τίς ἰατρεία, τῶν διαπύρων οὕτω ῥᾳδίως καὶ ἀφτλῶς νόσον ἴλυσιν; Celſus Ebrietatem ſoluere dixit pro Diſcutere. Luc. dixit etiam λύειν τὴν ἀπορίαν διεμβῶ pro Leuare illi inopiam & quaſi diſcutere. Sed quod attinet ad eum vſum verbi λύω quo pro Libero ſumitur, ſciendum eſt Polybium ita eo vſum eſſe vt Latini vtuntur quum dicunt Liberare fidem. ita enim ille, οἷς δὲ τῶν πρεσβευτῶν, οὐκ πρὸ ὁμήρου οὐδ' ἐλπίδος οὐδεμιᾶς ἦδη, καὶ τῶν φίλων ἀπολελοιπότων, πάλιν ἀνέκαμψε, καὶ λαῶν τὸ κατάλειφθεν, αὖθις ἀπλύτου, νομίζων ἄλογον αἰσχρότητος ἀπηρτῆσθαι τὴν πίστιν καὶ λελυκέναι τὸν ὅρκον. Quo ex loco Cicero, Polybius (inquit) bonus autor in primis, ſcribit, ex decem nobiliſſimis qui tunc erant miſſi, nouem reuertiſſe, à ſenatu re non impetratâ: vnum ex decem, qui paulo poſt quàm egreſſus erat è caſtris, rediſſet, quaſi aliquid eſſet oblitus, Romæ remanſiſſe. reditum in caſtra, liberatum ſe eſſe iureiurando putabat. Alibi autem de eodem loquens, dixit Solutum iureiurando. Ita ille: ſed crediderim non malè & ſic, adhibendo actiuum verbum interpretationi, redditum in, Putabat ſe fidem iureiurando datam (vel, iuriurandi fidem) liberaſſe. nam Iuſiurandum liberaſſe, dicere non auſim. At verò Soluiſſe iuſiurandum, contrariam potius ſignificationem haberet: ſicut & Soluere fidem pro Frangere, à Terentio poni videmus.

Λύειν apud Ariſtot. Soluere. ea in ſignif. qua dicitur Soluere quæſtionem, vel Diſſoluere interrogationem, ſumpta metaphora ab iis qui nodum aliquem ſoluunt. Tale eſt & λύειν τὸ αἴτημα apud Lucianum. Sed & λύειν ὄνειρον, quod Homerus κρίνασθαι ὄνειρον, Euſtath. ¶ At λύειν νείκεα apud eundē Hom. (vt λύειν παλαιὸν ἔχθος ἀμφοτέρων, Epigr. libro 1) eſt Controuerſias dirimere, Lites componere. quod fit itidem velut ſoluendo rei controuerſæ nodum. quali metaphora dixit Horatius Implicitus litibus. Apud eundem legimus & Litem lite reſoluere. ¶ Λύω, Soluo, & Crimen diluo, inquit B. afferens ex Æſchine, καὶ παραχρῆμά φησιν ὡς ὅτι πλουτῶν τὰς ἀποδοχὰς λύσει τὸ ἀδίκημα. Ex eodem, ἐπειδὰν τῇ μετέπειτα ψήφῳ μὴ λυθῇ τὸ ἀδίκημα. pro Quum primo ſuffragio non abſolutus fuerit reus τὸ ἀδίκημα. Cicero dixit etiam Soluere crimine. In v. l. affertur & λῦσαι τὰς ἁμαρτίας ex Ariſtoph. pro Diluere, quum ego contrà putem eſſe potius Condonare. ¶ Cæterùm λύειν affertur in illis pro altera etiam ſignificatione verbi Diluere: ex Galeno ad Glauc. λύει γλυκεῖ τοὺς κυκλίσκους, paſtillos diluere paſſo, ſeu macerare. quod & ἐκλύειν ibi dicit.

Λύειν pro Soluere ſeu Diſſoluere. vt λύειν μέλη, & λύειν ἄψια apud Hom. Soluere membra, id eſt, membrorum quaſi compagem diſſoluere. Et λελυσθαι γόνατα dicit itidem quæ fathiſcunt ſeu labant. vt Virgil. loquitur. Pertinet verò ad illa loquendi genera λύειν μέλη & λύειν ἄψια, necnon λύεσθαι γόνατα, quod apud eundem Virg. habetur, Torpor ſoluit membra formidine, & Soluuntur frigore membra. (Quò pertinet & λελυμένος apud Gregorium de paralytico, ᾧ δὴ κλίνης ἐρρίφθω παρειμένος καὶ λελυμένος) Idem Hom. dixit Il. β, — καὶ ἀπάρτια λέλυται, pro Et rudentes ſoluti ſunt. q. d. fathiſcunt. ¶ Λύειν pro Diſſoluere accipitur in aliis etiam loquendi generibus, atque adeo pro eo quod dicitur potius Antiquare, Reſcindere, vt λύειν τὸν νόμον, ac λύειν τὴν εἰρήνην apud Demoſth. Et λύειν τὰς σπονδάς apud Thuc. id eſt ad verbum, ex Virgilio, Soluere fœdera. Dixit verò Demoſth. & τὰς δωρεὰς λελυμένας, pro Reuocatas & abrogatas, vt vertit Bud. ¶ Capitur verò & pro Diſſoluere ſeu Reſcindere propriam ſignificationem habentibus. vt quum dicit Herodian. λῦσαι τὴν γέφυραν, Reſcindere pontem, ſeu Abſcindere, vt vertit Pol. Alicubi verò commodius redditur verbo Euertere. vt apud Homer. in vno eodemque loco, & de re eadem, ſimplici λύειν & compoſito καταλύειν vtentem, Il. ι, circa principium, Ὃς δὴ πολλαίων πολίων κατέλυσε κάρηνα, Ἠὲ ἔτι καὶ λύσῃ. At verò λύειν κρήδεμνον apud eundem poetam exponitur etiam ἀφαιρεῖν. ¶ Item λελύσθαι αἱ τῶν φίλων dicuntur à Xenoph. it inter quos quæ erat cõmunio & ſocietas, velut diſſoluta eſt, aut etiam amicitia. (nam & Diſſoluere amicitias, legitur apud Cic.) ¶ Ad hanc autem diſſoluendi ſignific. referri poteſt verbum λύειν & cum accuſatiuo ἀγοράν. nam λύειν ἀγοράν eſt velut Diſſoluere concionem. Exponitur etiam Dimittere concionem, (ſicut & Dimittere ſenatum, Dimittere cœtum dicitur) quoniam qui dimittit congregatos, velut diſſoluit & diſſipat quod cõiunctum erat. Xen. dixit etiam paſſ. λύεσθαι τὴν ἀγοράν.

Λύειν pro Soluere è portu. quod & Latini Soluere ſine adiectione ſæpe dicunt. Syneſius, λύσαντες ὁπὸ Βιτδαλίων. Sic in Pantelei epigr. in Callimachum & Cynægirum, Λῦτε κυβερνῆται· νήκωος δὲ φύγωμεν ἀπειλάς. vel (vt in aliis exemplaribus) νήκωος ἐς δύγωμεν ἀπειλάς. quem verſum ita reddidi, quum illud epigramma interpretarer, Solue age, ſolue, minax fugiamus nauta cadauer. Integrum autem loquendi genus eſt λῦσαι vel λύεσθαι πρυμνήσια apud Athen.

Λύειν, Soluere captiuitate, & quaſi captiuitatis vinculis, Reddere captiuum. Apud Homerum, Iliad. α, circa principium dicit Chryſes, Παῖδά μοι λύσατε φί-

λίω, τὸ δ' ἄποινα δίχα δι. (Sic Iliad. ω, Αλλ' ἄγε δὴ λῦσον, τὰ δ' ἄποινα δέξαι ἄπερ) de hac autem dicit Agamemnon, eodem verbo vtens, Τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω. (Sed & ἀπολύειν in eadem significatione, Οὐδ' ἀπέλυσε θύγατρα, καὶ οὐκ ἀπεδέξατ' ἄποινα, videlicet Agamemnon. est enim de eadem sermo) At verò ipse Chryses qui rogat Græcos vt velint sibi λύειν suam filiam, dicitur venisse eam λυσόμενος: ibidem, — ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν Λυσόμενός τε θύγατρα, φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα. Sic autem & alibi hoc verbo vtitur in voce media, vbi exponitur Redimere. In prosa quoque λύεσθαι est Redimere. vt λύεσθαι αἰχμαλώτους apud Demosth. Qui etiam dixit λυσάμενος ὁπ' τοῦ πολεμίου. Et pass. λυθείς, Qui redemptus est. in or. quæ περὶ Νικόστρ. inscribitur, ὅτι καὶ οἱ νόμοι κελεύουσι τὸν λυσάμενον ὑπὸ τοῦ πολεμίου ὑπ' αὐτὸν τὸν λυσάντα, ἐὰν μὴ ἀποδῷ ὧν λύεται. Sic apud Thucyd. λυθεὶς αὖθις αὖτ' αὐδρός. Iteni, ἐλύθη χρημάτων μεγάλων, Redempta est magna pecunia, ex Herodoto, in λύεσθαι. At Bud. p. 746, λύεσθαι reddit non solùm Redimo, sed & Luo, item Seruo, exempla harum signif. ex Demosth. & Xenoph. afferens. Cæterùm quod attinet ad duplicem illam significationem verbi λύω, videlicet tam de eo qui velut captiuitate soluit captiuum, & eum suis reddit, quàm de eo qui illum redimit, & facit vt captiuitate soluatur ac suis reddatur, sciendum est verbum Gallicum *Deliurer* (quod & in aliis loquendi generibus cum Græco λύειν conuenit) vtrunque & ipsum significationem habere. dicitur enim *Deliurer un prisonnier* & is qui eum redimit, & is qui eum redimenti reddit.

Λύειν πίλαν apud Sophoclem pro λυσπολεῖν, vt dicetur in Λυσπολεῖ.

Λύσις, ως, ἡ, Solutio. Autor dialogi qui Axiochus inscribitur, ἡ δὲ τοῦ σώματος λύσις, In solutione animi à corpore, id est, quum animus à corpore soluitur. Zeno συστολὰς & λύσεις inter se opponebat, i. contractiones & solutiones, loquens de perturbationibus. Chrysippus autem λύσιν, id est ægritudinem, dictam putabat quasi λύσιν, id est solutionem totius hominis, vt Cic. vertit. ‖Λύσις, Solutio, si hoc nomine vti liceat pro ipsa actione soluendi captiuitate & liberandi, vt λύσις τῶν αἰχμαλώτων apud Demosth. Exponitur autem & Redemptio. ‖Λύσις, Solutio. vt quum dicitur solutio quæstionis, aut ænigmatis. Plut. in Symp. septem sap. εἰ ἔφησκατο τὰς λύσεις ὁ Ἄμασις. ‖Λύσις, Solutio. ab ea signif. qua dicitur Soluere creditori. quo modo χρεῶν λύσις apud Hesiodum exponitur Solutio æris alieni, vel Dissolutio. (dicitur enim & Dissoluere æs alienum) Sed potest etiá accipi pro liberatione à debitis. quæ expositio alioqui eodem redit. nam qui dissoluit æs alienum, quibusdam eius velut vinculis liberatur. ‖Λύσις πυρετοῦ apud Gal. & alios medicos vulgò exponitur hoc eodem nomine Solutio. vt ad Glauc. lib. 1, αἱ ἀμαίνας τὴν πρόσθεσιν λύειν τὸν πυρετόν. quod nihil aliud est quàm Liberatio à febre. Redditur etiam Finis accessionis. Apud Hippocr. autem ipse Galenus λύσεις esse ait Interualla quibus articuli ab inuicem disiuncti sunt.

Λύσις apud rhetores, quæ diluit τὴν κατασκευήν, Vide Bud. pag. 577. In v.l. exp. Rationis seu exceptionis propositæ labefactatio. item, Actoris, exceptionem rei elidentis, firmamentum. ex Cic.

Λύσις, Expiatio. vt apud Aristot. in Polit. αἱ νομιζόμεναι λύσεις, decentes & debitæ expiationes. vt Bud. vertit. (At verò quidam perperam, Abdicationes & dissolutiones generis, vt habent & v.l.) Sic Plat. De rep. lib. 2, λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων. Sed & apud Athenæum, λύσιν τε ἔλαβε τὸ δίκαιον, Bud. reddit, Expiata est ira deorũ. Existimo autem λύσιν expiationem vocari, quòd expiatio sit velut liberatio à piaculo quod quis contraxit. Vide λύσεις θεοῖ in Λύσιος.

Λύσιμος, ος, ον, Solubilis, Qui solui potest. Callisthenes apud Athen. lib. 10, ἀπαχθεῖν τῷ μητρὶ λύσιμα τὰ χιλιάρχου δίχ' ἡμερῶν τὸν Ἀπολλωνίου δολιχόβιον, ὡς οὐκέτι λύσιμον ἐσόμενον ἐκεῖ τὸ παράλογον. Item in metaphorica soluendi signif. apud Aristot. in Analyt. vbi λύσιμον vocat argumentum (sicut & λυτὸν) quod facilè solui potest, seu dissolui. v.l. Item Exemptilis, ex Plat. De leg.

Λύσιος, q.d. Solutorius, seu Solutiuus, aut Liberatorius, Soluendi seu liberandi vim habens. ‖Sed peculiariter dicitur de Baccho. Plut. Sympos. lib. 3, τὸν μὲν [ἔασιν αὐτὸν] ὁ λύσιος ὀνόματι Διόνυσος, μετὰ τῆς Τιρμιχόμης καὶ Θαλίας. Isle autem volunt ita dictũ, vel quia nos λύει μεριμνῶν seu διαφροσυνῶν, vt loquuntur poetæ, i., soluit nos curis & liberat, atq; adeo dissipat curas, (vt de eo ipso testatur Horatius: scribit autem & Ouidius, Cura fugit multo diluiturque mero) vel quòd mẽbra soluat, ac præterea cõcordiam & amicitiam: quippe quæ post nimium potum in discordiã sæpe mutetur, ac inimicitias. (VNDE Λυαῖος quoque dictus existimatur, siue ob hãc siue ob illam causam. quod epithetõ Latini poetæ retinuerũt (affert tamen & alias eius derivationes Etymologistes) Nonnulli verò ex Pausania annotãt λύσιον appellatum quia Thebanos à Thracibus vinctos ἔλυσεν, i. soluit. nam deus Thracibus soporem immisit quo illi sunt à Thebanis occisi. Sed Plut. in fine l. 7 Symp. dicit λύσιον, sicut & ἐλεύθερον (ita. n. ver. cod. non ἐλευθέριον) dictũ esse ὅτι τὸ δουλοπρεπὲς καὶ φθονερὸν ἐν ἄπασιν ἐκκαίρων καὶ ἀπολίων τὰς ψυχὰς, ἐλευθερία δ' παρρησίᾳ χρῆσθαι πρὸς ἀλλήλους δίδωσι.

Λύσιοι θεοί, (q.d. Expiatorii dii) Expiationum præsides dii. (vt λύσιον pro expiatione poni dictũ fuit suprà) Plato De rep. lib. 2, αἱ πολιταὶ ὧν μέγα δύνανται καὶ οἱ λύσιοι θεοί. Dicuntur δημόσιοι δαίμονες (inquit Bud.) qui diras arcere & amoliri ab antiquis existimabantur. οἱ λύσιοι τῶν ἀρχῶν. qui etiã ἀπὸ τῶν παίδων & ἀποπομπαῖοι dicti, & λύσιοι & φύξιοι. Hoc autem sensu dici crediderim & λυτήριον Ἀπόλλωνα infrà.

Λυτός, ός, όν, Solubilis, Qui solui potest. Vide Λύσιμος. COMP. Ἄλυτος, Insolubilis, Qui solui non potest. vel Indissolubilis. vt Cic. vertit: item Indissolutus: & Qui dissolui non potest. vt videbis in meo Cic. Lexico. Plato in Timæo, ἀδιάλυτοι μόνοις ἐσμὲν, οὐκ ἄλυτοι τό γε. οὔτοι μὲν δὴ διαλυθήσεσθέ γε. Sic autẽ Deo, qui est ἀδιάλυτος, Gregorius ἄλυτον φύσιν tribuit. ‖Ἄλυτος, Inexplicabilis, ex Gaza. ab ea signif. videlicet qua dicitur λύειν aliquam quæstionem, seu λύσιν. (ITEM Ἄλυτος ex Epigr. pro ἄλυτος, metri causa) CONTR. Εὔλυτος, Qui facilè solui potest. AT Δύσλυτος, Qui vix solui potest, Solutu difficilis, Difficilè solubilis. VNDE Δυσλύτως, aduerb. Ita vt vix solui possit, Nexu non facilè solubili, Nexu penè insolubili.

Λυτικός, ός, όν, (q.d. Solutiuus) Soluendi vim habens. In v.l. λυτικὸν φάρμακον, vim habens resoluendi seu discutiendi. ‖Λυτικός, Soluendi seu dissoluendi solertia præditus. epitheton Sotibii apud Athen. 10. Qui grammaticus à Suida vocatur ὁ πλυτικός, scribente, γραμματικὸς ἀπὸ τοῦ ὁπλυτικῶν καλουμένων. id est, Ex iis qui explicandi & nodosas quæstiones soluendi sunt periti. Bud. ‖Λυτικός, Soluendi vim habens (in ea soluendi signif. qua dicitur Soluere ventrem) Dioscor. de pycnocomi radice, ἡ ῥίζα αὐτῆς λυτικὴ κοιλίας καὶ κυστικὴ χολῆς. pro quibus habet Plinius, Radix eius aluum & bilem exinanit. HINC Λυτικῶς, Cum quadam soluendi facultate, seu soluendi facilitate.

Λυτήρ, ῆρος, ὁ, Solutor, Liberator. Nonn. ὅλης λυτῆρα γαμήθης. Item Expiator. HINC Λυτήριος, Liberatorius, Expiatorius. λυτήριοι δὲ καί, ex Soph. (Item λυτήριος Apollo ex Euripide pro Expiator. Fortasse autem ea signif. dicitur qua λύσιοι θεοὶ suprà.) Et τὰ λυτήρια, ex eodem Sophocle substantiuè pro Sacra expiatoria. Item λυτήριον, porcellus cuius mactati sanguine illi nebantur manus eius pro quo expiatio fiebat. Sed rursum adiectiuè λυτήριον λύτρωμα apud eundem Soph. in Trachiniis pag. 350, pro λύτρος ἴαμα, (vt schol. exponit) id est Remedium mœroris, seu aduersus mœrorem. Synes. quoque dixit λυτήριον τῶν δεινῶν, remedium malorum.

Λύτωρ, ορος, ὁ, idem quod λυτήρ. ex Epigramm. pro Qui dissoluit.

C. ANAλύω, Resoluo, Dissoluo, Exoluo, Soluo, Retexo, Od. ο, — αἰὰ τὰ πενυμένια λύειν, pro αἰαλύειν. Apud Aristotelem De anim. lib. 3, hæc verba, αἰαλύουσι τὰ βομβύ-

πια γυναικῶν τινες αἰαπτίζουσιν, ita exponuntur, Bombycia quædam mulieres retorquēdo in filum deducunt. Chrysostomus, οὐδὲ γὰρ ὅτι τὰ γεγενημένα αἰαλῦσαι λοιπόν, Non enim possibile est quæ facta sunt resoluere, retexere. id est reuocare & infecta reddere.

Αἰαλύω de gubernatione nauis apud Synesium, vt annotat Budæus.

Αἰαλύω, verbum ad geometras pertinens, vt λογίζεσθαι ad arithmeticos, vt docet exemplis Budæus p. 195.

Αἰαλύω, Reuertor. Athen. lib. 1, ἀπὸ τῆς δείπνων αἰαλύσεως. Appianus Ciuil. lib. 4, αἰαλύσιτα δὲ ὁπόσα μαθὼν γραπτῶν ἐς χρύσωσιν ἢ ἀργύρωσιν ἢ ἀπείλησεν.

Αἴαλυσις, εως, ἡ, Resolutio. κατὰ αἰάλυσιν, quod vulgo dicitur Resolutorio ordine. Ἀπέλυσις vocatur (inquit Budæus) quasi retexio complexionis. id est τὰ συμπεράσματα. estque contraria τῇ συνθέσει, quæ à quibusdam confessis ordiens, desinit in id quod in quæstione est: Vt si &c. Vide reliqua apud eum in Comment. pag. 198.

Αἴαλυσις pro simplici λύσις apud Athenæum libro 15, vbi γεγραφέναι λύσιν & αἰάλυσιν indifferenter ponit.

Αἰαλυτικός, ή, ό, Resolutorius, Resolutiuus, Ordinem resolutorium habens. Dicuntur etiam αἰαλυτικοί, Qui vtuntur τῇ αἰαλύσει. Analyticus (inquit Budæus, pagina 198) id in quod desinit συνθέσις, vt consilium sumit, hoc est τὸ συμπέρασμα τῆς συνθέσεως, & eo vsque τὸ συνθεῖν retexit quoad inuenerit τὰς προτάσεις δι' ὧν τὸ συμπέρασμα. Lege ibidem de libris analyticis Aristotelis.

Αἰμύω poeticè pro αἰαλύω, Dissoluo. Apud Homerum pro Retexo. Odyss. β, Ἕως καὶ ἡμαπὲς μὲν ὑφαίνοιτι μέγας ἱστὸς, Νύκτας δ' ἀλλύσκεσκον, ἐπὴν δαΐδας παρέθηκε.

C. ΑΠΟλύω, Soluo, Exoluo, Soluendo disiungo, seu seiungo, vel separo. Sic apud Plutarchum in Publicola, ζεύξεις ἀπέλυσε τῆς ῥάβδου, exponitur, Secures à fascibus seiunxit.

Ἀπολύω, Absoluo reum. qua in significatione Pollux ait esse ἰδιωτικόν. Sic Luc. Euang. cap. 6, Ἀπολύετε καὶ ἀπολυθήσεσθε, Absoluite, & absoluemini. Significat & Absolutum dimitto, vt paulo pòst docebo.

Ἀπολύω, Dimitto, Remitto, Do veniam abeundi. Sic Absoluere creditorē sonat Latine Dimittere, sed reddito pretio. Polyb. in 5, μετ' ὀλίγον δὲ παῦσαι τοῦ πολέμου, πρὸς μὲν τὴν ἀπόδοσιν ἀνένδοτος μένει αὐτὸς· ἀπολῦσαι μέντοι τοὺς ἰδίους οἴκαδε. Sic Matth. 14, Κύριε ἀπόλυσον τοὺς ὄχλους. Appian. lib. Ciuil. 4, τὸν λοχαγὸν ἀπέλυσεν, legatum remisit. Hæc Bud. Apud Xenophontem cum aduerbio οἴκαδε iungitur. dicit enim de Agesilao, τοὺς μὲν Σπαρτιάτας ἀπέλυσεν οἴκαδε, Dimisit domum vel remisit suos milites. (Latini Dare cō meatū hoc ferè sensu dicunt) Polybius, ἀπέλυσαν εἰς τὰς οἰκίας. Rursum apud Xenophōtem aliquis dicitur cū quem captiuum tenet, χρημάτων πολλῶν ἀπολύειν, id est Accepta magna vi pecuniarum dimittere, vel remittere: Hellen. 4, ξ Τιγχάνω πολὺ ὄφον εἰς Σάρδεις λαμβάνων σὺν τῇ γυναικί, καὶ χρημάτων πολλῶν ἀπέλυσεν. At verò apud Homerum ἀπολύειν sine adiectione, est Dimittere, pretio redemptionis persoluto. vt annotat Eustathius in hunc locum Iliad. χ, Εἰ μὲν γὰρ κέ σε γωὸν ἀπολύσομαι, οἱ μοι ὀπάσω· nam ἀπολύσομαι sit esse λύτρα λαβόντες ἀφήσομαι. at μισθῶσαι esse δωρεὰν ἀφῶσαι. vult autem in hac significatione superuacaneam habere præpositionem hoc verbum. At Il. α, de Agamēnone dicitur, Ἀλλ' ἔτι καὶ θρῆϊκος, ὃν ποτε Λημνον ἱκάνεις, Οὐκ ἀπέλυσα δόγαρδε, καὶ οὐκ ἀπιδέξατ' ἄποινα, ἵν' ἀπέλυσα exponamus λύτρα λαβὼν ἀφῆκα, vt debitur otiosum esse quod additur καὶ οὐκ ἀπιδέξατ' ἄποινα. ¶Aliquando ἀπολῦσαι est Absolutum dimittere. vt Matth. 27, κατὰ δὲ ἑορτὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν ἕνα τῷ ὄχλῳ δέσμιον. ¶Item ἀπολύειν τὴν γυναῖκα eodem modo quo Suetonius dixit Dimittere vxorem, pro Repudiare, Diuortium cum vxore facere. Sunt autem frequentia huius significationis exempla præsertim apud Euangelistas: vt Luc. 16, πᾶς ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα καὶ γαμῶν ἑτέραν.

Ἀπολύω, Libero, Liberum reddo, Absoluo. vt Absolnere bello dicitur pro liberare. Iungitur autem accusatiuo & genitiuo. Xenophon Pæd. 8, μόνον ἄφες, ἐμὲ ἀπόλυσον ἐμαυτοῦ καὶ τῆς ἐπιμελείας, Libera me hoc munere. Plato, ἀπολύσας αὐτοὺς οὐ σμικρᾶς ζημίας. Isocrates, σαυτὸν αἰτίας ἀφεῖναι καὶ ἀπολύειν, Teipsum liberans à turpi crimine vel vindicans & asserens. Apud Lucianum ἀπολύειν ἐπιόρκων est Liberare iureiurando. Eadem metaphora dicitur Latinè, sed contraria significatione, Obstringere iureiurando. nam Obstringere & ἀπολύειν contraria sunt quæ inter se respondent.

Passiua voce, sed actiua significatione Ἀπολύομαι, Luo, Libero, seu redimo captiuum persoluto redemptionis pretio: sicut is à quo redimitur, & qui eum dimittit, ἀπολύειν dicitur, vt paulo antè docui. Hom. Il. χ, Χαλκεοῦ τε χρυσεοῦ τ' ἀπολυσόμεθ'· ἔστι γὰρ εἴδος.

Ἀπολύομαι, Diluo, Refuto. Plut. in Antonio, ἃ δὲ Κλεοπάτρα ἀπολυομένη τὰς αἰτίας καὶ ὑποψίας, ἐπεχείρουν αὐτὴν σφετερίζειν. Sic dicitur ἀπολύεσθαι τῶν διαβολῶν. vt apud Platonem in Apologia, οὐ ῥᾴδιον ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ μεγάλας διαβολὰς ἀπολύεσθαι. Suidas ἀπολελυμένος exponit ὑπεραπολογούμενος in hoc loco planè simili, ὁ δὲ περιόδευε διεπέμπετο, ἀπολυόμενος τὰς διαβολὰς ἃς κατ' αὐτοῦ ἠμείβοντο ὑπωθοῦντες. Basilius in quadam ad Andronicum epistola, καὶ τὸ μὲν ἀπολυόμενος τῆς ἰσηλυμίας, τὰ δὲ ἐπαθλεύων. Plutarch. in Fabio, δι' ἧς ἔφην ἀπολύεσθαι τὸ λαχανισμὸν ἐδοκίμαζε.

Passiua autem voce simul & significatione Ἀπολύομαι, Soluor, Exoluor. Dioscor. lib. 1, capite 38, ὠφελοῦσι δὲ εἰσὶν οἱ κρότωνες ὅταν ὑπὸ τῶν θερμοτέρων αἱ πέτραι σφαιρίοις ἀπολύωνται. id est, Quum exoluuntur orbiculis eos amplectentibus. Quanquam vulgò redditur Eximuntur. Citatur ex Hermogene ἀπολύεσθαι εἰς μῆκος pro In longitudinem laxari & liberè produci: vt vicissim dicitur Latinè aliquid in angustias constringi.

Ἀπολύομαι, Dimittor, Abdicor. vt ἀπολυθῆναι τῆς ἀρχῆς, Abdicari magistratu. Aliquando Remittor.

Ἀπολύομαι, Absoluor. vt τοῦ ἐγκλήματος ἀπολύεσθαι, A crimine absolui. Budæus ἀπολύεσθαι docens esse ἀποφεύγειν, id est, absolui, citat hunc Thucydidis locum, τῶν μὲν ἰδίᾳ τινὰς πρός τινα ἀδικημάτων ἀδύνητο, τὰ δὲ μέγιστα ἀπολύεται μὴ ἀδικῶν. Alibi autem ait, ἀπολύεται οἷς οὐκ ἀδικεῖ, idem valere quod κρίνεται οὐκ ἀδικοῦσα. quòd videlicet sit ὀπαλικὸν ὄνομα verbum κρίνω in verbo Ἀπολύω.

Neutra autem significatione Ἀπολύομαι, Discedo, Proficiscor. Polybius, καὶ λαβὼν τὸ καταλειφθὲν, πάλιν ἀπολύεται. id est, Rursum discedebat. non (vt vulgò exponitur) Rursum remittebatur. (Sic ἀπόλυσις apud eundem Discessus, Profectio) Locum autem illum Polybii habes pleniorem in Αὖω.

Ἀπόλυσις, εως, ἡ, Liberatio, Absolutio. ¶Item Refutatio. ¶Item, Discessus, Profectio, apud Polybium lib. 4, ποιήσασθαι τὴν ἀπόλυσιν ὁπόταν αὐτοῖς δοκῇ συμφέρειν. Ibidem, aliquanto pòst, καταστήσας δὲ τὴν Συρίων χώραν, τέλος κατὰ τὸν Ἰόβηλον ἐποιήσατο τὴν ἀπόλυσιν. ¶Item Ἀπόλυσις, Decessus. id est Obitus. in testamento Lyconis apud Diogenem Laertium, τῶν δὲ ἐν Λιγύῃ μοι ἡμιολίων μισθῶν μετὰ τὴν ἐμὴν ἀπόλυσιν τὰ κατὰ χωρησάτω Λύκων τοῖς νεωτέροις εἰς ἐλαιοχρισίαν.

Ἀπολυσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Liberatiuus, Absolutiuus. Budæus ἀπολύσιμος & καταληπτικὸς significare scribens, Ad absolutionem & deprehensionem damnationémque conducens & incitās, citat hunc Antiphontis locum, εἰ δέ τις κοινὴν μὲν τὴν πρᾶξιν, κοινὴν δὲ τὴν ἀτυχίαν αὐτῷ ἠγούμενος εἶναι, μηδὲν ἀπολύσιμον μᾶλλον ἢ καταληπτικὸν ἐκ τῆς λοιδορίας γιγνώσκει αὐτῶν ὄντα, καὶ ὅτων ἀπολύειν μᾶλλον ἢ καταλαμβάνειν δίκαιόν ἐστι.

Ἀπολυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Solutus, Liber factus, apud Gregorium Nazianzenum. Dionysius De mystica theologia, τῇ τοῦ ἑνὸς καὶ παντὸς ἀχράτῳ καὶ ἀπολύτῳ καθαρῷ ὁμοιότητι, πρὸς τὸν ὑπερούσιον &c. Vbi ἄχραντον καὶ ἀπόλυτον ἔκστασιν appellat (Budæo teste) mentis temporariam abstractionem non modò ab omnibus concretis sed etiam à seipsa & ab homine. Apud eundem Dionysium dicuntur ἀπόλυτα, item ἁπλᾶ, ea quæ δίχα συμβόλων νοῆται καὶ ὑποβάσεως εἰς ἕξεις. vbi videntur ἀπόλυτα esse absoluta, id est quæ absolutè & per se accipiuntur. Sic autem vsurpant Absolutè grammatici.

Ἀπολύτως, Aduerb. Solutè, Liberè. Item Absolutè. Affertur autem pro Absolutè ex 6 Canone Concilii Chalce-

donensis. Pro αἴδιοι ἀεροδιοεμμοδ habetur apud Philoponum. ‖Apud Dionysium autem pro αἰσχύνας καὶ πατηλῶς,(inquit Budæus) vbi πάντα καὶ ἀπολύτως ἀφθίτους appellat Deum. hoc est,à nulla causa præcedente productum.

C. Ἀνασπάλυτος,ος,ὁ ἡ,Non solutus, Vel,Qui absolui non potest, Non absolutus. Quidam ἀσπάλυτα sunt interpretati Non absoluta, vel Quæ non absolutè & per se intelliguntur.

C. Εὐασπάλυτος, Qui facilè absolui potest.

C. ΔΙΑλύω,Dissoluo.(Et διαλύομαι,Dissoluor,de quo infrà) Isocr. ad Philipp. συνάγειν & διαλύειν inter se opposuit,vt Cic.Coagmentare & Dissoluere.Greg. διαλύεσθαι cũ διαχέεσθαι copulauit,scribens, διαχέονται τὸν πόνον καὶ διαλύονται δι' ἡδονῆς οἱ τῶ σώματος πόροι τῆ ἔξω πόνος ἡδείας αἰσθήσεως διαλυθέντων. quæ Turn. ita reddidit, Aperiuntur enim & dissoluuntur per voluptatem in corpore foramina eorum qui ex iucundo auditu hilaritate diffunduntur. Et διαλύειν τὰς φιλίας vt Latinè Dissoluére amicitias. Quod & passiuè διαλύεσθαι apud Aristot. vt videbis in Comm.B.pag.64. ‖Item διαλύειν τὰ χρέα vt Lat.Dissoluere æs alienum. qua in signif. vtitur Arrianus voce passiua. Dicitur. verò & διαλύειν τὰ χρήματα, à Demosth. Item διαλύειν sine adiectione, ab eodem, vt videbis in eadem illa pagina 64. (Affertur autem & διαλύειν τινὶ δαπάνην ex Herodoto pro Sumptum suppeditare) Et pag. proximè sequente διαλύεσθαι ex Aristotele pro Absolui, de creditore qui suum recepit.

Διαλύω, vel Διαλύομαι, Dissoluo, aut potius Dirimo vel Discutio,Interrumpo.vt διαλύειν τὸν λόγον. Isocr. οὐ γὰρ διαλυόμεθα τοὺς πολέμους,ἀλλ' ἀναβαλλόμεθα. Et διαλύεσθαι τὰς συνουσίας apud Plat. Conuentus & colloquia dirimere.quæ exempla B.affert pag.64.(addens & τὰ πλείστα τούτων διέλυσα ex Isocrate pro Dissolui & Discussi) Adiici autem illis possunt & alia pleraque, in quibus verbum istud aliis accusatiuis iungitur. vt διαλύειν τὸν ξύλλογον apud Thuc. item τὰ ναυτικά. Itidemque apud Xenoph. διαλύειν τινὰ πανήγυριν, & τὸ στράτευμα, seu τινὰ στρατιάν,(pro quibus dicit Herodianus διαλύειν τὸ στρατόπεδον) quibus tamen locis magis conuenit verbum Dimittere,quàm ea quæ à Budæo afferuntur.(sic autem pass. Διαλύεσθαι ipsemet B.exp.Dimitti à comitatu,seu Abire,apud Thuc.(Possit verò forsasse διαλύειν reddi etiam Finire,in illis quæ affert exemplis,διαλύειν τὸν λόγον,&in διαλύεσθαι τὰς συνουσίας,sicut & apud Plutarchum in διαλύειν τὸ συμπόσιον. At verò in illo διαλύειν τὸν πόλεμον, sicut & in διαλύειν τὰς μάχας apud Herodianum,itidemque in διαλύειν τὰς διαφορὰς & τὰς ἔχθρας apud Isocratem, & διαλύειν τινὰ τῆς ἀσχολίας apud Plutarchum, libenter verbum Dirimere retinuerim. ‖Affinis autem est huic dirimendi significationi ea qua ponitur pro Dirimere controuersiam, seu Transigere negotium iudiciale,vel aliàs controuersiosum. cuius signif. exemplum ex Demosth. habes apud Bud. p.64. ‖Quod autem idem tradit, hoc verbum accipi etiã pro Pacem & fœdus icere,ac componere, afferens ex Isocrate, ἐξ ὧν ἐξέστας τὰς πρὸς ὑμᾶς αἰτίας ἔχθρας διαλύσασθαι, in eo illi nequaquam assentior. quum enim addatur hîc accus. ἔχθρας,quid aliud est διαλύεσθαι quàm Dirimere? At verò in hoc eiusdem Isocr.loco in Panegyr. βουληθέντας μετὰ λόγου ἀλλὰ μὴ μετὰ βίας διαλύσασθαι τὰς πρὸς ἀλλήλους, possumus exponere. Componere res suas, vel Transigere & decidere. vt Cic. interdum hæc duo verba copulat. Sed διαλύειν πρὰς pro Componere litem inter aliquos, seu Pacem facere, cum accus. personæ, vide ex eodem Isocrate & ex Polybio in eadem illa pagina.

Διαλύομαι actiuè pro διαλύω sumi in variis loquendi generibus, apparet ex locis in Διαλύω citatis. Addũntur autem & ista, διαλύεσθαι τὰς διαβολάς, ex Isocrate, pro Dissoluere seu diluere calumnias: & διαλύεσθαι τὰ ἐγκλήματα, pro Diluere crimina. Sed malim etiam in διαλύεσθαι τὰς διαβολὰς vti verbo Diluere. (Affertur autem & ex Thucyd. διαλύειν τινὰ διαβολὰν passiuo redditum verbo,videlicet Absolui crimine)

At verò διαλύεσθαι passiua signif. pro Dissolui, in prima quidem sua signif. posito, frequens est: vnde διαλυομένου δὲ αὐθρώπου Cic. apud Xenoph. vertit,(vt videbis in meo Cicer.Lexico pag.43) Quum hominis natura morte dissoluitur. Item, τὸ διαλυθὲν αἰσθητὸν, in quodam Stoico dogmate (pag.56 eiusdem libri) Quod enim dissolutum sit, id esse sine sensu. Vt autem dicitur homo διαλύεσθαι, sine adiectione, ita & διαλύεσθαι τῶ σώματος, hunc quidem sequendo locum qui ex Platone affertur De leg. διαλυτὴς τῶν σωμάτων pro Soluti corporibus. atque ita fuerit planè compos. διαλυτὴς (si mendo caret ille locus)pro simplici λυτὴς. (Alicubi autem διαλύεσθαι aptius redditur Dissipari quàm Dissolui. vt in hoc loco Herodiani lib. 6, ὃς [στρατὸς] ἅπαξ διαλυθείς, αὖ ῥᾳδίως ἠθροίζετο, ἅτε μὴ σωματοφυλάκων, μηδὲ σωτηρίας &c.) At verò διαλύεσθαι pro Absolui, seu Dimitti, dictum de creditore qui suum recepit, vide apud Budæum, pag.65. Item, A comitatu dimitti, seu Abire, ab eo exponitur in hoc Thuc.loco, ὁ δὲ ἐπειδὴ ὅτι τῶν ἑαυτοῦ ἐχθρῶν ἐκράτησε, καὶ ἤμελλε διαλύεσθαι, πολὺ δὴ ἐπῶν ἐπορεύετο. Hoc tamen sciendum est, apud eundem scriptorem, passim quum dicit διαλύσασθαι κατὰ πόλεις aut διαλύσασθαι κατ' ἔθνη exponi διαλύσασθαι non Dimissi sunt, sed Digressi sunt. Quidam verò in hoc eiusdem loco, διαλύσασθαι ἐς οἶκον ἕκαστοι,in suam quisque domum dilapsus est. His addo & διαλυθέντος τοῦ νόσου quod in v.l.redditur Remittente morbo. At ego malim Discusso morbo. sicut & actiuum διαλύειν pro Discutere poni dictum antea fuit.

Διαπαλυμένως pro Dispersus, Nullo ordine dispositus: vt à Bayfio redditur in hoc Polybii loco, lib.16, σωτῆρα δὲ τὸν αἰσθόμενον αὐτῶν ἡμέραν διαπαλυμένων.

Διάλυσις, Dissolutio. Philo De mundo, πανθ' ὅσα τῆς σωμάτων φθείρεται, διάλυσιν εἰς τὰ ἐξ ὧν συνέστη, λαμβάνει. vbi διάλυσιν λαμβάνει est pro διαλύεται. id est, Dissoluuntur in ea è quibus composita sunt. A Thucydide autem dicitur διάλυσις de pontibus, lib. 2. sicut Herodianus dixit λύειν τὴν γέφυραν id est pontem. Apud eundem autem eodem libro διάλυσιν ἐποιήσαντο exponitur Solutis ordinibus disiuncti sunt.

Διάλυσις, Dissolutio(ab ea signif.qua dicitur Dissoluere æs alienum)Solutio, Persolutio. ἔκπωμα καὶ καταβολή. Et Gratiæ relatio, Plutarcho, ἡ διάλυσις τοῦ φιλανθρώπημάτος. B.

Μέσα appellatio habet & grammaticis Græcis peculiarem vsum. dicitur enim vocabulum μέσον (sicut & vocabulum medium à quibusdam Latinis gramm.) quod interdum in bonam, interdū in malam partē capitur. Iisdem μέση συλλαβή, id est media syllaba, quæ aliquando producitur, aliquando contrà corripitur. Sed & verbum quòd nec actiuum est nec passiuum, sed velut medium inter vtrunque, μέσον, itidémque eius χρόνους vocāt μέσους, (i. tēpora media) vt μέσος παρακείμενος, H & μέσος ἀόριστος, &c. Eustathius in quendam locū Od. σ, καὶ εἰκὸς τὸ οὐλοφυὲς ἢ ὑπερτικῶς καὶ παθητικῶς λέγεσθαι, ἤγουν τὸ χρόνου τῆς μέσου ἀορίστου διεπέρα. οἱ δὲ μέσοι ἐπαμφοτερίζουσιν ὡς ὅτι πολὺ τῇ ἰρμιωνίᾳ.

Μέσον, Dimidium. Thuc. lib. 4, p. 164, ἔτη δὲ Χρισὶς τῷ πολέμῳ τῷδε ἐπέλαβεν ἑπτὰ, καὶ ἔναπον ὀκτὼ μέσου.

Mesa chorda quædam dicta q. d. Media. Dicitur autē sine adiectione vt ὑπάτη & μέση. Bud. ex Plut. Item μέσον tetrachordum, Medianum. Vitr. lib. 5, cap. 4. Ibidē numeratur inter φθόγγους. A T Μέσης venti nomen apud Aristot. in 2 Meteorol. 189. 190.

C O M P. grad. Μεσαίτερος: S V P E R L. Μεσαίτατος. q. d. Qui est magis in medio: & Qui est maximè in medio. Quidam interpr. Penitior, & Penitissimus. Aristot. de mundo, κατὰ τὸ μεσαίτατον τοῦ κόσμου σωτηρίως ὑπὸ γῆν σωίσται. vbi tamē redditur ac si scriptum esset κατὰ τὸ μέσον, videlicet In medio. Tale est apud Philonem eadem de re, καὶ γῆν ἴδρυσιν ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τοῦ παντός. Herodianus autem dixit ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τῆς συλλόπου τέτῳ, lib. 5, vbi Polit. vertit In media curia. Dicitur autem μεσαίτερος & μεσαίτατος, pro μεσαίτερος & μεσαίτατος. cuius formæ & alia quædam à grammaticis referuntur. Sed comparatiui μεσαίτερος exempla nulla proferūtur. Ac certè Eustath. non videtur μεσαίτατος pro superlatiuo habere, vt ostendunt ea quæ ex eo afferam in Μέσατος. Adde quòd Suidas μεσαίτατος exponit simpliciter μέσος. Sed & pro ὑψηλὸς accipi tradit, quā signif. Budæus putat cōuenire posse cuidam Philonis loco in quo τὸ ἡγεμονικὸν ita vocat.

C. Ἄμεσος, ου, ὁ καὶ ἡ, q. d Medio carēs. vt ἄμεσος προσβάσεως, id est ἀπόπτωσις, Philop. Dicitur & ἀξίωμα. Quidam interpretantur etiam Immediatus. ex quibus est Bud. p. 144, apud Alex. Aphrod.

Ἀμέσως, Sine medio, Immediatè. Exponitur & Nullius interuētu. Græcè autē, ἀφ' ἑαυτοῦ, & κυρίως. Sed non possumus ex Gellio reddere Immediatè, sequēdo signif. quā habet ἄμεσος, in ἄμεσος προσβάσεως. quum ille secus vtatur.

C. Ἀνάμεσος, Medius, Qui est in medio, ὁ ἀνὰ μέσον ὤν. vnde apud Herodotum, ἀναμέσους πόλεις ἐκάλεον exponitur Vrbes in medio habebant. vel, In medio sitas. Scribitur verò E T I A M Ἀνάμεσον, coniunctim, aduerbialiter positū P R O Ἀνὰ μέσον, In medio. vt apud Theophrast. τὸ δ' ἀνὰ μέσον, κοκκώδη καὶ λαμπρόν. quem tamen locum interpretans Plinius, maluit dicere, Media pilularū, quàm Quæ sunt in medio pilularū. Ita enim ille (loquens de iis quæ præter glandem quercus ferūt) vertit, Media pilularum cocci colorem habent. Sic autē scribitur & apud Theocritum in Thyonicho, — λασσὰ δὲ μανεὶς πύκα θοῖξ ἀνὰ μέσσον (vbi geminatur σ ob versum) Quæ verba sunt amantis, qui metuit ne tandem amor exeat in insaniam: à qua tam parum abest vt vix pilus sit in medio. Prouerbiale autem est Η ΟΙ Θείξ ἀνὰ μέσον, vt docet Erasm. in prouerb. Pilus in medio. Apud Hesychium quoque habetur Ἀνὰ μέσον, & quidem exponentem ἐν μέσῳ, id est In medio. (itidémque ἀνὰ μέρος & alia quædā dici scimus) Suidas in verbo Μεσηύειν habet ἀναμέσον. exponit enim illud, ἀναμέσον κεῖσθαι. At verò in quibusdā noui Testamenti locis in quibus hoc vocabulum habetur, ex veteribus exemplaribus manu scriptis quæ pater meus in cōsiliū adhibuit, dum illud ederet, alia cōiunctim, alia disiunctim scriptum habebant. Legitur autem Marci 7, versu 31, ἦλθε διὰ τῶν ὁρίων Τύρου καὶ Σιδῶνος εἰς τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, ἀνὰ μέσον τῶν ὁρίων Δεκαπόλεως. vbi vet. interpres reddit, Inter medios fines Decapoleos. Alii rectius, Per medios fines. Legitur item apud Paulum 1 ad Cor. c. 6, v. 5, & redditur Inter, vbi scribit, οὕτως οὐκ ἔστιν ἐν ὑμῖν σοφὸς οὐδὲ εἷς ὃς δυνήσεται διακρῖναι ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ; Cæterùm affertur etiam ἐν τῷ ἀνὰ μέσον ex Aristotele, dictum videlicet eo modo quo ἐν τῷ μεταξύ. sed fortasse ibi malit aliquis cōiūctim scribere. P O E T I C E Ἀμμέσον per syncopen pro ἀνὰ μέσον. Hesiodus, Πολλὴ μὲν ἄμμεσον αὐτοῦ Διὸς ἔρις.

C. Διάμεσος, q. d. Intermedius. Sed peculiari signif. Qui est mediocris fortunæ. Apud Athenienses διάμεσοι (inquit Hesych.) οἱ μέσοι τοῦ πλούτου καὶ πτώχων. Vide Μέσος.

C. Παράμεσος, Qui est iuxta mediū. Sic dicitur digitus medio proximus, qui videlicet μικρὸν sequitur. Vide Poll.

Μέσως, aduerb. (ab ea nominis μέσος significatione qua ponitur pro Mediocris, seu Modicus) Mediocriter, Modicè, Moderatè, Intra modū. Aristot. Ethic. 2. cap. 5, οὐ πρὸς τὸ ὀργισθῆναι εἰ μὴ σφοδρῶς ἢ αἰσχυνθῆναι, κακῶς ἔχομεν· εἰ δὲ μέσως, δῆ. id est (vt ibi exponitur) Veluti si ita affecti simus

vt vehemẽtius aut remissius irascamur, malè affecti sumus: si ita vt intra modũ, bene. Idẽ Eth. lib. 3, c. 12, ὁ δὲ σὺν ὀργῇ, μέσως πως ἐπὶ ταῦτ' ἔχει. Tẽperãs autẽ in his rebus mediocriter & moderate affectus est. Ex Eurip. affertur & pro Tenuiter. sed hæc interpretatio mihi suspecta est.

A

At Μέσας ἕξεις ἀρετῆς καὶ κακίας à Greg. crediderim dici Qui mediam quãdam quasi viam instituit inter virtutem & vitium. Atque ita fuerit hoc μέσως à priori nominis μέσος significatione.

Μεσότης, ητος, ἡ, Medietas. Sed Cic. dicere maluit Medium. ita hunc locum Plat. in Timæo, ὥσπερ ἐν ἑκάστῳ διαστήματι δύο τινὲς μεσότητες, ita vertit, Quas interuallis ita locabat, vt in singulis essent bina media. Et subiũgit, Vix enim audeo dicere medietates quas Græci μεσότητας appellãt: sed quasi ita dixerim, ita intelligatur. In alio eiusdẽ loco μεσότητα vertit Interiectũ mediũ, vt videbis pag. 17 mei Cic. Lexici. Plut. De virt. morali. αὐτίκα ἡ μὲν αἰδὼς ἀνδρείαν, μεσότητα φασὶ τὴν δειλίας καὶ θρασύτητος. vbi μεσότητα aptè reddi posse arbitror Medium quiddam: hoc modo, Fortitudinem esse aiunt medium quiddam inter timiditatem & audaciam.

B

C

Μεσότης, Mediocritas, Modus. Aristot. Ethic. 4. cap. 5 in princ. σωφροσύνης δ' ὅδε ὡς μεσότης περί ἡδονάς. Sic eidẽ ἀνδρεία est μεσότης περὶ φόβους καὶ θάρρη. Quod apud eũdem legimus Ethic. lib. 2, μεσότητα περὶ τὸ ἀδικεῖν καὶ ἀδικεῖσθαι καὶ ἀκολασταίνειν, Cic. vertit, Moderatam iniustitiam, moderatam ignauiam, moderatam intemperantiam. Sed ab eodem dicitur etiam virtus esse μεσότης. vbi ponitur sine adiectione, sicut & alibi.

Μεσόω, ῶ, Sũ in medio. Eurip. Medea, -ἐν δ' ἀφανῆ πῆμα, κἀδόκητον μεσοῖ. Aristoph. μεσοῖ τὸ δρᾶμα ἤδη. Sic ἥρως μεσοῦντος dixit Thuc. lib. 6, pag. 107, media iam æstate. Itidemque Chion in epist. ad Matridẽ, μεσοῦντος τοῦ χειμῶνος, media hyeme. Et μεσοῦσα ἡμέρα, Herodot. Media dies, Meridies. (at μεσουμένης δείπνου in v. l. exponitur Media cœna iam peracta. quod interpretationis genus no placet. ac malim vel In media cœna, vel Cœna iã ad mediũ progressa. Qua sermonis forma vtitur B. quũ τὸ δρᾶμα ἤδη μεσοῖ apud Aristoph. vertit Ad mediũ acta fabula. Idẽ ἐν μεσοῦντι ἐνιαυτῷ apud Xen. reddit Circa medium annum: apud Ioannem autem μεσούσης ἑορτῆς vertit, Dimidiato festo: itidemque apud Plat. in Phædro, ἀμφὶ δή σοι πέρας ἐχέτω ὁ λόγος. Φ. καὶ πάνυ γε μέσου γε μεσοῦντος αὖπνου, adhuc esse dimidiatũ) Sed ab eodẽ Thucydide dicitur etiã μεσοῦν qui est in medio, qui peruenit ad mediũ, qui medium tenet rei alicuius. Sic μεσοῦντας τὰς πρείας Aristides dixit de iis qui ad mediũ vitæ peruenerant. At ex Æschine affertur μεσοῦν ἤδη ἄρχων pro μεταξὺ ἄρχων, sed perperã: ὅπου μεσοῦντα αὐτὸν τὸν ἄρχοντα ἔχει ψηφίσασθαι, pro In medio magistratu. Inuenitur autẽ μεσῶ & cum participio. vt apud Plat. Symp. 240, ἵνα μὴ αὖ αὐτὸν οὗ πολλοῦ χρόνου ἐξαπείσαντα, ἀλλὰ μάλιστα σφᾶς μεταπαῦ διαπονῆται. Et pall. μεσοῦται quod Suid. exponit πληροῦται. vereor autem ne reponendum sit apud eum μεσοῦται.

D

Μεσύω, Medius sum, id est vtriusq; particeps, Ambigo ad vtrũque. Aristot. Pol. 7, p. 191, τὸ δὲ τῶν Ἑλλήνων ἡμῖν ὡς ἂν μεσύοι χώρας πως πᾶσιν, inter Asiã & Europã mediu est. B.

Μεσάζω, idem quod μεσόω, Sum in medio. Hippocr. καὶ τὸ πῦρ ἀρξάμενον τοῦ πάθεος, ἢν μεσάζοι, ἢν λήξῃ. Vsus est schol. Eurip. exponens illud eius verbum μεσεῖ, in loco quẽ protuli in Μεσόω. Et Herodianu, μεσαζούσης ἡμέρας dixit vt ab aliis dicitur μεσούσης.

E

Μεσίτης, ου, ὁ, q. d. Mediator. quo cum alii ex recẽtioribus vsi sunt, tum Lactãtius & Apuleius. Ab aliis autẽ, vel Interuentor, ex Vlpiano, vel Intercessor, vel Conciliator, vel etiã Internuntius redditur. A Bud. redditur Interconciliator: item Interuentor. (quod ita accipiatur vt in hoc Vlpiani loco, Sed si filius fideiussor vel quasi interuentor acceptus sit. Additq; Lãpridiũ sic vti) Sed & nomine Auspex posse reddi existimat. Paulus ad Galat. c. 3, v. 19, ὁ νόμος διαταγεὶς δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτου. ὁ δὲ μεσίτης, οὐκ ἔστιν ἑνός· ὁ δὲ θεὸς, εἷς ἐστιν. Et ad Tim. ep. 1, c. 2, εἷς γὰρ θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς. Quibus in locis ego minimè tã religiosus esse velim vt nomine Mediator vti dubitem (quum omnino Græco respõdeat: & Lactantius eo vsus sit, & quidẽ de ipso Christo, vocans illum mediatorem inter Deum & homines, vt

F

ann. B.) sed si ab eo discedendum sit, nullũ ex bene Latinis vocabulis mihi magis placuerit quàm Interpres: vt (si profana sacris accõmodare fas est) μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων reddatur, Interpres Dei & hominũ: eo modo quo dixit Virgilius, Hominum diuũmque interpres. Sed & vbi Christus dicitur μεσίτης δ' χαρᾶς ἐξαπέστειλε, seu τῆς πίστεως, non malè (meo quidẽ iudicio) eode verbo vtemur: vt dicatur Interpres noui fœderis, eo modo quo Pacis interpres dicitur à Liuio. Præsertim etiã quũ μεσίτης, à Suida exponatur εἰρηνοποιός, id est Pacificator. Caterùm quod à Thuc. dicitur lib. 4, p. 148, μέσος δικαστὴς id ab eius scholiaste exponitur recentiore isto, vocabulo μεσιστής, itemque nomine διαιτητής. Copulauit autẽ & Philo hæc duo lib. 3 De vita Mosis, ἐξ οἷα μεσίτης καὶ διαιτητὴς, νίκας ἀδήους ἀπεπέμψατο. Hinc VERBVM Μεσιτεύω, Mediator fũ, Mediatorẽ ago. Sed in ep. ad Hebr. c. 6, v. 17, ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ aliter accipitur: videlicet pro Interuenit per iusiurandũ. (quum etiã scholiastes Græcus putet hoc verbo μεσιτεύειν designari illam promissionẽ iam tum interuẽtore Christo conceptã) vel Interposuit se cum iureiurado. (nam Interposuit iusiurandũ, quod habet Erasmus cũ vet. interprete, nullo modo probare queo) Exponitur etiam Fideiussit iureiurãdo. ‖Μεσιτεύειν Suid. exp. αἰσιμοῦν καὶ αἰσυμνᾶν in quodã loco quẽ affert. ‖Μεσιτεύειν apud Damasc. cum dativo, pro In medio esse, Interiectum esse inter: εἶτα ἡ θεωρία ἔστι μεσιτεύουσα τῷ πράξει καὶ τῷ χαμαιζήλῳ ἔστι.

Idem μεσιτεύουσα τῷ πράξει καὶ τῷ χαμαιζήλῳ ἔστι.

A nomine Μέσος deducta sunt etiam hæc POETICA, Μέσσατος ET Μέσσατος: ITEM Μεσσήεις, AC Μεσσύς. Est autẽ Μέσσατος ide quod μέσος, Medius. & ab eo ita factũ vt πείσματος à πείσης. Scribitur autem ET Μέσσατος, metri causa: (SICVT Μέσσος quoque pro μέσος passim apud poetas occurrit) Hom. Il. 6, Ἡ ῥ' ἐν μεσσάτῳ ἔσκε. Quo in loco annotat Eust. Atticos postea dixisse ἐν μεσσαπάτῳ quod Homerus ἐν μεσσάτῳ. Quo fit vt no lubeat assentiar schol. Aristoph. existimanti μέσσατος in eius Vespis posse accipi pro μέσος. Ab hoc autẽ Μέσσατος EST Μεσσάτιος, VEL Μεσσατίδιος cæt. quo vtitur Dionysius Afer in carm. De situ orbis. Sed à Polluce (si mendo cãrẽt eius exemplaria) μεσσάτιον annumeratur etiam inter partes currus: itẽ μεσσάτιος esse traditur ὁ ἀπὸ ἵππου ὀπίσω ἵππου ἀπὸ πτώσεως ἵππου.

AT Μεσσήεις, ητος, ὁ, Mediocris. Hom. Il. μ, Σὺ φίλοι Ἀργείων, ὅς τ' ἔξοχος, ἠὲ μεσήεις, ὅς τε χερείων, & q eximus, & qui mediocris. & qui infimus est [fortitudine,] Cuius eximia & cuius mediocris est fortitudo. At Hesych. μεσσήεις exponit μέσος τῇ ἡλικίᾳ. quod mendo carere nõ puto, ac pro ἡλικίᾳ scribendũ αἰδοίᾳ: si tamen ex isto Homeri loco suũ illud μεσσήεις & ipse depromptum esse autẽ huius μεσσήεις θεσπεσίῳ à μέσος, scribit Eustathius.

Vltimum EST Μεσσῇ, SEV Μεσσῇς, aduerb. pro In medio, seu Inter. Scribitur autẽ sæpe ET Μεσσῇ, SEV Μεσσῇς gemino σ. vt Il. θ, Τῷ δὲ μεταφρένῳ ἔπτατο μεταφρένῳ ἐν δόρυ πῆξεν, Ὤμων μεσσηγὺς· ἀφὶ δὲ σθένος εἶλε πάσσυν. In medio humeroru, vel Inter humeros. Idẽ Il. ι, Κευρίπτων τε μεσσηγὺς καὶ Αἰτωλῶν. Et alibi, μεσσηγὺς νηὸς καὶ αὐτοῦ. ‖Interdum verò sine adiectione pro In medio. vt Il. υ, Οὐδ' Ἀχιλλεὺς πάσσατο πάλος μώλου ὀπιπεύων, Ἀλλὰ τὸ μὲν πάλιν, τὸ δὲ μεσσηγὺς κολύεσκε. vbi μεσσηγὺς puto reddi posse In medio cursu: sicut videlicet diceret aliquis cœpta sua in medio cursu fuisse interrupta. ‖Aliquãdo & pro Interim, seu Interea. vt exponitur in hoc loco Od. θ, Μνδέ πω μεσσηγὺς γε κακὸν κακὸν ἔπλετο πῆμα τάδ' ἐστί. Itẽ ex hoc aduerb. COMP. Μεσσηγυδορπαχίης, ex hoc aduerbio inquã & ex duobus nominibus, videlicet δόρπος & χίης. Fuit autem dictus ab Hipponacte Μεσσηγυδορπαχίης (honor sit auribus) Qui inter cœnam cacat. Id est, Qui inter cœnandũ subinde surgit è mensa ad exonerãdum ventrem, & aliis postea cibis onerandum. ἀλλ' ὁ Ἱππώναξ (inquit Eustathius) ὁ μεσσηγυδορπαχίης. ἦγνυ, ὃς μεσσοῦσθαι δίσκον, πολλάκις ἐστὶ παπῖ. ὡς πάλιν ἐμπίπλασθαι.

METÀ, præp. Cum, Vnà cum. qua in signif. iũgitur GENITIVO. Hesiod. Theogonia, ὅς κε μετὰ ἱερὸν ἄντην μάχηται. Demosth. Pro cor. τὴν ἀγῶνα μὲν ὑμῶν μᾶλλον ἢ πρὸς ὑμᾶς ἐλόμενοι πεποίηνται. Plut. in Apoph. ἢ πόλιν οἰκεῖ ἐμοῦ πίστιν βουλόμενον, ἢ μὴ μετ' ἐμοῦ. Synes. epist. 143, τὸ μόνον φίλον, ἢ μετὰ δυοῖν μᾶλλον φίλον. Xen. Hell.

lib.1,circa princ.ὅπως αἰσχύνῃ παὶ μετὰ Δωριέως[ἡμῶν.] A At Arist.Rhet.2,ἡ σωφροσύνη μετὰ αἰδοῦς, ἡ αἰδὼς μετὰ σωφροσύνης.(Interdū autē vbi præpositio μετὰ iungitur huiusmodi genitiuis.i.significationē huiusmodi habē tibus,tam ipsa quàm genitiuusin aduerbiū resoluitur. vt μετὰ δικαιοσύνης sit pro δικαίως,Iustē:& μετ' ἀδικίας,pro ἀδίκως, Iniustē. Sic μετὰ φόβου,Cū timore: vt apud Plut. μετὰ φόβου ἔφευγον,pro Timidē. Apud Plat.in Apol.μετ' ὀργῆς,Cū ira,Iratè,Irato animo.Itidem μετ' ὀλιγωρίας,Polyb.Cōsideratē. Sic cū articulo τῆ habētē infinitiuū, vt μετὰ τὸ θαρρεῖν Synes. Cū fiducia, Audacter. Alicubi etiā B præpos. μετὰ cōmodè redditur participio, vt μετὰ πολλὰς ἐλπίδος apud Isocr.Qua spe fretus? vbi tamē & Cum locū habet.) Thuc.autem dixit de Theseo, ἡμύμφος μετὰ τὸ ξυνιέναι καὶ δύνασθαι.vbi μετὰ existimatur reddi etiā posse Præter:vt sit, Qui præter eā qua prædit⁹ fuit prudētiā, fuit etiā potens.Ego nō puto aptius reddi posse Latinè quàm Vir prudēs iuxtà & potēs.Quod interpretationis genus omnib⁹ aliis eiusmodi locis adhibēdum censeo.

Nonnunquā,vt Lat.dicitur Cū Platone, Cū Aristotele,signif.Sequēdo Platonis sententiā,vel Aristotelis, C sic Græcè dicitur μετὰ Πλάτωνος,& μετ' Ἀριστοτέλους. Ita sanè est vsus Synesius ep.30, εἰ δὲ καὶ σὺ μετὰ τῶν Πλάτωνος τὸ δίκαιον τῆ ἀδικίᾳ μεῖζον τίθῃ κακόν. At Cic.pro μεθ' Ἑρμάχου,& simul participio σκοπούμενος dixit DeHermachi sententia. vt videbis pag.51 mei Cic.Lexici.

Μετά τινος τίθ,Cū aliquo esse, pro Ab alicuius partib⁹ stare.Isocr.Archid.εἰκὸς γὰρ ἦν τὴν δύναμιν ἔσεσθαι μετὰ τούτων. (Idem dixit μεθ' ἡμῶν τίθ pro Nobiscū sentire,Nobis assentiri.quæ significatio est affinis illi quam modò attuli ex Synesio) Et μετ' ἀμφοῖν στάσης apud Thuc.expo- D nitur συμμαχήσασης ἀμφοῖν.

Μὴ μετὰ νόμων ἅμαρτη affertur ex Thucyd.pro Nō saluis legibus.quæ expositio si vera est, habebit μετὰ hic quoq; quādam assensus signif. qui enim aliquid facit nō saluis legibus, is habet leges ei facto non assentientes,sed contrà repugnantes. Ex eodem affertur.μετὰ τῆς αἰτήσεως τῆς συμμαχίας, pro Ad poscendam societatem.quæ expositio mihi suspecta est.

Μετὰ interdū genit.adhibetur loco datiui instrumēti.vt apud Liban.μὴ πόνων[τῶν χρημάτων]ἢ τοὺς γνησίους ὠφε- E λεῖσθαι,Cū pecunia iuuam⁹ amicos.pro Iuuam⁹ pecunia. Nā Lat.loquēdo nequaquā addenda est illa præpositio. at Galli suā præp. Avec,(quæ respōdet illi μετὰ genitiuū habēti,&LatinæCū)interdū sic vsurpāt de instrumēto. dicūt enim Couper auec un couſteau,pro Couper d'un couſteau.

Μετ' ὅπλων, Thuc.Cū armis:seu Latin⁹,In armis. Sed & cū aliis quibusdā genitiuis ita reddi potest, & quidē sequendo M.Tullium,qui hæc Platonis,οὐκ ἄν ποτε ὁ δεινὸς πάνυ τι ῥᾳδίως χῆρας μετὰ πτωχίας ἐνίσκοι, οὐδ' ὁ μὴ δεινὸς, πλουτήσας δύσκολός ποτ' ἂν ἑαυτῷ γένοιτο,ita vertit,Nec enim in summa inopia leuis esse senectus potest,ne sapiēti quidem:nec insipienti,etiā in summa copia,nō grauis. vbi animaduerte Cic.vertisse eadē formā participium πλουτήσας,qua verterat μετὰ πτωχίας,tanquā dicēte Platone πλουτήσας pro μετὰ πλούτου. Sic verò & medici Latini seu qui ad medicinā pertinētia tradūt,vtūtur præpositione In,vbi Græci præp. μετά.veluti quum pro his Dioſc.de eupatorio loquētis, τὸ δὲ κάθαρμα μετ' οἴνου πινόμενον δυσεντερικοῖς ὠφελεῖ,dicit Plinius,Semē dysentericis in vino potū auxiliatur. Sic pro his Plinii loquentis de succo F brassicæ, Hoc itē splenēticis inuenio datū in vino albo per diesquadraginta,legitur in Geoponicis,καὶ ἰώμενον ἡμέρας τεσσαράκοντα μετ' οἴνου λευκοῦ πινόμενος ὁ χυμὸς αὐτῆς ἰσχνύσει.

Idem Cic.μετ' ἐκείνης vertit Ea adiutrice,quum hunc Platonis locū Polit.lib.2, ἐλθόντα δὲ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μοιχεύοντα,μετ' ἐκείνης ὀπτήσαντα ὧν βασιλεῖ,ἀποκτεῖναι, ἢ τὴν ἀρχὴν κατασχεῖν,ita vertit,Reginæ stuprū intulit,eāque adiutrice regem dominū interemit. Potest autem hæc significatio videri vicina illi quā paulo antè dedi huic H præpositioni genitiuum habenti cum verbo ἕπεσθαι.

DATIVO iuncta præpositio Μετὰ apud poetas duntaxat(nisi me memoria fallit)inuenitur,vt viciſſim illius vsus cū genitiuo,solutæ orationis est potius quàm poeticus.Est autem μετὰ datiuo iuncta in carmine interdum idem quod μετὰ genitiuo iuncta in prosa,videlicet Cum. vt quum dicit Homerus Od.6,atque alibi, —μετὰ δὲ πόδεσσι πέσοντο. Et Apoll.Argon.2, ἁρμὸν ἔθεντο μετὰ στίσιν,fœdus cū iis inierūt,(seu fœdus amicitiæ,aut amicitiā)Qua in signific.vtitur & Herodotus.Sed & in compositione ponitur pro σύν interdū,vt ΣΥΝΜΕΘΗΜΟΣ pro συνεθήμων,& ΣΥΝΜΕΤΕΙΝΑΙ pro συνεῖναι.

Μετὰ cum datiuo frequenter ponitur pro Inter. vt Iliad.α,-ὔρη ἔν εἰδὼς Ὄσσην ἠδὲ μετὰ πᾶσι ἀριπρεπὴς ἠδὲ εἶμι. Sic Odyss.ξ, μετὰ Κρῆτεσσι. Et Iliad. α,μετ' ἀθανάτοισιν. Et Il.β,μετὰ δ' ὄτρυν' ἔασιν ἰδεῖν, inter eos rumor percrebrescebat. Et Il.γ,—ὅππως ὄχ' ἄριστα μετ' ἀμφοτέροισιν γένηται. Tale est quod abeo sæpe repetitur, μετὰ πᾶσιν ἔειπε,& μετ' ἀμφοτέροισιν ἔειπε.(dicit verò & μετέειπε iūcta præpositione cum verbo).Quidā autem sunt loci vbi vel Inter, vel In possumus interpretari, vt docebo in proximè sequente tmematio.Quinetiā nōnullis in locis potest pro Inter poni Apud. Ac in hoc versu Il.τ, Ὅς κεν ἐπ' ἦμαρ τοῦδε πίσυν μετὰ πᾶσι γένηται,Eust. μετὰ πᾶσι exponit μεταξὺ τῶν πολλῶν. dicitque hoc loquendi genere ἀλλαχοῦ & σπανίως & χρηστῶς & σαφῶς expressam esse τὴν λοιχίαν.Quidam tamen interpr. Ad pedes.

Μετὰ cū datiuo apud poetas alicubi pro In.Hom.Il.ο,Κεῖσθαι ὁμοῦ γυμνάς,μετ' ἄμμασι καὶ κονίῃσι. Il.χ, Ἀλλ' εἰ μὲν ζώοισι μετὰ σφυσὶ.Sic μετ' αἰδοῖσιν apud eundem pro ἐν αἰδοίοις, & μετ' αἰδοῖ ἰέναι ἀριθμῷ.vbi exponitur ἐν ἀριθμῷ ἀριθμῷ. Itē μετὰ στίχας pro ἐν ἑαυτοῖς. Atque adeo illīdē loquendi generibus interdum μετὰ,interdum ἐν adhibita inuenitur.vt Od.λ,μετὰ φρεσὶ βάλλεται pro ἐν φρεσὶ βάλλεται. Hesiodus dixit etiam ἔχειν μετὰ χερσί pro Habebat in manibus.Idem,Δεινοὶ γὰρ πόντον μετὰ κύμασι πήματα κύρσαι. Item,Δεινὸν δ' ἔβη θανεῖν μετὰ κύμασι. Alicubi tamen exponitur ἐν:vbi Latinè reddi etiam potest Inter, vt si quis μετὰ κύμασι,quod constat esse pro ἐν κύμασι, reddat inter fluctus. Sed & Latinè dici scimus In his erat pro Inter hos erat,seu Ex horum numero erat.

Μετὰ cum datiuo apud poetas, interdū pro ἅμα, Per. vbi alioqui datiuo instrumentali vtendum esset, Latinè autem ablatiuo.Pro qua signif. affertur ex Homero Il.ε, μετὰ χερσὶν ἑρύσσατο Φοῖβος.vt sit pro ἅμα χερσί.(ita enim malo quàm διὰ τῶν χερῶν) Talem autem & in prosa vsum huius præpositionis cum genitiuo, ostendi suprà.

ACCVSATIVO iuncta præpositio Μετὰ aliud poetis vtplurimū quàm cæteris scriptoribus significat. Vt autē ab illis meo more incipiā, μετὰ non rarò in motu ad locū illos vsurpare dico, pro ἐπί,seu εἰς, Ad.Il.α,Ζεὺς γὰρ ἐπ' ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας Χθιζὸς ἴεν μετὰ δαῖτα.(de quo loco dicā etiā infra,tmematio abhinc quarto)Et Il.C,Ἀλλ' ἴθι καὶ μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων,Proficiscere ad exercitū Græcorū.Sic Od.π, Βῆ ῥ' ἴμεν μετὰ δῶμα.Et Il.δ,βῆ δὲ μετ' ἀγγελίην. Et alibi μετὰ νῆας ἐλαύνειν.

Μετὰ cum accus.apud poetas nōnunquam pro In. vt Il.β,—τῶν δὲ θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ὄρινε Πᾶσι μετὰ πλῆθύν,ὅσοι οἱ βυλὰς ἐπάκουσε. Et Il.ρ, Πῶς κε σὺ χείρονα φῶτα σαώσειας μετ' ὅμιλον Σχέτλι',ἐπὶ &c. Sed interdum ponitur etiam pro In habente accusatiuum.vt Il.β, Ὅς με μετ' ἀθρήτους ἔριδας καὶ νείκεα βάλλει,pro εἰς,qui me in contentiones irritas & iurgia conicit. Item pro In significante Aduersus. vt de Amphitryone dicitur ab Hesiodo, ἧλιτε μετ' ἀθανάτους μάκαρας, peccauit seu deliquit in deos.

Μετὰ cum accus. apud poetas aliquando pro Inter. vt Odysseas π, —καὶ δέ τι φασὶν Ἐν δήμῳ Ἰθάκης μετ' ὁμήλικας ἔμμεν' ἀρίστη Βουλῇ καὶ μύθοισι. Hac autem in significatione fungi etiam datiuo,multis exemplis paulo antè docui.

Μετὰ, cū accus.apud poetas aliquando pro Propter. vt μὴ κάλλος pro διὰ κάλλος,Od.λ, -τίνι που Νηλεὺς Γῆμεν ἐὸν μετὰ κάλλος. At verò Od. χ, Ὡς ἐμὲ νῦν ἐπὶ οἶκον ἐς ἠπείροιο δίεσθαι οὐδὲ χατίζων Πωλεῖμαι,μισητὸν ἀεὶ σίτοιο μὴ δαῖτα,(vbi legitur & δαῖτας)accipitur μὴ vel pro διὰ,vel pro μή, si Eustathio credimus,quē vide pag.1929.Sed quid si accipiamus simplicius μετὰ δαῖτα,vt Il.α accipi docui paulo antè? videlicet pro εἰς δαῖτα.Ego certè quando hunc locum cum illo cōparo,Eustathio assentiri nullo modo possum, sed potius suspicor sicut ibi dicitur in eodē mēbro ἴεν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας,deinde μὴ δαῖτα,

(ita enim ibi legitur, Ζεὺς γὰρ ἐπ' ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας ἔβη κτλ. ἔβη μετὰ δεῖπνα) ita etiã hic dici ἐς αὖθι δόμον, (fortè autem idem quod μετὰ αὖθι δόμον) deinde addi peculiaritus μετὰ δεῖπνα. perinde ac si dixisset, πολλάκις μετὰ ταῦτα δόμον, πολλάκις inquam μετὰ δεῖπνα. i. μετὰ τὸ ἐκ τοῦ οἴκου δεῖπνα. vel, πολλάκις ἐς αὖθι δόμον, πολλάκις inquam ἐς δεῖπνα. atque ita μετὰπρῶτα ἀνακάμπτος erit accipiendum tanquam per parēthesin dictum. Tantum abest autem vt durior sit hic vsus particulæ μετὰ in illo versu Od. χ. quàm in isto Il. α. vt cōtrà longè sit mollior. Illic enim vnum verbū non solùm duobus sed tribus iūgitur accūsativis, intercedentibus (vt quidã grāmatici loquūtur) tribus præpositionibus, videlicet duabus μετά & vna ὅτι. Sed de illo altero loco quid dicēdū est, & in illo μετὰ secus exponi poterit quàm δίχα? De eo certè vix ausim quicquã prōnuntiare: cōtentus hoc in medium afferre, (dubitāter id quidē) posse credi ἐὸν μετὰ καλὸς dictum quasi μαλλὸν ἐὸν κάλος. quo verbo vtitur idem poeta alicubi. Sed & aliquos mihi legisse locos videor mihi illi coniecturæ patrocinantes.

Μετὰ sine casu apud poetas pro eo quod in prosa dicitur μετὰ ταῦτα, vel ἔπειτα, ἔπιτα, Postea, Deinde. Hom. Il. α, Ἕζετ' ἔπειτ' ἀπὸ θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φίλοισιν, μετὰ δ' ἦον ἔπος. vbi schol. μετὰ exponit μετὰ ταῦτα. Legimus apud eundem hanc præpositionem (vel potius hoc aduerbiũ ex præpositione factum) sequente ποσσὶν, itē sequente ποσὶν. Od. φ, Γρῶς ἐγὼ, μετὰ δ' ὀμφαί. Il. ψ, Πρόσθε μὲν ἵπποις, μετὰ δὲ νέφος εἶπε πεσών. ¶ At verò Apoll. particulam μετὰ iunxit etiam accusatiuo, vtens ea tanquam præpositione, hac etiam in signif. (sicut & in prosa passim vsurpari, mox docebo) quum dixit μετὰ χρόνον, id est Post tempus, (ad verbum) pro Postea.

Μετὰ habetur interdum à suo verbo disiuncta per tmesin (quod & in aliis præpos. fieri videmus) vt Il. κ, — μετὰ Τυδέος υἱὸν ἔπουσαν pro μετήπυσαν. Et Od. μ, — μετὰ δὲ ὥρα βέβηκεν pro μεταβέβηκεν ὥρα. Et alibi, μετὰ τῶν βάντων pro μεταβάντων τῶν.

Μετὰ retracto in priorem accentū dicitur pro μέτα, (sicut παρὰ pro πάρεστι) vt docet Eustathius ex Euripide.

At verò in soluta oratione præpositio Μετὰ iūcta accusatiuo significat vt plurimũ Post, Secundũ. Thuc. lib. 2, ἀδελφιδεοῖ ὄντες, ᾧ μέγιστον μὲν ἑαυτὸν δυνατὸν ἐποίησε μετὰ τὸν θάνατον, qui plurimum post ipsum poterat, vel secundum ipsum. Varro, Cassius secundũ colũbinũ stercus scribit esse hominis. pro quibus habetur in Geoponicis, μετὰ δὲ τὸ κόπρον τὴν τῶν ἀνθρώπων. Plut. De frat. amicitia, αἱ δὲ βασιλικῶν ὄχλοι καὶ ψόφοι Περσῶν αἰαγμοὶ καὶ δουλοσύναι δι' ἑαυτὸν εἰσι). Habet autem locum in hoc posteriore exēplo & præpositio Abhinc quidem signif. qua dicũt Latini Secundus à rege. ¶ Sæpe etiam pro Post, in significatione temporis. vt in variis prouerbiis: (quid enim erat mi celebria dicta in exēpla proferre?) ex quibus est μετὰ τὴν πόλεμον ἡ συμμαχία, post bellum, auxiliũ. (cuiusmodi est μετὰ τὸ πάτερον ἦλθον apud Platonē) Itē, μετὰ τὴν Μαραθῶνα μάχην. Item, Μετὰ πολλὰ φρονιμώτερος, Post mala prudentior. Quò pertinet iste senarius in quo idē est huius præpositionis vsus, Κλέων Πρόμαχος ὅτι μετὰ ἐμὲ θορύμενος. Sæpe verò cum τῆς aut ταῦτα, pro Post, seu Postea aut Posthac. Multis autem in locis contūctim inuenitur ΜΕΤΑΤΑΥΤΑ. Μετατοῦτα, sicut Lat. Postea non Post ea scribi videmus. Dicunt etiã ἡ μετὰ ταῦτα χρόνος. vt Xen. Pæd. 7, ἐν τῷ μετὰταῦτα δὴ χρόνῳ, ἕως μὲν εἶχον ἡσυχίαν, οὐδὲν ἐπεκάλουν μετὰ τοῦ παιδὸς θανάτου, τῇ τύχῃ. (vbi obserua etiam vsum eiusdem præp. cũ alio accusatiuo) habẽt tamen & in hoc ipso loco alteram illam scripturam quædam exẽplaria. Interdũ verò interficitur particula δὴ, vt ab eodem ita inchoante primũ Hellenicõn libru, Μετὰ ταῦτα οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον ἦλθεν ὁ Ἀθηναίων θεωροδόκος, Dicitur etiã μετ' ὀλίγον pro Paulo post.) Qua in ignificatione Xen. addidit & genitiuũ χρόνου, initio eiusdem lib. Hell. 1, μετ' ὀλίγον χρόνου, q.d. Post breue [tẽpus] horum. Id est, Breui post hasce res gestas tempore) Et grammaticis χρόνου cuiusdam, id est tẽporis, nomẽ est ὁ μετ' ὀλίγον μέλλων, q.d. Paulo post futurũ. At μετὰ μικρὸν dicitur potius pro Paulo post, significãte Paucis interiectis. vt quùm citato alicuius scriptoris loco, dicitur καὶ μετὰ μικρόν. quo vsus est modo Plut. non semel. Eundẽ autem vsum habet interdũ & illud μετ' ὀλίγον, seu μετ' ὀλίγα. Et μετὰ ἡμέρας δύο, Demosth. in Mid. Duobus diebus post, Secundo post die. μετὰ τρίτην vel ὑπέρτην ἡμέραν, pro eo quod Latinè Tertio post die, vel Quarto post die. Sic μετὰ δύο ἔτη, vel τρίτος ἔτος, Secundo post anno, Tertio post anno. Aut etiã sine Post. vt quũ dicit Plinius, Cæsa spina Ægyptia anno tertio resurgit, pro his Theophrasti, ὅταν δὲ κοπῇ, μετὰ τρίτος ἔτος ἀναβλαστάνει. ¶ Μετὰ non solùm in carmine, sed in soluta etiam oratione ponitur aliquando sine adiectione pro Postea, vel Deinde: sed sequente δέ. sic autem vtuntur cum alii, tum Lucianus. Quem vsum habet etiam ἔπειτα δέ.

Μετὰ significationem temporis habet & quum iungitur accusatiuo ἡμέραν. significat autem μετὰ ἡμέραν, Interdiu. (ΥΝΔΕ Μεθημερινός, Diurnus) Demosth. in Midiam, καὶ γὰρ ἐχθρὸς ὢν, καὶ μετὰ ἡμέραν εἰδὼς ὤφειλε. Sic apud Aristoph. Pluto. ἀποδύσομαι μετὰ ἡμέραν. Exponitur autem & Luce, seu Luci.

Μετὰ χεῖρας ἔχειν, In manibus habere. (ita enim malo quàm Inter manus habere) Thucyd. lib. 1, καὶ ἃ μὲν μετὰ χεῖρας ἔχει, ἢ ἐκπεπόνηκε δαίς τε. Poetæ autem μετὰ χεῖρα hac signif. dicunt, vt suprà docui.

Μέταλλον, ου, τὸ, Metallũ. Item μέταλλον ἁλὸς, metalli salis, apud Herodot. vt Plin. dicit Æris metalla, pro Metalla æris. Sic Virg. Georg. 2, Hæc eadẽ argenti riuos æriſque metalla Ostendit venis. Et μέταλλα χρυσοῦ, quæ Lucr. Aurata metalla. Notandũ verò, quum genitiuus additur, non tam pro eo ipso accipi quod è terra effoditur, quàm etiã pro venis è quibus eruitur, seu locis ipsis in quibus reperitur: quemadmodũ Etymologistes quoque μέταλλον esse dicit τὸν τόπον ἐν ᾧ χρυσὸς πίπτει. vnde μέταλλα Valla apud Herodotum vertit Fodinas. Similiter & Plinius libro 33, cap. 7, dicit Metalla miniaria, plumbaria, argẽtaria: & Lucanus Aurifera metalla. Apud Suidam in Μεταμῆς, de Fauno, μέταλλον ἐφεῦρε χρυσοῦ ἢ ἀργύρου καὶ σιδήρου, ᾧ ἦν πάντων ἐργασίας παρέδωκε τοῖς δυνατοῖς, οἷς καὶ πλουτοδότην αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων καλεῖσθαι. Et Callias comicus dixit μεταλλικὸν σῶμα quod Dioscor. ὀρυκτὸν σῶμα, fauces metallorum, id est locorum è quibus metalla eruũtur: vel Fauces cuniculorum. Nã μέταλλα aliquando sunt Cuniculi, seu Meatus subterranei ad euertendas vrbes, quales in metallorum fodinis visuntur. Polyb. ἤρξατο πολιορκῶν διὰ τῶν μεταλλῶν. quod exponitur, Actis cuniculis cœpit obsidere. Diodorus dicit διὰ μεταλλείας. Quod verò ad etymõ attinet huius vocabuli, Eust. deriuat à μετὰ & ἄλλος, ita vocata μέταλλα dicens, διὰ τὸ μετὰ τὰ ἄλλα πάντα ὀρύττεσθαι. verisimile enim esse τοὺς περὶ γλίσχαν πάντων τῶν ἄλλων ἀρίστην, τὴν δὲ μετὰ τὰ ἄλλα εὑρεῖν, ὅτε χρήσασθαι τοὺς ἀνθρώπους καὶ τῇ χωρηγίᾳ, καὶ ἀφεῖναι μετὰ τὰ τῆς, ὅτε χρῆσθαι ἢ τῇ λαγόνι αὐτῇ. Plin. quoque ab eadem deriuat origine, sed paulo verisimiliorem affert rationem. quum lib. 33, c. 6, de argenti metallis in Hispania, loquens, ait, Et vbicũque vna inuenta vena est, non procul inuenitur alia. hoc quidẽ & in omni ferè materia. vnde μέταλλα Græci videntur dixisse. Vide Μεταλλικά. ΑΥ Μέταλλος Hesychio est λίθος, παλαίστρα, ἀποθήκη.

Μεταλλοῦχος, ου, ὁ, Metallicus, (vt Plin. lib. 34, c. 16, Lauant eas arenas metallici; & quod subsidit, coquunt in formacibus) Qui in terræ visceribus metalla scrutatur & ea elaborat. qui & μεταλλεύς. ΕΥ Μεταλλεύω, Metalla effodio. Dioscor. μεταλλεύεται δὲ ὅτε τὸ ὑφαιμάδου ὄρυς, i. effoditur. Bud.

Μεταλλικός, ῆ, όν, Metallicus. vt Plin. dicit Natura metallica. Medicis autẽ μεταλλικὰ dicuntur ea quæ in metallis generantur, siue sponte naturæ siue per fornacem producãtur: quibus etiam accedit tertium genus eorum quæ ex his ipsis homines cõficiunt, vt est cerussa, ærugo, scandix, & istis similia. vt docet Gorr. Μεταλλικὰ (inquit Aet. Lã, c. 40) προσαγορεύεται ὅλως ὅτι πᾶς ἰατρὸς, ὃν ἢ ἡμεῖς ἢ οἱ πρὸ ἡμῶν ἐπὶ τῶν μεταλλείων ὄντων, ἢ ὅτι αὐτοφυῆ ἢ διὰ πυρὸς κεκαυμένα γεγόνασι· καὶ περὶ ἐκάστου αὐτῶν ὅσα παλαιοὶ καὶ νεώτεροι ἀνθρωποι συνεθέντο: quæ ordine alphabetico enarrat & explicat, ἀλάβαστος, ἀμμωνία, ἄλας, ἁλὸς ἄνθος, ἀφρόνιτρον, ἄσφαλτος, ἀφρὸς νίτρου ἀφρὸς γύψου, ἀφρυγες, ἄφεσις, ἄφη, ἀφρὸς ἁλὸς, ἄχνη, ἰὸς χαλκοῦ, ἰὸς σιδήρου, ἴσατις, ἰὸς χαλκοῦ ἢ

σίδηρος, λίθαργυρος, νίτρον, μάγνησία, μίλανθος, χάφομμος, μίσυ καὶ σάνδυξ & χαλκῖτις, μόλιβδος, πομφόλυξ, ῥοὴ δαίδαλον, στακτὴ ἐκ χυτρίδων, σάνδυξ, σανδαράκη, σιμωλία, τίμωλος, ἀσβόλη, κυανός, πίττωσις, φῦκος, χαλκανθός, χαλκῖτις, χαλκὸς πέταλον ἰδαῖος, χαλκοῦ ἄνθος, χρυσόκολλα, ψιμύθιον, ψευδάργυρος. Quæ verò Plin. metallorum genere complectatur, apud eum videre est lib. 33 & sequ. vsque ad finem: nimirum non solùm aurum, argentum, æs, electrum, orichalcum, stannum, plumbum, ferrum, sed etiam terrarũ quasdam species, & quæ gemmarum ac pretiosiorum lapidum nomine censentur, præter ea quæ ab Aetio sunt enumerata.

Μεταλλίτης, ου, ὁ, Metallicus, Metallites. & fœm. gen. μεταλλίτις γῆ, apud Hesych. Terra metallitis, seu metallica: vt χρυσῖτις, ἀργυρῖτις, ἀμπελῖτις.

Μεταλλίζεται, In metallum damnari. B. ex Pand.

Μεταλλεύω, F. εύσω, Metalla eruo. idem quod μεταλλεύω. Poll. lib. 7, c. 23, μεταλλεύειν, ὀρύττειν, χωρυχεῖν, σκάπτειν, ἀνασκάπτειν. Idem lib. 3, c. 11, cum accusat dicit, χειρίδα μεταλλεύειν, ὀρύττειν. Et μεταλλεύοντες, Qui metalla effodiunt, Metallici, οἱ μεταλλευταί. Lucian. χρυσὸν δὲ ὀλίγον ἐν πολλῷ τῷ βάθει οἱ μεταλλεύοντες ἀνορύττουσι. Ipsa autẽ μέταλλα dicuntur μεταλλεῖα, quũ effodiuntur & μεταλλεύεται ἐν τοῖς μυχοῖς. Plato, χρυσὸς ἢ ἄργυρος ἢ παθ' ὁτιοῦν μεταλλευθέν. Aristot. Eth. 2, ἡ ἢ μεταλλευτικὴ πολλὰ εἴδη ἐξευρίληφε. πολλὰ γὰρ εἴδη τῶν ἐν τῇ γῇ μεταλλευομένων ἐστί. Strabo p. 63, ὁ δὲ χρυσὸς οὐ μεταλλεύεται μόνον, ἀλλὰ καὶ εὑρίσκεται. Luc. χρυσὸν μεταλλεύειν ἐν Θράικῃ, effossum & purgatũ. B. Aliquãdo & μεταλλεύω pro cõmodi° redditur Metallica. ‖ Hesychio μεταλλεύειν est etiã ζητεῖν: metaph. sumpta à metallicorum indagatoribus & perscrutatoribus. Et μεταλλεύω Suidæ ἐρευνάω, πολυπραγμονῶ, Curiosè scrutor. vt in Epigr. Τῷ πιθανολογίᾳ τῶν μοχθηρῶν φιλεύχει. Apud Poll. reperio ε τ Μεταλλῶ pro Metalla eruo. nam l. 7, c. 23, ait, ἐν μιλάκῃ δὲ μεταλλεύειν, ὀρύττειν.

Μεταλλευτὴς, οῦ, ὁ, Qui à metallicis effoditur & elaboratur. Aristot. sub finem lib. 3 Meteor. δύο δέ ἐστι τὰ εἴδη τῶν ἐν τῇ γῇ γινομένων, τὰ μὲν, ὀρυκτὰ, τὰ δὲ μεταλλευτά. vbi ὀρυκτὰ vocat lapides & terræ quædam genera, sandaracham, ochram, minium, sulphur, & quæ huiusmodi: at μεταλλευτὰ, eadem quæ τὰ μεταλλευόμενα. de quibus mox sequitur, τὰ δὲ αἰσθήσεως τῆς ἀτμιδώδους ἐστὶ μεταλλευτὰ, & ἔστιν ἡ χυτὰ, ἡ ἐλατὰ, οἷ ἄνθρακες, χρυσὸς, χαλκός.

Μεταλλευτικὸς, οῦ, ὁ, Metallicus. vel Pertinens ad eos qui metalla scrutantur & effodiunt. μεταλλευτικὸν κτῆμα, Plat. Ἡ μεταλλικὴ, s. τέχνη, Ars metallica, seu Ars scrutandorum aut elaborãdorum metallorum. vide in μεταλλεύω.

Μεταλλεύς, έως, ὁ, Metallorum scrutator & effossor, Metallicus: Qui circa metalla & fodinas versatur. qui suprà μεταλλουργός. Suidæ sũt μεταλλεῖς οἱ & μέταλλα ἐργαζόμενοι. Apud Poll. κάλλιστοι μεταλλεῖς, Metallici qui metalla adulterãt. Item, χρυσοῦ μεταλλεῖς apud eũdẽ: quos Comp. voce χρυσουργοὺς & χρυσουργοῦντας appellat. Μεταλλεῖς dicũtur etiam τοῦ μυρμήκων τινὲς, formicæ quædam. Hesych.

Μεταλλεία, ας, ἡ, Metallorum scrutatio. Suidæ ἡ ἐρεύνα τοῦ χρυσοῦ. Item λίθων μεταλλεῖαι apud Poll. quæ comp. voce λιθουργίαι & λιθοτομίαι. Metaph. dicitur de ductu subterraneo quo cuniculi aguntur: quũ per occultos canales (vt in metalli fodinis fieri solet) sub terra in aliquam vrbem aditum machinantur: quod Cuniculos Latini appellant. Diod. Sic. διὰ τῆς μεταλλείας ὑπορύττων ὅτι πολὺ μέρος τοῦ τείχους ἐξέβαλλε, actis cuniculis. quod Polyb. dicit διὰ μετάλλων. ‖ Τ Μετάλλειον μύρτον à quodam Metallo Siculo, eius inuentore: vt testatur Hesych. afferens hunc Aristoph. locum, μεταπέμπτῳ νιῷ ζώντα ἀπουδὴ ἥκει, κἀμὸν μύρτον, δῶρόν μοι. Μετάλλου. Meminit & Pherecrates, teste eodem Hesychio. Ab Eust. autem vocatur μεγάλλιον, & inuẽtor Μέγαλλος: ab aliis Μεγάλειον, vt suprà dictum fuit.

Μεταλλάω, Scrutor, Inquiro: vel Curiosè scrutor & exquiro. sũpta metaphora à metallorũ scrutatione, qua nihil est ἀκαταληπτότερον, vt ex antiquis grãmaticis tradit Eust. De qua Ouid. Metam. 1, Nec tantùm segetes alimẽtáq; debita diues Poscebatur humus: sed itũ est in viscera terræ, Quáisque recondiderat Stygiisq; admouerat vmbris, Effodiũtur opes. Et Plin. lib. 33, in præfatione, Metalla nunc dicentur, tellurẽ intus inquirente cura multiplici modo. quippe alibi diuitiis foditur, quærente vita aurum, argentum, electrum, æs alibi deliciis, gemmæ, & parietum digitorúmque pigmenta: alibi temeritati ferrũ, auro etiã gratius inter bella cædésq;. Persequimur omnes eius fibras. Ab hac igitur curiosa inuestigatione μεταλλᾶν capitur pro ἐρευνᾶν, ζητεῖν, vt Hes. exp. Hom. Il. υ, ἔπαρον ἢ καταλέξῃσι νέας σὺ μεταλλᾷς, quæris & indagas. Dicitur etiã μεταλλᾶν qui scisciatur & quærit ex aliquo, & qui vnum post alium curiosè scrutãdo exquirit, vt in metallorũ venis fieri solet. Od. ξ, Ἦ ῥ' οὗ δὴ ξεινῶν φιλέει ἠδ' ὅτινα μεταλλᾷ, de Penelope peregrinos errones domũ suã recipiẽte, & multa super Vlysse rogitãte. Frequẽter cũ ἔρομαι copulatur, quod est Interrogo, Rogito. Od. π, Οὐκ ἔμβην μοι ταῦτα μεταλλήσαι ἠδ' ἐρέσθαι. Od. α, & Od. ο, εἰπὲ δ' ὀϊλάσασά με εἴρεαι ἠδὲ μεταλᾷς. Od. γ, Νεῦ δ' ἰθὺς ἵππος ἄλλο μεταλλήσῃ καὶ ἐρείσῃ.

ΜΕ΄ΤΡΟΝ, ου, τὸ, Mensura, Modus. Hesiodus, in Erg. Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ μείονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι Αὖτις τῷ μέτρῳ, ἢ λῷον, αἴ κε δύνηαι. quæ Cic. interpretans scribit in lib. De clar. orat. Quanquam illud Hesiodeũ laudatur à doctis, quòd eadem mensura reddere iubet qua acceperis, aut etiã cumulatiore, si possis. Alicubi autem vertit Maiore mensura. Plat. in Tim. ἵνα δὲ εἴη μέτρον ἀφορμὴ πρὸς ἄλλα βραδυτῆτι ἢ τάχει. quæ Cic. reddit, Atq, vt esset mẽsura quæ dà euidẽs quæ &c. Luc. in Tim. καὶ μὴν ἐπιδώσω χείονας ὑμῖν τὸ μέτρον πάσας. Plut. De loq. τῷ ἢ ἀκριβοῦντι μέτρον ἔστω ἡ πεῖρα τῶν πρὸ βύλησις. Luc. De hist. scrib. καὶ πᾶσι θύραις μέτρον ἐπίκειται, adhibe modus. Sic apud Hesiod. in Erg. Μέτρα φυλάσσειν, (vbi obserua pluralem) Modum seruato. At pro his eiusdẽ, Γλῶσσης δὲ θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος Φειδωλῆς, πλεῖστη δὲ χάρις ἔργου μέτρον ἐπισσεῖ, Gell. habet, Hesiodus poetarũ prudẽtissimus linguã non vulgandã, sed recondẽdam esse dicit, perinde vt thesaurũ: eiúsque esse in promendo gratia plurimã, si modesta & parca & modulata sit. Luc. dixit ὑπὲρ ἀνθρώπινον μέτρον φρονῶν. vbi puto μέτρον reddi posse Captũ. ‖ Poetæ μέτρον ἧκεν periphrasticè dicunt pro ἧκεν. cuius loquendi generis cum apud alios tum apud Hom. & Hesiod. exempla extant. Iungũt verò iidem aliis quibusdam genitiuis hoc nomẽ poetæ. Quinetiam μέτρα κυβίστου legimus apud Hom. nõ vno in loco, vbi fortasse dicere quis possit periphrasticè poni μέτρα κυβίστου pro κύβιστον. Alioqui crediderim eadẽ forma dici μέτρα κυβίστου de mari, (de eo enim loquitur) qua à Latinis poetis dicitur aliquis Emẽsus mare, atque adeo ab ipsomet Homero, Ἥ ῥ' ὀλοὼ αἶα μεδήσεται ἠμὲ θάλασσα Χαρυβδίν. Sic & μέτρα θαλάσσης apud Hesiodũ. ‖ Μέτρον vocatur & vas quo aliquid metimur, seu ad quod mensurã examinamus. ab Hom. autẽ μέτρα vocantur ξίστης πυκνότητες, cõtinentes πίσσα μέτρα. De quibus lege Eust. qui etiã scribit quosdã μέτρον putasse dici ὅτι ἓξ ἴσως quoq;. Cæterùm à μείρω deducit μέτρον Etymologici autor.

Μέτρον in carmine dicitur mẽsura quæ binis pedibus constat: vel potius plurali numero μέτρα sunt quæ carmẽ, seu versum certis pedibus ac veluti spatiis, tanquã dimẽsionibus, distinguunt. vnde στίχος dicitur ν ε ι. Δίμετρος, qui binis metris constat, tanquam mensuris seu dimẽsionibus: ν ε ι. Τρίμετρος, qui ternis metris constat: ν ε ι. Τετράμετρος, qui est quatuor metrorũ: ν ε ι. Πενταμετρος, qui est quinque metrorũ: ν ε ι. Ἑξάμετρος, qui sex metris cõstat. ‖ Sed μέτρον appellatur & id quod ex mensuris illis constat: Lat. Carmen, seu Versus. Aristot. Rhet. 3, διὸ ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον, μέτρον δὲ μὴ. πίστιν γὰρ ἔσται. Ad quẽ locũ respiciens Cic. dixit, de ipso Arist. loquẽs, Is igitur versum in oratione vetat esse, numerũ iubet. Sequitur autem mox apud Aristotelem, διὸ μάλιστα πάντων τὸ μέτρον ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες.

C. Μετρονόμοι Athenis dicebantur qui curabant & inspiciebãt vt omnia iusta mẽsura tribuerentur & venderẽtur: quorũ quindecim in Piræeo, nouẽ in vrbe erant. Suid.

C. Ἄμετρος, ν, ὁ ἢ ἡ, Mensura carens, Certam mensuram non habens, Modũ excedens. (at Immensus Lat. formã habet respondentem' potius, nomini ἀμέτρητος) Dem. Phal. περὶ ἑρμηνείας, initio, οἱ δὲ τὸ ἡ πεντάμετρα ἔχοντες ἑξάμετρον μᾶλλον, εἰ μὴ σπουδῇ γελοῖον τὸ μέτρον ἄμετρον ποιῶσιν. id est, Ridiculũ enim fit metrũ carere metro, id est certa mẽsura. Exponitur etiã ἄμετρος, Immoderatus, Immodicus, Immẽsus. Interdũ dicitur res aliqua esse ἄμετρος:

interdum etiam ipſa perſona ἄμετρος circa quidpiam, id A
eſt nullī moderationē adhibens. ¶Interdū τὸ ἄμετρον ponitur pro ſubſtantiuo ἀμετρία, id eſt Exceſſus, Immodicitas, vt apud Lucinaū. ¶In plurali autem τὰ ἄμετρα pro aduerbio ἀμέτρως, nonnunquam. vt ἀμετρα ὑφωθείς, apud Gregorium, Immodicè elatus.

Ἄμετρος στίχος appellatur verſus excedens ſuam menſuram, id eſt qui longior eſt quàm par ſit, pluréſque habet ſyllabas. Plutar. πῶς αὖ τις ἄμετρος. Ὅμηρος δὲ τὸν ποσοῦν οὐδὲν ἐλλιπόντα τοῦ στίχου ἄμετρον ἐκάλεσεν.

Ἀμέτρως, Sine menſura, Immodicè, Supramodū, Sine modo, Sine fine modóque (vt Ouidius loquitur) Immoderatè. Comparatiuus ἀμετρότερον, vt ἀμετρότερον ἐσπεῦδεν, pro Paulo vehementius: Alex. in Probl. Superlat. ἀμετρότατα, exponitur apud eundem Vehementiſſimè. vt ἀμετρότατα ψυχθέν, Vehementiſſimè vel Plus ſatis frigefactum. Poteſt etiam exponi, Multo plus quàm par ſit.

Ἀμετρεί, Aduerbium aliud, idem ſignificans. Prouerbium, ἀμετρεὶ μαίζας ἴδοιτις citatur à Suida.

Ἀμετρία, ας, ἡ, Exceſſus menſuræ, Immodiciras, Exceſſus, Nimietas. qua voce vtitur Columella. Lucianus, ἡ τῶν γυναικῶν περὶ τὸν θρῆνον ἀμετρία, Mulierum circa luctum immodicitas, Mulierum luctus modum excedens.

Ἀμετρία. Intemperies, apud Platonem. cui opponitur ἐμμετρία, inquit Budæus.

C. Διάμετρος ου, ἡ, ſubaudi γραμμή, Linea dimetiens, ſeu per medium ſecans, rectà in longitudinem ducta. Macrob. in Somn. Scip. lib. 1, c. 20, Illa enim tantùm linea in partes æquales orbem medium diuidit, quæ à ſummo in ſummum ita deducitur, vt neceſſe ſit eam tranſire per centrum. Et hæc linea quæ orbem ſic æqualiter diuidit, διάμετρος nuncupatur. Plinius dimetientem lineam appellat lib. 2, cap. 23, Quantas enim dimetiens habeat ſeptimanas, tātas habere circulū duodetriceſimas. Sicut Macrob. loco citato, Diametros omnis cuiuſcunque orbis, triplicata, cum adiectione ſeptimæ partis ſuæ, mēſuram facit circuli quo orbis includitur. Procl. in Sphæra, ἄξων καλεῖται τοῦ κόσμου ἡ διάμετρος ἀφ' οὗ εἰλεῖται ἡ σφαῖρα. Et κατὰ διάμετρον, ſecundum dimetientem: id eſt ſecūdum lineam rectam & trāſuerſariam quæ per medium corpus in lōgitudinem ducitur. vt ἡ κατὰ διάμετρον κίνησις apud Plut. De aud. cui opponit πλαγία κατὰ πλάγιον. Et ἐκ διαμέτρου ἀντικεῖσθαι dicuntur quæ directè inter ſe oppoſita ſunt, vt duo extrema diametri puncta. ¶Heſychio διάμετρος: ἐστὶ ὅρισμα γεωμετρικόν: item τὸ διὰ δύο ἐπουσίας λόγον τῆς πρὸς σπουδὰς καιρικῆς μετρῆσαι. A T Διάμετρος Dinarcho ἐν τῇ Καλλιδίκης εἰσαγγελίᾳ est τὸ ὑπὲρ τὸν ἀπὸ τοῦ δικαίου μεμφθέντος, vt Harpocr. annot. & ex eo Suid.

C. Ἔκμετρος, ου, ὁ ἢ ἡ, Menſurani & modū excedens. Apud Luc. in imaginum defenſione, ἔκμετρα καὶ ὑπὲρ τὸν τόδε, Modulum pedémque excedentia. V N D E Ἐκμέτρως, Modum excedendo. πέρα τοῦ ἴσου: ſ. B.

C. Ἔμμετρος, ν, ὁ ἢ ἡ, In quo modus adhibetur, Modū ſeruans, Moderatus. Modicus, Mediocris. v. l. ¶Ἔμμετρα dicūtur etiā quæ metrica ſunt ſeu metro cōſtant: (qua ſign. ex Xen. ἐμμέτρῳ πατρικῇ φωνῇ ἔπη) quibus opponūtur τὰ ἄνευ μέτρων, à Platone. vt ἔμμετρα πεπόματα apud Iſocr. ad Nicocl. quibus opponit τὰ καταλογάδην συγγεγραμμένα quæ ſoluta oratione ſeu proſa ſcripta ſunt. Pauſ. Att. p. 2, de Cleanthe, ex Clitarcho, πάντα ᾠδὰ καὶ πάντα ἔμμετρα ἔλεγε. Et Plat. in Symp. τοῖς ᾠδαπλοκοῖς τῶν ἐμμέτρων ἐχρήσατο, id eſt quædam poetica quaſi per parodiā dixit. B. p. 577, ex Hermog. ᾠδεγλυπτήσας. Item ἔμμετροι dicuntur qui ἐν μέτρῳ ſcribūt. Demoſth. Epitaph. ὥσπερ καὶ τοὺς ἐμμέτρους ἢ τοὺς τῶν ἀδελφῶν ποιητὰς καὶ πολλοὺς τῶν συγγεγραφότων ὑπολαμβάνεις τὰ ἐκείνων ἔργα τοῖς αὐτῶν μισοπονηροῖς πεποιῆσθαι. V N D E Ἐμμέτρως, Carmine, Verbis numero adſtrictis. Plato Symp. ἐὰν χρὴ δέ μοι τὸν ἐμμέτρως εἰπεῖν: quibus dictis ὀρθοτάτῳ μέτρον ἐφήρμοσε, ὡς λύκοι ἀρνὰ εἰλοῦσ' ὡς παῖδα φιλοῦσι ἔρωτες. & quæ ſequūtur. Bud. p. 576 ex Hermog.

C. Ἐπίμετρος, ον, τὸ, Quod ſuper menſuram vel pondus iuſtū additur, Auctarium. (Feſtus, Auctarium dicebant antiqui, quod ſuper menſuram vel pōdus iuſtum adiiciebatur, vt cumulus vocatur in modio) Cic. in frumentaria Corollarium vocat τὸ ἐπίμετρον. Theophr. de cauſ. pl. lib. 4, c. 15, de frumento, χέσμωσι πως ἄνω. Συμβαίνει δὲ τοῦτο συμβαίνειν ὅταν εἰς τὰ οἰκεῖα πάθη χύδην. διὸ τὸ ἐπίμετρον ποιεῖ, mēſuram auget. Item τὸ ἐκ περιουσίας προσπλήρωμα, Quod ex abundanti additur, vt Quint. loquitur. Galen. l. 3 De ſanit. tuenda. προσγίνεται δὲ ἐκ περιουσίας πολλὰ καὶ ἄλλα προσπλήρωμα. ¶Apud Theophr. autem Hiſtor. pl. lib. 7, cap. 8, ἔνια δὲ καὶ ὅλως αἴρεται, καθάπερ καὶ τὸ ἐπίμετρον, pro ἐπίμετρον quibuſdam reponendum videtur ἐπίπεδον, ex Plin. qui lib. 21, c. 15, ait, Actinos, quā epipetron vocāt, quæ nunquam floret. A T Ἐπιμετρεῖς Heſ. eſt τὸ ἐπίμετρον ὁ προσάπτουσι τοῖς χωνίοις: fortaſſis idē cum ἐπίβλημα.

C. Ἰσόμετρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui paris menſuræ eſt, Æqualis menſuræ. Theodectes apud Athen. lib. 10, deſcribens literas nominis Θ H Σ E Y Σ, & de ſecunda loquens, — δύο οἱ κανόνες ἰσόμετροι πάνυ. Τούτοις δ' ὁ πλάγιος ἐξ ἀμέσου συνᾴδει κανών. (quos duos κανόνας ἰσομέτρους Agathon ibidem vocat ὀρθοὺς ἐζυγωμένους) Idem poeta de quinta litera eiuſdem nominis loquens, Πέμπτον δ' αὖθις ἰσόμετροι ῥάβδοι δύο. Αὗται δὲ συντείνουσιν εἰς βάσιν μίαν. vnde patet eam literam proximè acceſſiſſe ad Latinam V.

C. Κακόμετρος, ου, ὁ, Malè metiens. E T Κακομετρέω, Malè metior. v. l.

C. Πάμμετρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Omnia metrorum genera habens.

C. Περίμετρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Orbiculari rotunditate dimenſus. Heſych. ſcribit περίμετρον quoſdam exponere στρογγύλον, quoſdā κύκλον: reſpiciens opinor ad hunc locū Hom. Od. β & Od. τ, de Penelope procos ſuſpendente & eludente, Στῆσε δ' ἐν μεγάροισιν ἰσὸν ἐπὶ μεγάροισιν, ὑφαίνων λεπτὸν ἠδὲ περίμετρον. Et ex Dionyſ. De litu orbis, φύλλῳ περιδινήτῳ περίμετρος. At ἐν τοῖς λόγοις αἰνεῖ, id περίμετρον dicitur quod foris eſt, περίοδον: quod verò intus eſt, τοῖχος appellatur, vt annotat Poll. Et ἡ περίμετρος ſ. γραμμή, vt ſuprà in διάμετρος, Linea qua in orbē ducta aliquid metimur, vel Linea qua aliquid in orbem deſcribimus, & ambitū eius metimur: aut ipſe Ambitus, Circuitus. Voce illa & Lat. vtuntur, ſicut ſuperiori διάμετρος. Vitr. l. 5, c. 6, Ipſius autē theatri cōformatio ſic eſt faciēda, vti quàm magna futura eſt perimetros imi, centro medio collocato circumagatur linea rotundationis, in eáque quatuor ſcribatur trigona paribus lateribus & interuallis, quæ extremā lineam circinationis tangant. Herodot. περίμετροι αὐτῆς εἰσὶ ξύλοι ἐννέα, ambitus eius nouem eſt ſchœnorum. Polyb. ὅλην περίμετρον τῆς παρεμβολῆς, ambitum tabernaculorum. Strabo, p. 53. ἡ δὲ περίμετρος τῆς σύμπαντος πλάγιος ὀδὸς ὁ ιμυριάκων που καὶ πεντακοσίων. Et Theophr. Hiſt. pl. lib. 3, c. 13, dicit cerati tantum πάχος eſſe ὥστε καὶ δίπηχυ ἔχειν περίμετρον ἀπὸ ῥίζης ἴχνη, ambitū bicubitalem. Vnde patet de ambitu quorumuis corporū dici quo eorū veluti mēſura continetur & deſcribitur.

C. Σύμμετρος, q. d. Commenſus. Exiſtimauit enim Bud. Cōmenſa dici poſſe eadem forma qua Demenſa. Eſſe autē ait σύμμετρα proprie ea quæ ſunt eiuſdem ſeu paris mēſuræ, quæ eadem menſura metimur: & affert ex Alex. Aph. in Topic. p. 206, σύμμετρα vocari τὰ τῷ αὐτῷ μέτρῳ μετρούμενα, ὡς ὅτι ἀριθμῶν καὶ μεγεθῶν. Itē, τὰ ἑκατέρῳ ὁμοζυγοῦντα & ὁμοῦντα, ὡς ἰμάτια καὶ ὑποδήματα. A B. pag. 173, σύμμετρα μεγέθη exponitur Comenſu inter ſe reſpōdentia. (vbi etiā affert ex Ariſtotele, ὥσπερ τὸ τοῦ διάμετρον, σύμμετρον τῇ) Vt autē μεγέθη dicuntur eſſe σύμμετρα inter ſe, ſic & aliquid dicitur eſſe συμμέτρου τοῦ μεγέθους alius rei. vt Moſchion apud Athen. de illa celeberrimi artificii naui Hieronis, lib. 5. καὶ δὴ καὶ τοῦτο παρόδου γυμνάσιον ἐν αὐτῇ κατεσκεύασε τῷ πλοίῳ μεγέθους συμμέτρου ἔχοντες τοῦ κατασκευάσαντος. Quæ Bud. ita vertit, Summa pars nauigii gymnaſiū habebat, ambulationéſq; laxas pro portione magnitudinis ſuæ. Ibidē. ἡ δὲ πᾶσα εὐκαιρίας χαρᾶς ἐπεπόητο· πύργοι γὰρ ἦσαν ἐν αὐτῇ οἰκῶν σύμμετροι τὸ μέγεθος τῆς τριήρους ὅλης.

Σύμμετρος alioqui ſignificat modicè temperatum & iuſtæ ac quadratæ magnitudinis. quē etiā ipſe [Ariſtot.] αἰσῶν vocat Eth. l. 4, inquit idem B. ibidē. Legimus autem apud eundem Ariſtot. Eth. 2, cap. 2. σύμμετρος oppoſitum τῷ ὑπερβάλλοντι καὶ τῷ ἐλλείποντι, & τοῖς πολέσι, καὶ τοῖς ὀλίγοις: vbi redditur Moderata. locus autem eſt hic, τὰ μὲν γὰρ ὑπερβάλλοντα γυμνάσια καὶ τὰ ἐλλείποντα φθείρει τὴν ἰσχὺν ὁμοίως δὲ καὶ τὰ πολὺ καὶ τὰ ὀλίγα, πόνος καὶ ἐν ἄλῃ γυμνάσια, φθείρει τὴν ὑγίειαν· τὰ δὲ σύμμετρα ἐποιεῖ καὶ αὔξει καὶ σῴζει.

Plut. in Symp. ſept. ſap. ὅπως αὐτῇ χιτώνιον ᾖ σύμμετρον, vt ſibi amiculũ texeret aptũ & accõmodatũ. Sic autẽ in variis autorũ locis ad varia tranſlatũ σύμμετρον dicitur quod eſt accommodatũ, ſeu aptum & congruẽs.

Συμμετρία, ας, ἡ, Commenſus (vt Vitr. loquitur) Membrorum competentia, (vt Gell.) Ita enim Vitr. 3, cap. 1, Vt etiam in operum perfectionibus ſingulorũ membrorum ad vniuerſam figuræ ſpeciem, habeant commenſus exactionem. Gell. autem lib. 1, cap. 1, Comprehenſa autem menſura Herculani pedis, ſecundum naturalem membrorum omnium inter ſe competentiam modificatus eſt. Sic & alibi. Sed Vitruuius alicubi non ſimpliciter Commenſus, ſed Commẽſus proportionis dixit: item Commenſum reſponſum. Quineriam eſt vbi & Græcatti vocem addiderit: vt lib. 1, cap 3, Membrorumque commẽſus iuſtas habeat ſymmetriarum rationes. Bud. eum pro συμμετρίᾳ modulationẽ quoque dixiſſe tradit. Quidã ex Plin. Secũdo in ep. ad Lupercu, συμμετρίαν congruentiam æqualitatẽmque interpr. Ariſtoteles Polit. 5, ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα ἐκ μερῶν σύγκειται, καὶ δεῖ αὐξανέσθαι αὐτὰ ἅμα, ἵνα ὑπὸ τὴν συμμετρίαν. Idem Polit. 3, οὐδὲ γὰρ χαρᾶς ἐστὶν αἱ πόλεις ἐὰν ὑπερβάλλοντα πόδα τὴς συμμετρίας ἔχῃ τὸ πλῆθος. Philo De vita Moſis libro 3, τὸ μὲν γὰρ τὸ σῶμα πᾶς, ἐκ συμμετρίας μερῶν ἀλλήλοις καὶ ἁρμονίας κεῖται. vbi quidam συμμετρίαν μερῶν interpr. Proportionem partium. (At Vitruuius συμμετρίαν gigni à proportione dicit, proportionem autem eſſe ratæ partis membrorum totiúſque commodulationem, ex qua rationem ſymmetriarum effici) Cicero dixit aptam cõpoſitionẽ mẽbrorũ. Theophr. καὶ πάλιν νοσεῖ ὑπὸ θερμασίας. ζητῶ γὰρ καὶ πότων τὴν συμμετρίαν. quo pertinent hæc Plinii de hirculatione, morbo vitium, loquentis, Calore hoc euenit intempeſtiuo. quoniam omnia modo conſtant, certóque temperamento fiunt. Sic autem & apud Iſocratem commodè συμμετρίαν reddemus Modum, cum alibi, tum vbi dicit, αἰσθάνομαι δ' ἐμαυτὸν ἔξω φερόμενον τῆς συμμετρίας τῆς σωφρονούσης τῶν ἀνθρωπίνων. Sed quum hæc ita ſint, quî fit vt Plinius συμμετρίαν nomẽ Latinũ habere negetʔan dicemus, cũ quibuſdã, nimis audacter loquutũ hîc eſſe Plinĩũ? Imò verò nimis audacter eos Plinĩũ audaciæ inſimulaſſe dicendũ eſt. An enim quia nonnulli verbum aliquod finxerunt quo vim Græci verbi συμμετρία exprimere conati ſunt, (ſibi videlicet canentes) ideo mentitus eſt Plinius quum nomen Latinum illi tum defuiſſe ſcripſit? Sed hoc addo, mihi fieri veriſimile (fiet autem, vt opinor, veriſimile & iis omnibus qui perſpectum exploratumq; habuerint quàm felici fuerit Plin. ingenio in exprimẽdis Latinè Græcorum ſcriptorum verbis, in locis etiam valde ſenticoſis, vt ita dicam, & ſalebroſis) veniſſe in mentẽ eaſdẽ quæ & eius poſteris interpretationes huius Græci verbi, ſed eas illi minimè placuiſſe. quæ fortaſſe ne illis quidem ipſis qui eas excogitarunt, placuiſſent, ſi tanto præditi fuiſſent, quanto ille, iudicio.

C. Νομομαθής, Legis peritus. Chrysost. Παῦλος ὁ μέγας καὶ ἀνομαστὸς, ὁ νομομαθής. Et sic sæpe Paulum appellat quia legem didicerat sub Gamaliele. B. Sic autem accipitur νόμος in hoc composito vt in Νομοδιδάσκαλος.

C. Νομοποιός, οῦ, ὁ, q.d. Legis factor, seu legum. pro Legislator. Sic autem & νόμων δημιουργὸς legitur. Nullum tamen in v. l. affertur huius νομοποιὸς exemplum. Sed ipse Hesychius νομοθετῶ exponit itidem νομοποιῶ, à V E R B O Νομοποιέω, οῦ.

C. Νομοφύλαξ, ακος, ὁ, q.d. Legis custos, vel legum. Sed inuenitur potius plurali numero νομοφύλακες, & exponitur Legum custodes, vel præsides. Cicero De leg. lib. 3, Legū custodiam nullā habemus. itaque hæ leges sunt quas apparitores nostri volunt: à librariis petimus: publicis literis consignatam memoriam publicam nullam habemus. Græci hoc diligentius, apud quos νομοφύλακες creantur. nec ii solùm literas (nam id quidem & apud maiores nostros erat) sed etiam facta hominum obseruabant, ad legésque renocabant. Hæc detur cura censoribus, &c. De officio eorum qui νομοφύλακες vocabantur, legimus & apud Columellam lib. 12, cap. 3, vbi scribit, Quod etiam in bene moratis ciuitatibus semper est obseruatum: quarum primoribus atque optimatibus non satis visum est bonas leges habere, nisi custodes earū diligētissimos ciues crearent,

quos Græci νομοφύλακας appellant. Horum erat offi- A cium, eos qui legibus parerent, laudibus prosequi, nec minus honoribus: eos autem qui non parerent, pœna mulctare. quod nunc scilicet faciunt magistratus, assidua iurisdictione vim legum custodientes. De iis Bud. quoque hæc scribit in Annot. prioribus in Pand. Aristoteles autem Polit. lib. 4 autor est (inquit) in quibusdã rebus publicis θεσμόθετας & νομοφύλακας institutos fuisse qui eas rogationes quæ ad populum ferendæ essent præiudicio quodam disceptarẽt examinarẽntque: nequando fortè populus contrarium quippiam legi- B bus, aut quod è republ. non esset, sciscere iubereque posset. Hi autem νομοφύλακες Athenis (vt apud Suidam legimus) fasciolis albis pro redimiculis vti solebant in spectaculis, è regione sedentes nouem magistratuum qui reip. gubernacula tenebant: cogentes magistratus omnia recte atque ordine & ex præscripto legum agere. In concionibus verò cum θεσμόθεσις contendere soliti, intercessuri siquis rogationem promulgationémue quampiam ferret aut contra instituta patria, aut quæ è repub. è dignitatéve eius futura non videretur. C Vide Pollucem, Harpocr. & Suidã. Aristot. Polit. lib. 3, ad νομοφύλακας addit καὶ ἐπιτηρήσεις τῶν νόμων. Hi à Demosth. χ' Τιμοκρ. vocantur οἱ ἔνδεκα, vt & enarrator admonet. Meminit & Pollux lib. 8, vbi agit περὶ τῶν ἐνδεκα. Plato in epist. vult νομοφύλακας esse triginta quinque, scribens, πλείους δὲ ἢ εἰρήνης ἄρχοντας νομοφύλακας ποιεῖσθαι ἀριθμὸν τριάκοντα καὶ πέντε. Cæterùm νομοφύλακας non intelligo cur quidam Legum præsides interpretari maluerint quàm Legum custodes, ad verbum. (Bud. autem hæc duo iunxit) quum ex Ciceronis & Colu- D mellæ locis hanc ad verbum interpretationem illis nõ displicuisse cognoscamus.

Νομοφυλακία, Legum custodia, Officium seu munus eorum qui νομοφύλακες vocabantur. Aristot. Polit. lib. 6. Bud. latius interpretatur in suis annot. in Pand. quum ita scribit, Quòd si aliquando vnus & alter in hanc causam incubuerint eorum ad quos Gallicæ νομοφυλακία delata est, id est legum morumque regimen & tutela, & qui &c.

Νομοφυλάκιον, ου, τὸ, VEL Νομοφυλακεῖον, (& quidẽ rectius) E Locus vbi νομοφύλακες iudicabant. Et νομοφυλακείου δίκη, ianua qua rei educebantur ad supplicium, inquit Suidas. Vide plura apud Pollucem lib. 8, vbi νομοφυλακίου scribitur: ET Νομοφύκις quod apertè mendosum est pro νομοφύλακες, annotatum tamen in v. l. tanquam medi non suspectum.

C. Ἄνομος, ου, ὁ καὶ ἡ, (q. d. Exlex, vel Lege carens, Legem non seruans) Accipitur pro Iniquus, Iniustus, Flagitiosus, Sceleratus. Gellius ἀνόμου ἀφροσύνης vertit Exlegis dementiæ. Dicitur autem ἄνομος tam de persona quàm F de re, sicut & παρανόμος.

Ἀνόμως. Aduerb. Iniquè, Iniustè, Flagitiosè. Isocr. in Panegyr. παρελαβοῦσα γὰρ τοὺς Ἕλληνας ἀνόμως ζῶντας.

Ἀνομία, ας, ἡ, Vita exlex. Item Iniquitas, Iniustitia, Plutarchus in Erot. ἤδη γὰρ εἰς ἀνομίαν τὰ πράγματα διὰ τὰς αὐτονομίας βαδίζειν. Vbi ἀνομίαν exlegem quandam & velut effrænem licẽtiam significare puto. Crediderim autem Plutarchum hic respexisse ad istum Isocratis locũ, in Archidamo, αἱ δὲ τῆς αὐτονομίας εἰς πόλεις καὶ δίκας ἀνομίας ἐμπεπτώκασιν. vbi obseruandus est pluralis numeri vsus alioqui rarus. Xenophon ἀνομίαν & δικαιοσύνην inter se opponit, ἀνθρώπους σωζειν ἀνομία μᾶλλον ἢ δικαιοσύνη χρωμένους. (Dicitur παρανομία pro eodem) At plurale ἀνομίαι in sacris literis, pro iis quæ iniquè fiunt, id G est peccatis.

Ἀνομέω. ἥσω, F. ἥσομαι, Iniquè ago, Iniustè ago, Contra legem ago, Pecco in legem. Interdum sine adiectione, sicut & παρανομέω: interdum cum præpositione εἰς ponitur: vt ἀνομέω εἰς ἱρόν, apud Herodotum. Suidas ἀνομεῖσθαι exponit παρανομεῖσθαι.

Ἀνόμημα, ατος, τὸ, Iniquum factum, seu iniustum, Flagitium. Differunt ἀνόμημα & ἀνομία, vt ἀδίκημα & ἀδικία. Quò pertinentia quædam dicam in Παρανομία.

Ἀνομίζω idem valere quod ἀνομῶ, in v. l. annotatum est. sed exemplum desideratur.

C. Ἀντινομία, ας, ἡ, Legis aduersus legem repugnantia, Legum inter se contrarietas. Sed Latinius, Leges contrariæ, vt est apud Quintilianum. Apud Hermogenem ἀντινομία, Lex legi opposita ab accusatore & patrono. hoc est Legum conflictus. Bud.

C. Αὐτόνομος, ου, ὁ & ἡ, Qui suis legibus viuit, Qui suo iure vtitur, Qui est sui iuris, Qui nullius imperio subest. Liber. Crediderim autem, exprimendo vim huius vocis αὐτόνομος, sonare Qui sibi ipsi lex est, Qui sibi ipse legem dicit, non autem ab alio accipit. Sæpe vsurpatur de populis seu ciuitatibus. Thucyd. lib. 2, καὶ ἔστιν ὅτε καὶ αὐτὴ αὐτονόμους οἰκήσασα. Ibidem Thraces quidã vocantur αὐτόνομοι. Quinetiam copulantur ab eo αὐτόνομοι & ἐλεύθεροι. sic autem copulauit Plutarchus, sed inuertens ordinem, quum dixit in lib. De Socr. dæm. αὐδὰξ δῆμος τῶν ἡδυπόρων καὶ αὐτονόμου πόλεως. Dicitur autem & de aliis rebus vt αὐτόνομος οἶκος apud eundem, sicut & αὐτόνομοι οἰκίαι. Itidémque vt dicuntur aliqui αὐτόνομοι πολιτεύειν, ita etiam αὐτόνομος πολιτεία à Plut. in Romulo. ¶ Vocantur autem & metaph. αὐτόνομοι αἶγες ἐν Σικελίᾳ in Epigr. Nisi potiùs, Quæ per se pascuntur.

Αὐτονόμως, Suis viuendo legibus, Vtendo suo iure, Liberè.

Αὐτονομία, ας, ἡ, Potestas viuendi suis legibus, vel vtendi suo iure, seu Potestas viuendi suo arbitrio. Libertas. Isocr. Euag. εἰ δὲ Ἕλλησι αἱ περὶ δουλείας αὐτονομίαν ἦρον. Ex Greg. αὐτονομία τῆς πλανης affertur pro Libertas errandi.

Αὐτονομέομαι, οῦμαι, Meis legibus viuo, Iure meo vtor. Vtitur Thucyd. lib. 1. Demosth. autem Philipp. 1 copulauit αὐτονομούμενα & ἐλεύθερα.

C. Ἔξνομος, ου, ὁ & ἡ, Exlex. Quod verbum non significatione tantùm sed & typo seu forma Græco illi respondet. est enim Exlex conflatum è duabus vocibus, videlicet nomine Lex & præpositione Ex, vt ἔννομος è nomine νόμος (quod est Lex) & præpositione ἐκ, quæ signif. Ex. At in v. l. exponitur Illegitimus. Sed inuenitur & pro Sceleſtus. Nefandus. Orpheus Argon. versu 59. — δ' ὡς κλύεν ἔννομον αἰδώ. Philo De vita M. lib. 3, θέαν ἔννομον ἰδόντες, spectaculum nefandum.

AT VERO Ἔνορμος apud Aristoph. aliquot locis, (tanquam à nomine Ἔνορμος) pro Præter modum, Enormiter. vt Bud. exponit in hoc illius loco qui est in Pluto, καὶ γὰρ ὄντ' μίως μ' ἠχθέσθη. vbi schol. exponit ὑπὲρ τὸ νενομισμένον, & ὑπερβαλλόντως, item μεγάλως. Redditur etiam Vehementer, Magnopere. Vsus autem est & superlatiuo paulo pòst, Λέγεις ἐρῶντ' ἀνθρωπον ἐνορμοτάτα. Cæterùm quum schol. dixit ἐνορμίως esse propriè ὑπὲρ τὸ νενομισμένον, videtur à verbo νομίζομαι voluisse deducere: ac fortasse intellexit esse ἐνορμίως dictum quasi ἐκτὸς νομισμένως. Quanuis autem hæc deductio alicui magis probari possit (nec mihi etiam displiceat) quàm ab ἐκνόμως pro ἔννομος, aut ab ἐκνόμως, inferendo ista: non putaui tamen alieno loco positum hic iri, modò lectorem admonerem istorum.

C. Ἔννομος, ου, ὁ καὶ ἡ, (q. d. Inlex, pro Qui est intra legem eadem forma qua Exlex, Qui est extra legem, Lege carens) Legitimus, νόμιμος. Quidam interpr. etiam Intra certam legem & præscriptum coercitus. Apud Thuc. pro Legitimus, Iustus & legibus consentaneus, aut etiam æquitati. Redditur ἔννομος Legitimus apud Lucã quoque act. cap. 19, circa finem, ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ. Lucianus autem de verbis tanquam de numis loquẽs, dixit in I. De hist. scribenda, ὡς τὰ μὲν παρακεκομμένα, ἀδόκιμα ἀποβρίπτειν, παρδέχεσθαι δὲ τὰ δόκιμα καὶ ἔννομα ἐν ἀκριβῆ τὸν τύπον. Opponitur τῷ παρανόμῳ, vt ibi videbis.

Ἔννομος redditur Sublex ab Ambrosio in hoc Pauli loco, 1 ad Cor. cap. 9, v. 21, ὡς ἀνόμους ὡς ἄνομος, (μὴ ὢν ἄνομος Θεοῦ ἀλλ' ἔννομος Χριστοῦ) ἵνα κερδήσω ἀνόμους. Sic autem vertit Ambrosius vt paronomasiam seruaret, dicens Elex & Sublex, vt Paulus ἄνομος & ἔννομος. Alioqui redditur etiã Obnoxius Legi, item Qui est in Lege, à vet. interprete: vt ἄνομος, Qui est sine Lege. Dixerat autem & ipse Paulus in fine versus præcedentis, τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον κερδήσω.

C. Εὔνομος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui bonis legibus vtitur. Bud. ex Platone. Idem B. εὐνόμους populos dici ait qui recta legum institutorumque ratione vtuntur.

Εὐνομία. Bonarum legum constitutio, seu Bonæ leges. vel Bona legum constitutio, seu recta. Aut, Status rerum sub bonis legibus. Aristot. Polit. 4, οὐκ ἔστ' ἡ εὐνομία, τὸ δὲ κεῖσθαι τοὺς νόμους, καὶ πείθεσθαι δι' quibus subiũgit, διὸ μίαν μὲ εὐνομίαν ἀναγκαῖόν ἐστι τὸ πείθεσθαι τοῖς κειμένοις, ἑπόμενον ἢ τὸ κατὰ τοὺς κειθέντας νόμους εὖ ἐκκεῖσθαι. A Bud. exponitur εὐνομία Recta iuris legumque constitutio. Idē alibi, loquens de illo Aristot. loco quem modò protuli, Etenim, si Aristoteli credimus (inquit) duplex est εὐνομία, vna quidē, recta iuris constitutio, altera verò, rectè constituto iuri obtemperatio. In v.l. εὐνομίαν τινά, Rectè instituo legibus ciuitatem, vel Bonis legibus instituo. CONTR. Δυσνομία, Malarum legum institutio.

Εὐνομία interdum Æquitas, qua in signif. opponitur τῇ ὕβρει apud Plutarchum in quodam quem affert loco. Item pro εὐθηνία apud Sophoclem, εὐνομία πόλεως μεγίστα.

Εὐνομοῦμαι, οῦμαι, Bonis legibus vtor, Rectè instituta politia regor, seu bonas leges habente. vt εὐνομουμένη πόλις. Bud. εὐνομεῖσθαι exponit Legibus bonis regi & fundatam esse: afferens ex Aristotele, Polit. 4. δοκεῖ δ' εἶναι τῶν a ἀδυνάτων τὸ μὴ εὐνομεῖσθαι ἡ ἀριστοκρατουμένην πόλιν, ὁμοίως δὲ καὶ ἀριστοκρατεῖσθαι τὴν μὴ εὐνομουμένην.

C. Ἰσονομος, ου, ὁ καὶ ἡ, Æquabilitate legum vtens, seu iuris, Æquabili iure vtens. vt ἰσόνομος πολιτεία Plut. in Symp. sept. sap. Æquabili iure vtens, vel In qua æquabili iure vtuntur. aut, In qua æquabilitas iuris exerceatur. Sed exponitur etiam Quæ ex æquo omnibus magistratus defert.

Ἰσονομία, Æquabilitas legum, seu iuris. Vel, Ius par omnibus quod tribuunt leges. Herodotus in Thalia, πάντος δὲ ἄρχειν, οὕτω μάλιστ' οὖσαν πάντων κάλλιστον ἴσῃ ἰσονομίῃ. (vbi ἰσονομίῃ Ionicè pro ἰσονομίαν) Itidemq; Thuc. πάνυ tribuens ἰσονομίας (sed magis implicitè loquens) οἱ γὰρ ὀλίγοι τῶν τὰ αὐτὰ ἐπιτηδευόντων μετὰ σώφρονος ἐκείνοις ἰσονομίας πολιτεύειν καὶ ἀρχὴν ἄρχειν, οὐδὲν ἂν ἐπὶ τοιούτῳ καιρῷ λόγου μᾶλλον ἐπιτύχοντες, ἄδηλα ἐποίουν. vbi obserua, sicut κάλλιστον ὄνομα esse dicit ille qui loquitur apud Herodotum, ita vocari ὄνομα δημοκρατίας, à Thucyd. Quibus locis (si vis verbi exprimenda sit) optimè conuenire puto meam illam interpretationem, Ius par omnibus (vel Idem ius, seu Idem iuris omnibus) quod tribuunt leges, seu concedunt. Alioqui fateor non malè reddi etiam Æquabilitas legum, in v.l. Pro quo tamen longè malo (licet minus ad verbum) Æquabilitas iuris, aut Æquabilitas communis iuris. nam vtroque Cicero vtitur. vt De off. lib. 1, In liberis verò populis & in iuris æquabilitate exercenda. Et De or. lib. 2. Sed etiam superioribus inuidetur sæpe vehementer, & eo magis, si intolerantius se iactant, & æquabilitatem communis iuris, præstantia dignitatis aut fortunæ suæ transeunt. Habes autem exemplum istius signific. nominis ἰσονομία, infrà etiam in Παρανομία, ex Isocrate.

Ἰσονομία metaphoricè etiam ponitur: (si quidē eandem derivationem sequi oporteat: qua de re dicam paulo pòst) estque ita visus Epicurus apud Ciceronem, De nat. deorũ lib. 1, Summa verò vis infinitatis & magna ac diligenti cogitatione dignissima est. In qua intelligi necesse est eam esse naturam vt omnia omnibus, paria paribus respondeant. Hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id est æquabilem tributionem. Ibidem, Cõfugis ad æquabilitatem (sic enim ἰσονομίαν, si placet, appellemus) & ais, quoniam sit natura mortalis, immortalem etiam esse oportere. Plutarchus quoque in lib. De def. orac. ἰσονομίαν naturæ tribuit (ab eodem Epicuro hanc vocem mutuatus, vt opinor) οὐκ ἂν ἡφύσεως ἀπορῶν τὴν ἰσονομίαν ἐν πᾶσι, καὶ νόμους εἰδὼς ὄντας μήτε πλείους γεγενῆσθαι μήτ' ἐλάττους τῶν διαλημμάτων, ἴσους &c. Cæterùm in posteriore illo Ciceronis loco pro Æquabilitatem quædam exempl. æqualitatem habent: sed vt in illo priore Æquabilem tributionem legimus, nõ Æqualem, ita hic non dubium est quin potius Æquabilitatem legere debeamus. Quod autem ad tertiam lectionem attinet, videlicet Æquilibritatem, quã Petrus Crinitus sequitur De honesta disc. lib. 4, capite 9, ea mihi nullo modo placere potest. Quidni enim Cicero quam vno in loco vocauit Æquabilem tributionem, in altero Æquabilitatem, potius quàm Æquilibritatẽ, appellet? Sed & hoc addo, quod ad derivationẽ huius vocis ἰσονομία attinet, posse etiam videri Epicurum, quum hac voce pro æquabili tributione vsus est, non à νόμος deduxisse sed à νομή: vt perinde sit ac si dixisset ἴση νομή. ac certè magis mihi placet hæc deductio, quam sequendo, non dicemus ἰσονομίαν his in locis metaphoricè sumi.

Ἰσονομικός, ὴ, ὸ, Æquabilitate iuris vtẽs, seu gaudens. B. à Platone accipi ait pro Æquabilitate ciuili gaudens. Nõ malè redditum iri puto & ita, Ad exercendam iuris æquabilitatem seu ciuilem æquabilitatem propensus. Puto autem posse sonare & Aptus ad exerc. &c. ΕΠΙ-ΣΤΟΜΙΚΩΣ, Æquabiliter, aut Ad æquilibrium. vt quidem vtitur Crinitus in illo cuius paulo antè memini loco.

Ἰσονομέομαι, οῦμαι, In legum seu iuris æquabilitate viuo, Pari iure cum cæteris viuo. Bud. ex Thuc. Eadem forma dicitur qua αὐτονομοῦμαι & ἰσονομοῦμαι.

C. Παράνομος, ου, ὁ & ἡ, Contra leges faciens vel factus, vt B. interpr. qui etiam tradit παράνομον vocari à Demosthene pag. 100, quod contra interdictum legis factum est. Possumus autem παρὰ hìc reddere etiam Præter. Sed exemplum huius vocis παράνομος de persona dicta nullum ab illo affertur: at de re dictum sæpe reperitur. Plut. in Alcibiade, καὶ τοῖς ἰδιοχείροις αὐτῶν πράξεσι καὶ παρανόμοις. Vbi παράνομα vocantur quæ contra leges, seu contra ius & æquum fiunt. Idem Ad Col. τοῖς μανικοῖς καὶ αὐτοῖς καὶ παρανόμοις θεάμασι. Item παράνομος πολιτεία, & παράνομον ψήφισμα, & παράνομοι γνῶμαι, v.l. Et in plurali παράνομα γράφειν. item παρανόμων γράφεσθαι: vnde παρανόμων γραφαί: quæ passim apud oratores obuia sunt. Exponitur autem παράνομα γράφειν, Rogationem ad populum ferre legibus contrariam, aut contra legum interdicta aliquid promulgantem. vt Bud. interpr. in hoc Demosth. loco, εἰ δὲ γράφοιτο παράνομα, παρανόμων γραφόμενον. Addit verò, παράνομα γράφεσθαι esse κατηγορεῖν τὸ παράνομα γράφοντος. Vtens autem Dem. hoc genere loquendi παρανόμων γράφεσθαι (& quidem cum accusatiuo rei) velut opposuit ὁ παράνομον τὸν ὀνόμα. ita enim in or. Pro cor. ὁ λαβὼν ἂν τὰ δίδυμα ὁμολογῶν ἔνοχον εἶναι, ὁ χρὴ οὕτω δικάσαι παρανόμων γράφειν; Et παρανόμων γραφὴν ἀποφέρειν apud eundem ibidē, vbi scribit, Αἰσχίνης ἀπέτλα ἐκ τῶν δήμων παρανόμων γραφὴν κ' Κτησιφῶντος. quæ Bud. sic reddit, Diem dixit Ctesiphonti, vel reum postulauit quòd legem perperam tulisse diceret. Vel, Ob rogationem aduersus legum interdicta promulgatam. Et hæc eiusdem oratoris, καὶ γραφὴν, ἣ αἰτῶν τὸν παρανόμων εἰς ὑμᾶς εἰσῆλθον, ἀπέφυγον, vertit, Et postulatus, causam hanc rogationis perperam latæ apud vos dixi, & tandem absolutus sum. Denique & hæc Aristotelis Polit. lib. 2, τὸν δὲ δίκαιον πολλοὶ ψέγουσι τῶν νόμων, ὡς ῥᾴθυμον γράφοντα παρανόμων, reddit, Hoc ius quidam legislatorum iniquæ rogationis, quasi oratorẽ & rogatorem, accusant. Hæc Bud. in diuersis suorum Comment. locis. At Cicero pro his Demosthenis verbis (quorum initium habes paulo antè) Αἰσχίνης ἀπέτλα ἐκ τῶν δήμων παρανόμων γραφὴν κ' Κτησιφῶντος, ὅτι ἔγραψε παράνομον ψήφισμα, ὡς δῆτα δεῖ στεφανοῦσθαι Δημοσθένη &c. habet, Ctesiphontem in iudicium adduxit Æschines quòd contra leges scripsisset vt & rationibus non relatis corona donaretur, &c. Sciendum est porro ὁ παράνομον interdum vocari crimen ipsum τοῦ παρανόμων, vt in hoc loco Æschinis in Ctesiph. ἐπειδὰν δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο ψήφισμα μὲν λάβῃ τὸ παράνομον, ἄδηλον δὲ πείσῃ ὑμᾶς ἐξεῖναι τῷ δήμῳ. Quæ Bud. vertit, Si eum iudices non absoluerint, sed reum esse παρανόμων suffragiis suis declarauerint.

Παράνομον κρίσιν ποιεῖν, Litem suam facere. ἀπὸ τοῦ ψηφίζεσθαι. Bud. ex Pand.

Παράνομος, Contra leges, Præter ius & æquum. Exponitur etiam παρὰ τὸ καθῆκον ὅρος apud Thucydidem à scholiaste.

Παρανομία, ας, ἡ, Insolentia legibus repugnans, Modus qui excedit aliquã in re contra leges, contráque fas & æquum. Quibus interpretationibus vtor vt aliqua in ib-

lis vestigia originis huius compositi superstint. Alioqui vel Insolentia simpliciter, reddere alicubi non dubitarim. Scio autem solere verti, Nequitia, Improbitas, Iniquitas. Sed videntur hæc minus significantia esse, quum παρανομία respondeat ei quod dicimus *Meschanté*. Rursum verò non satis apte vbique vertitur Scelus, aut Flagitium: quum non de vno quopiam scelere dicatur sed de pluribus, sitque velut habitus quidam (vt ita loquar) committendi scelera. (perinde videlicet ac si dixeris Scelerositas aut Flagitiositas) vt quum dicit Isocr. in Areopagitico, οὐδ' ἡλίθιον τὸν ὑφ' ἡδονῆς παρανομίαν, δειλὸν καὶ κακοπαθῆ τὸν διὰ ῥᾳθυμίαν, ἀνελεύθερον τὸν διὰ πενίαν, ἀσυνήθη. Alicubi tamen & pro Scelus seu Flagitium, quod potius dicitur παράνομημα (sicut Gallicum illud vocabulum significationem vtranque habet) vt quum dicit Isocr. in Busir. encomio, de ipso Busiride loquens, ἀλλὰ καὶ πλουσίων αὐτῷ τὸ μεγίστας παρανομίας ποιῆσαι μὴ ἐξεῖναι· ὅπως αὖ τις δύναιτο λιμὸν εὑρεῖν δυνηθείη. A Thucydide autem ponitur pro insolentia qua quis à moribus & institutis discedit: dicitque etiam παρανομίαν εἰς τὸν, item κατὰ τὸν. id est cum his præpos. habentibus accusatiuum rei.

Παρανομία, Lex malè & non ritè lata. Bud. ex schol. Demosthenis.

Παρανομέω, ῶ, [Aliquid] contra leges facio, seu Contra ius & æquum [aliquid] perpetro. Aristot. οἱ μὲν οὖν τοῖς ὀλιγαρχίαις πολιτείαις ὡς περ ἄλλό τι δεῖ τηρεῖν ὅπως μηθὲν παρανομῶσιν. vbi significat simpliciter Contra leges facere. (Lucas autem sine casu vsus est Act. cap. 23, v. 3, καὶ σὺ κάθῃ κρίνων με κατὰ τὸν νόμον, καὶ παρανομῶν κελεύεις με τυπτεσθαι; vbi παρανομῶν est Legem transgrediens, seu violans. Possit autem cuipiam videri aptius παρὰ τὸν νόμον, quum præcedat κατὰ νόμον, sed meminisse in collatione vet. exemplarium, lectionem hanc omnium testimonio fuisse comprobatam: ac certè plus vehementiæ habet παρανομῶν quàm παρὰ νόμον, meo quidem iudicio) Dicitur autem non solùm παρανομῶ τινα, sed etiam παρανομῶ εἴς τινά, vel παρανομῶ τι εἴς τινά. vt dicitur Pecco aliquid in quempiam, aut etiam cum εἰς habente accus. rei. Thucyd. lib. 3, ἢ τῆς κοινῆ τι παρανομῆσαι. Antipho, πολὺ γὰρ δεῖ ξυγγνώμης τοῖς εἰς τὸν πατρῷον τι παρανομοῦσιν, ἢ ἰδίοις ἐχθροῖς τοῦ νομίζειν. Idem, ἀπὸ τῶν τοιούτων ἁπάντων εἰς δικαστὰς, μὴ παρέχοντας συγγνώμην τοῖς τὰ τοιαῦτα καὶ πολιτικὰ παρανομοῦσι. Thucyd. dixit etiam τὰ δικαιώματα οὐ παρανομῶ, lib. 2, pag. 60, pro Non peccamus in publica. id est in rempub. Pro quibus habet vulgata interpretatio, Non prævaricamur in iis quæ ad remp. spectant. Isocrates autem παρανομεῖν dixit & pro Peierare, Perfidè agere, vt tradit Budæus. ‖ Pass. autem παρανομεῖσθαι, Contra leges & iura malis affici, Iniquè & contra ius violari, vel suo iure priuari. vt exponit Bud. asserès, ex Demosth. in Midiam, δίκαι φάσκων παθεῖν καὶ παρανομεῖσθαι. Ex eodem, οὐτ' ἰδιώτην δίκην δικασθῆναι ἐμὲ παρανομεῖσθαι δοκῶ, βοηθοῦσί μοι τὰ δίκαια δίομαι.

Παρανομῶ, Legem legibus contrariam fero. Bud. ex hoc Demosth. ex Areop. loco, τῶν δὲ μαστυρίων καθ' ἑαυτοῦ καταλείπων ὅπ παρανομεῖ, τοῦτο τὸν νόμον ὅμως ὑπομένει.

HINC Παράνομημα, ατος, τὸ, Quod contra leges seu contra ius factum est, Peccatum, Delictum. Scelus, Flagitium. Thucyd. lib. 7, πρὸ δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι, νομίσαντες τὸ παρανόμημα ὃ περ ἐς σφᾶς αὐτοὺς ἥμαρτον, αὖθις ἐς τοὺς Ἀθηναίους τὸ αὐτὸ ἐξαμαρτεῖν. Habere autem nomen παρανομία aliquando eandem signif. quam habet παράνομημα, aliquando generaliorem, docui paulo antè.

Νομικός, ὴ, ὸ, Legalis, Ad legem pertinens, seu ad leges. vt νομικὴ στάσις apud Hermog. Sic dicitur νομικὸν ζήτημα, & μάχαι νομικαὶ à Paulo ad Titum cap. 3. ‖ Apud Aristot. δίκαιον νόμιμον reddi Ius legitimum testatur Bud. quod alibi eum vocare νόμιμον. Idē certè pro νομικὸν dicit τὸ κατὰ νόμον, videlicet Ethic. 8, vbi scribit, καθάπερ τὸ δίκαιον δεῖ δίδον, τὸ μὲν ἄγραφον, τὸ δὲ κατὰ νόμον. ‖ Νομικὸς, Legis peritus seu legum, Iurisconsultus. Plutarch. in Quæst. Rom. ὥσπερ οἱ νομικοὶ Γάϊον Σήϊον καὶ Λεύκιον Τίτιον, καὶ οἱ φιλόσοφοι Δίοντα καὶ Θέωνα παραλαμβάνουσιν. (Habetur & apud Euangelistas aliquoties de peritis legis Mosaicæ) Plato superlatiuo etiam gradu vsus est, à quo νομικώτατος appellatur Qui maximè legem nouit, vt B. reddit. Ab eodem νομικὸς exponitur & Legulcius.

Νομικὴ, sub. τέχνη, aut ἐπιστήμη, Legum ars, Legum scientia, Iurisprudentia.

ΕΤ Νομικῶς, Legaliter. Seu, Ex legum præscripto. Vel, Vt consentaneum est legisprudentiæ. Vtitur Plut. περὶ δεισιδαιμονίας.

Νόμιμος, η, ὸ & ὴ, Legitimus. Item Æquus, Iustus. Bud. Opponitur à Xen. τὸ νόμιμον τῷ ἀνόμῳ, Præd. lib. 1. νόμιμα κτήματα. Plut. περὶ φιλ. Sic νόμιμος γάμος, quidam apud Athenæum. Et νόμιμος ἐκκλησία apud Athenienses, quæ statò tempore recurrebat. Νόμιμος ἐκκλησία (inquit B.) Legitima concio, fixa & stata, quæ ter in mense habebatur: at σύγκλητος, conuocata & indicta, quæ repentè noua quadam de causa fiebat. Et δημοκρατία νόμιμος, ex Aristot. De mundo. Et νομίμη πλησίη, in Epigr. Item νόμιμόν ἐστι, Legitimum est, Legibus & æquitati consentaneum. vel, Legum æquitati consentaneum. Xen. τὸν ἀμαθέστερον ὑπὸ σοφωτέρου νόμιμόν ἐστι δεδίδαχθαι. Et τὰ νόμιμα ποιεῖν, apud eundem, Facere quæ sunt præscriptis legum consentanea. Item δίκη νομιμωτέρα ex Thuc. Iudicium æquius. Ex Isocr. autem ad Nic. affertur νόμιμος πόλις pro Legum obseruans ciuitas.

Νόμιμον, ου, ὸ, Lex, Institutum. Et in plur. τὰ νόμιμα, Leges, Instituta, Iura. vt νόμιμα τὰ Χαλκιδικὰ apud Thuc. Et τὰ κοινὰ τῶν Ἑλλήνων νόμιμα, & τὰ καθεστῶτα νόμιμα, itē τὰ αἰώνια νόμιμα. Ex Plat. τὰ τυραννικὰ νόμιμα, tyrannicæ leges. Apud Demosth. ἄγραφα νόμιμα quidam interpr. ἔθη, id est Mores, Consuetudines. Plato lib. 7 De leg. (inquit Bud.) ἄγραφα νόμιμα appellari à quibusdam aiunt ius non scriptum, ὃς πατρίους νόμους ὀνομάζουσι, quas patrias leges cognomento vocitant. Τὰ ἐκ τῶν πολεμίων νόμιμα, ex Xenoph. Iura aduersus hostes seruanda. Apud eundem νόμιμον in singul. Præd. lib. 8, pag. 141, de Persis, νόμιμον γὰρ δὴ ἦν αὐτοῖς, μήτε πτύειν, μήτε ἀπομύττεσθαι. vbi Philelph. vertit Lex erat. At paulo post, ἦν μὲν οὖν ἐκείνοις μοιχεύειν νόμιμον, vertit, Legitimum erat. (ita enim legitur in iis quæ meam præcedūt editionibus) At ego puto νόμιμον potius vocari vtrobique non ipsum νόμον, sed quod νομοθετεῖται, Quod lege cautum est. Nisi quis malit, Quod patriis moribus est receptū, seu institutis. Pro quo tamē dicitur potius νενομισμένον.

ΕΤ Νομίμως, Legitimè, Vt legibus consentaneum est, seu æquitati legum.

COMP. Ἀνόμιτος, ω, ὸ & ὴ, Illegitimus, Non legitimus. Plato, οὕτω καὶ οἱ νόμιμοι, νόμῳ νόμιμοι· οἱ δὲ ἀνόμιμοι, ἀνομίᾳ ἀνόμιμοι. Sicut à νόμος fit ἄνομος, sic à νόμιμος fit ἀνόμιμος, præfixo α priuante.

Νομίζω, Lege sancio, vel Moribus instituo. Bud. ex Platone in Minoe, πολλὴ γὰρ ἁμαχανία τοῦ ἀποδείξεως, ὡς οὔτε ἡμεῖς ἡμῖν αὐτοῖς ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν νομίζομεν, οὔτε ἄνθρωποι οἱ ἄνθρωποι. quæ ita vertit, Latus est enim campus demonstrationis quòd neque nos eadem semper de iisdem nobisque constanter, neque cæteri mortales eadem inter se instituunt & sanciunt. Et apud Herodianum, ὡς νομίζουσι Ῥωμαῖοι, vertit Vt Romanis mos est. (Quam interpretationem habet & Politianus) Idem Bud. hæc Pausaniæ, ἣν δὲ Ἀμφιάραον πρῶτοι Ὠρωπίοις κατὶς νομίζειν, vertit, Amphiaraum colere primi Oropii instituerunt, Vel, Oropiorum est institutū & exemplum. Vsi sunt hoc verbo in ista signif. antiquiores etiam scriptores, Herodotus & Thucydides. vt quum scribit Herodotus, μυριάδας δὲ νομίζοντες πολλὰς ἴσχυν ἴσασι, in more habentes. Vel Soliti. Thucyd. lib. 1, οὔπω ὧδε χρῶντο, οὐδ' ὡς νῦν ἀλλὰ μετὰ Ἑλλὰς νομίζει. Lucianus autem dixit etiam, καὶ νόμος τοῦτο μίζω πρὸς ἡμᾶς. vbi exponi potest Vsurpo, sicut & alibi. Apud Aristoph. autem Nub. νομίσας δὲ σε τοῦτο χρήμασπερεῖν, Vsurpare, vel In vsum recipere. Non minus vsitata, vel potius vsitatior passiua vox. dicitur enim aliquid νομίζεσθαι pro Moris esse, In more positum esse, Solenne esse. Herodot. ὧδε μὲν σφι νενόμισται. Plut. νενόμισται δέ πως ἐν ταιαύτῃ τῶν ὀνομάτων ὁμιλίᾳ. Aristoph. Nub. σαφρονιστὴν νενόμικα. Sæpe autem cum infinitiuo. Aristophanes Nub. γυμνοὺς εἶναι νομίζεται. Syncs. οὐ γὰρ εἶμαι, νομίζεται νομοθετείας βασίζειν ἐπ' ἀφορᾶς. Interdū verò ὡς νομίζεται, subaudito infinitiuo. Aristoph. Pluto, ἄγγελ' ἦν τὸν τοῦ-

τον, ὡς νομιζόμενον. In participio quoque τὸ νομιζόμενον dicitur Quod in more est positum, Quod vsu est receptū. Interdum verò Quod lege sancitum est. Bud. ex Plat. in Minoe, vbi tamen legitur non singul. sed plur. νομιζόμενα. Et νομιζόμενοι λύσεις, Bud. ex Aristotele Decentes & legitimæ ritualesque expiationes. Sic autem apud Aristoph. Pluto, τὰ νομιζόμενα σὺ τούτων λαμβάνεις, redditur Decentem & legitimam ac ritualem pomponem. Item αἱ νενομισμέναι ἱερουργίαι, legitima iustáque sacrificia. Atque vt Iusta Latinis aliquando sine adiectione (veluti quum dicitur Iusta mortuis facere) sic τὰ νομιζόμενα. Vide Bud. pag. 97. Cæterùm vt νομιζόμενον vides alicubi exponi Legitimum, ita & νομιζεται redditur interdum Legitimum est. quam sign. & Budæus annotat, sed exē plum non addens. at v. l. afferunt pro hac signif. ex Luciano De luctu, ἐξῆν πάσαις ὁ πᾶσιν τὰ νόμιμα νομίζεται. Sed Aliter etiam posse ibi exponi videtur. A

Νομίζω, Existimo, Puto, Sentio. Demosth. νομίζω παῖ παρ' ἐμοὶ εἰδέναι. Xen. οὐδείς μοι δοκεῖ μανθάνειν ὃ οὐ νομίζειν δεῖ. Idem, νόμιζε καταδαιμονίας δεῖσθαι κλῆρος εἶναι. Tale est autem apud Isocratem ad Philippum, σαφῶς εἰδέναι νομίζω. Interdum cum accusatiuo, subaudiendo infinitiuum, vt in hoc Antiphanis versu, Τοῦτ' ὦ κάσφαλεῖ νόμιζε τὴν ἀρχὴν μόνον. Sed & cū accus. simpliciter, ex Xenoph. affertur. Itidem pass. Νομίζεσθαι, Existimari, Putari. Interdum verò & pro Existimatum esse, hoc est Existimatione & clara opinione præditum. Vide Bud. p. 97 ex Platone. B

Νόμισμα, ατος, τό, Mos receptus. quasi dicas τὸ νενομισμένον ἔθος. Sed & ἔθος sine adiectione illud ipsū sonat, itidémq; Mos. Accipi autem pro ἔθος tradit Schol. Aristoph. exē plum tamen nullum afferens. Sed est etiam Quod lege sancitum est. vt νόμισμα βασιλέως. quod in v. l. affertur ex libro 2 Esdræ, pro Edictum regis. C D

Νόμισμα accipitur potius pro eo quod & Latini Numismā vocarunt, appellantes tamen frequentius Nūmū. Redditur & Moneta. Aristot. Polit. lib. 2 ἐξ αἰσίμης ἢ τῶ νομίσματος ἐπορίζεσθαι χρήσιμος. Idem Ethic. 4, c. 1, χρήματα δὲ λέγομεν πάντα ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται. Vt autē hìc dicit μετρεῖται, ita & μέτρον alibi, de eodem loquēs. Idem, καὶ μᾶλλον ἢ πῶς τὸ νόμισμα καθεστήκασιν. Et κοπὴν νόμισμα, item παρασκευήν apud Plutarchum. Et in plurali νομίσματα. Herodian. lib. 2, νομίσματά τε αὐτοῦ κοπῆναι ἐπέταξεν. Idem lib. 1, καὶ νομίσματα ἐκόμισαν ὅπλα τοῦ ἐκείνου εἰκόνα. Et νομίσματα ξύλινα, Plut. De déf. or. &c. Cur autem hanc appellationem nummus habeat, docet Aristoteles Ethic. lib. 5. c. 5, ita scribens, ἵνα ἡ ἀντίμισθα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γίγνηται κατὰ συνθήκην. καὶ διὸ καὶ τοῦτο ὄνομα ἔχει νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει ἀλλὰ νόμῳ ἐστί, καὶ ἐφ' ἡμῖν μεταβαλεῖν καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον. Quod autem in huius nominis deriuatione facit Aristoteles, idem & in aliis facere consueuit: vt videlicet non proximam deriuationem & immediatam (vt ita loquar) sed remotiorē afferat. est enim νόμισμα à νόμος quidem, sed non immediatè. nam à νόμος fit νομίζω, cuius pass. νομίζομαι. ab huius autem præteriti prima persona νενόμισμαι formatur νόμισμα. [Νόμισμα metaph. Luc. Lexiph. καὶ τὸ καθεστὼς νόμισμα τῆς φωνῆς παρασκεύασε. E F

Hinc Νομισματοπώλης, q.d. Numismatis seu numismatum venditor, aut monetæ. Et Νομισματοπωλική, q.d. Ars vendendi numisma. Poll. ex Platone, de trapezita loquens. G

Νομισθείς, Legitimè administro. Sumpta est autem hæc interpretatio ex Suida, qui νομισθεὶς exponit νομίμως διακονηθείς. addens & duo exempla, quæ ibi vide. Certè posteriori illi, χαλκοῦ τῶν Ἀλεξανδρείᾳ νομισθέντων ἑκατὸν πεντήκοντα, non videtur vllo pacto conuenire. sed potius νομισθέντων esse quod Lucianus diceret νομιζομένων, si quidem vti vellet hac voce ita vt est vsus quum dixit, οἱ πρῶτον ἐξετάσαντες ὁπόσον ἐστὶ τὸ νόμισμα νομίζεται, ἢ εἰ μὴ χωρεῖ πᾶσι τοῖς κόπτω, καὶ εἰ δυνάσται παρ' ἑαυτοῖς Ἀθηναῖοι ἢ Μακεδόνιοι ἢ Λίγυπτιοι ὁπόλεις. Sed nec in priore exemplo puto νομισθέντων satis apte exponi ὑπὸ τῶν νομισθέντων. Extat verò apud eundem Suidam & c o m p. Καταμισθόω, sed accipiens & ipsum λόγῳ τῶ νομίσματος significationem. nam καταμισθόσας exponit νόμισμα ἐργασάμενος, subiungens hoc exemplum, ὁ δὲ χρυ- H

σοῦν ἔδωκε χρήματα, ὅστις εἶχε κόσμον κατασκευάσας, Ἀντωνίῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ ἐπεμψε, Quum in nummos conflasset, vel Quum conflasset ad nummos cudēdos.

Diuersæ à præced. formæ est N O M E N Νόμαιον, id est Lex, aut Mos. Præsertim verò plural. Νόμαια, Mores, Ritus, Instituta. Vtitur autem frequenter hoc nomine Herodotus. vt quum dicit, ξεινικὰ δὲ νόμαια Πέρσῃσι ὧδε κατέστηται. Idem in Thalia, νόμαιά τε κατὰ πάτρια.

A T Νομαῖος suprà est à Νομή.

N E O Σ, α, ὁ, Nouus: oppositum τῷ παλαιός. Il. ζ, Ὡς ἔπη τις ἐρίηρος ἐοὶ ἡ αὖ νέον ἔπλετο κῆδος, nouus dolor. vt Horat. dicit Spes nouas donare. Philo De mūdo, ἔστι δ' οὗτος νέον τὸ λεγόμενον ἀεὶ ἡμέτερον ῥῆμα, ἀλλὰ παλαιῶν καὶ σοφῶν ἀνδρῶν. Plut. in Quæst. Rom. πλὴν δὲ τοῦ ποδός (videlicet σκαλλίω) φασὶ νόννας, τῷ διχομηνίδι τῷ ὀνόματι νεομηνίας οὔσας. καὶ γὰρ αὖ πάλιν τὸν νέον ἐκ παλαιοῦ, ὡς ἡμεῖς προσαγορεύομεν: innuens Nonas à nouus deriuari. Xen. Præd. 1, ἐν ταῖς μουσικαῖς τὰ νέα καὶ αὖθις ἀνδάνει. Thuc. lib. 5, pag. 182, ἐδόκει τὸ νέον ἔσεσθαι. Et νέος καρπός, nouus fructus: vide in ἐτησίους. Et νέου ἔτους apud Herod. Ineunte anno nouo. At νέος μαθητής apud Aristot. Eth. 1. cap. 3, reddas potius Nouitius. Coparat. quoque gradus frequenti in vsu est, qui pro ipso positiuo sæpius ponitur. Luc. De salt. οὐ τὸ πάντων τὸ τῆς ὀρχήσεως ὄφελημα τοῦτό ἐστιν, οὐδὲ χθὲς ἢ πρῴην ἀρξάμενον. Thuc. lib. 1, ἠξίωσαν τὸ πρότερόν τι ποιεῖν εἰς αὐτὸν, noui quidpiam in eum statuere. Eodem lib. longè pòst, μηδὲν τὸ πρότερον ποιεῖν ἐπὶ τῷ ἀνδρῶν. (vt apud Phil. De vita M. lib. 1, μή τι τὸ πρότερον ἐρχόσθαι βιαίως, ne quid in re nouum admittere cogar) Idem lib. 6, ὅτι ξυμμαχία ἅμα τὸ πρότερον πρασσόντων καὶ δίκαιον κατάλυσιν γιγνομένων. Sic Isocr. Areop. τὸ πρότερον πρασσόντων ὀκνεῖν. itidémque Xen. Hell. 5, τὸ πρότερον τινὸς ὀκνοῦντος πρᾶξαι. Qua signif. Cic. in Catil. dixit Rebus studere nouis. Item Demosth. Ad Phil. ep. πολλοὶ νόμοι κεῖνται ἐπὶ τοῖς ἀγοραίοις εἴπ λέγεται πρότερον. Et Philipp. 4, ἵνα μὴ προσκρουσθῇ τι πρότερον. Aliquando commodius redditur Nouellus. Il. φ, χρυσείῃ μὲν ἔπειτα νέον θέρος ἠδ' ἐνιαυτόν. Od. ζ, Φοίνικες νέον ἔρρος ἀειρόμενοι, Nouellā palmam, vel Teneram, vt Cic. interpr. p. 144 mei Lex. Cic. Hesiod. νέον αὖδος. Theophr. ὁ τοῦ Λυκείου πλάτανος ἔτι νέα οὖσα φασὶ βοᾶς καὶ τριάκοντα πήχεις βίζας ἀφῆκεν. Vnde Plinius, Theophrastus scribit Athenis in Lyceo, quum etiam nunc platanus nouella esset, radices trium & triginta cubitorum egisse. Idem Theophr. περὶ παρενιαυτοφόρων καὶ οὐκ ἐπετοφόρων, definiens, ὅσα μὴ ἐκ τῶν νέων αὖ ἐκ τοῦ ἔτους φέρει τοὺς καρπούς, non è nouellis seu nouis germinibus, sed anniculis. Huc pertinet quòd Virg. dicit, Fronde noua viret. Interdū & Iuuenes in hoc genere loquēdi redditur. vt paulo pòst dicetur. Ex Aristot. lib. 6 Hist. anim. affertur etiam τὸ νέον pro Nouale: quod & νεὸς & νεός. Similiter & Hes. νέα exp. νεώματα. Apud Theophr. verò reperitur etiam ὁ νέος, itidē pro Nouali: vbi subaudiri potest ἀγρός, vt in Νεὸς dicetur. Est vbi Νέος signif. Recens. vt Il. ρ, Χέρσωσεν δὲ χαμᾶθι μυχῷ θαλάμοιο νέοιο, recētis thalami. Demosthen. Pro cor. ὅτι ἡ νέα ἐξ οἰκείου πᾶσι τοῖς ἐφεξῆς. Et in comp. gr. apud Thuc. lib. 8, p. 291, οἰκείοις χαλκοῦ ἀπ' αὐτοῦ νεωστὶ ἐργασθέντος, videlicet φόνου. Cædem recentem Virgil. dicit.

Νέος, Iuuenis, Iuuenculus: vel Adolescens, vt Cic. interpr. pag. 6 mei Lex. Cicer. Aristot. Eth. 1, c. 3; διαφέρει δ' οὐδὲν νέος τῷ ἡλικίᾳ ἢ τὸ ἦθος νεαρός. Plut. Polit. Præc. νέος ὢν οἷός τε ἐφεξῆς ὅλαις λέγειν πολιτεύεσθαι, iuuenis quum sis. Rursus Aristot. Rhet. 3, δεῖ σκοπεῖν οἷς νέοις φαινόμεθα, οἷον χάριεσσι τοῖς σπουδαίοις. Idem Rhet. 3, εἰσὶ γὰρ οἱ μὲν νέοι, ἀνδρεῖοι οἱ δὲ σωφρόνες, ἥκιστοι. Et paulo antè, τῷ νέον καὶ τῷ σωφρονεῖν τὸ μὲν ἕξιν. (Et de minori adhuc ætate apud X. ὁ ἄγαν νέος, valde adolescēs. & Demosth. κομιδῇ νέον. Plato νέον ὄντων τῷ παιδὶ, in tenera ætate. Idē dicit ἐκ νέου παιδός, A puero, seu A teneris annis, A tenera ætate. Et Plato, τὰ νέον ἄντα, ipsi etiam infantes, Cic. interpr. pag. 127, mei lex. Cicer.) Sic Homerus quoque vsus est. Il. β, Παῖδες ὁμηγερίες τ' ἀμφὶ νέοι τ' ἀμφὶ γέροντες. Et Od. η, πλεῖοι δ' ἀμφ' ἔασιν νέοι ἠδὲ παλαιοί, iuuenes & senes: quæ duo sæpe ab eodem poeta opponuntur, sicut & ab Isocr. in Paneg. ἐκ γὰρ οὗτος ἂν νέος ἢ παλαιὸς βελτίστους ἔχοι τοὺς οἷς μισθοῖ βουλόμενος ταύτης τῆς ἀρετῆς. Frequens etiam νέος ἀνήρ, & ita

νέα γυνή. Od.γ, Αἰδὼς δ' αὖ νέον ἄνδρα γεραίτερον ἐξερέεινε. Il. A
6, Ἠὲ γυναῖκα νέην, ἵνα μίσγηαι ἐν φιλότητι, vxorē iuuenculā. X. in Rep. Laced. εἴ τι συμβαίη γεραιῷ νέαν ἔχειν. Plut. Lyc. ἀνδρὶ πρεσβυτέρῳ νέας γυναικός. Aristoph. Ran. γεραιὸν ἔγημε αὐτὸς ὢν νέος. Aristot. Polit. 7, ὁ τοὺς νέων πωλύσασιν φαῦλος ἐοικὲ πυνθάνεσθαι. Ibidem, τὸ νέους συζευγνύναι καὶ νέας. Ibidem, ἐν τοῖς πάνυ αἱ νέαι ποιοῦσι πρᾶγμα. Et in comp. Νεώτερος, Iunior. Il. o, Οὔ τις σεῖο νεώτερος ἄλλος Ἀχαιῶν. Il. ψ, πολλὸν γὰρ ἔγωγε νεώτερός εἰμι Σέθεν. Il. ω, Πεντηκοντ' ἐμοὶ υἱέες γεραιὸ νεώτεροι· οὐδέ με πίσεις. Od. σ, πῶς δ' ἂν σὺ νεώτερος ἀνδρὶ μάχοιο; Sic & in prosa. Plato, δεῖ γὰρ ἅπαντας πρεσβύτερον ὑπὸ νεωτέρου, minori parere maiorem, Cic. interpr. Arist. Polit. 7, καὶ σπεύδειν πάντας νεωτέρους. Ibidem, τὸ γὰρ τοῦ πρεσβυτέρου ἔργον ἐστί, καθάπερ καὶ τὸ τοῦ νεωτέρου, ἁπλῶς. Synes. ἀνάγκαιόν ἐστι τὸν πρεσκατέχεσθαι τοῦ νεωτέρου θεοῦ, cedere in pugna iuniori deo. (Similiter & Cic. p. 34 mei Lex. Cic. νέοις θεοῖς vertit Iunioribus diis) Et apud Athen. aliquoties, Κρατῖνος ὁ νεώτερος. Item, Μαρσύας ὁ νεώτερος. Ab Homero additur gen. ἡλικίη: vt Latini Minor natu, vel sine adiectione Minor, quod dicunt Græci ὁ νεώτερος. Il. φ, Ἄρχε, σὺ γὰρ γενεῇ γε νεώτερος. itidémque in superl. apud eundem Il. η, ἡλικίῃ δὲ νεώτατος ἔσκον ἁπάντων. Il. ξ, γενεῇφι νεώτατός εἰμι μετ' υἱῶν. Et sine ἡλικίῃ, Il. υ, Οὔνεκά οἱ μιῇ πᾶσι νεώτατος ἔπλετο γόνος. Et apud Xen. νεώτεροι τριάκοντα ἐτῶν, iuniores annis triginta. Plantæ quoq; νέαι quum dicuntur, reddere possumus Iuuenes, sicut in hoc Theophr. loco, ὃ δὲ κισσὸς αἰεὶ παλαιὸν, νέον μὴ ὄντος, ἐγγωνιώτερος· πρεσβυτέρου δὲ, ἀνθερικίστερος, Plin. vertit, Huic [populo nigræ] folia in iuuenta circinatæ rotunditatis sunt, vetustiora in angulos exeunt: econtrario hederæ angulosa rotundantur. Ab hoc posteriori νέος COMP. Νεωτερικὸς, ἴος, ὁ καὶ ἡ, Qui iuuenis videtur quum vetulus sit: cui synonymum est σκληρὸς, oppositum μαλθακὸς. Vide Poll.

ATVERO Νέα absolutè aliquando ponitur sine substantiuo, quod tamen pro loco subaudiendum venit. vt in ὧν ἐγὼ νέα subaudiri potest, μείωσις ἡμέρα, vetus & noua mensis dies, id est victima: quoniam eius pars altera ad priorem mensem, altera ad sequentem pertinebat olim, vt suprà in μείωσις ex Plut. annotaui. Et apud Plat. τῇ νέᾳ μείωσις, sub. ἡμέρᾳ, primo mensis die, id est τῇ νουμηνίᾳ. Item in v.l. αὖθις ὁπὸ νέης, Denuo. Item νέα, NOuale, Noualis ager, qui alternis annis seritur: (quod & plur. num. νέα dici videtur, quū Hesych. νέα exponat νεώματα. i. Noualia) Theophr. De caus. pl. lib. 3, c. 25, νέᾳ δὲ τὸ χέδροπὰ συμβαίνειν εἰς πάσας νέας. Et paulo pòst, ἀγαθὴ δὲ οἰκεῖται τὴν χέρσα ταῖς χλωρεραῖς νέαις, καὶ οὐχὶ τὴν παχεῖαν τῇ). subaudiri autem hic potest ἄρουρα. Interdum subauditur ἡλικία. vt apud Synes. epist. 68, ἀρίστην ὁπὸ νέας ἀσκεῖ, Ab ineūte ætate, A puero. Νέα aliàs est etiam nomen proprium loci cuiusdā in Lemno, vt Hesych. testatur, & cuiusdā arcis in Mysia, vt Suid. Item νέαι, insula quædam prope Lemnum Suidæ: quæ eadem cum Νέα Hesychii esse videtur. Plinius Neæ insulæ, & Neæ oppidi meminit.

Compar. grad. EST Νεώτερος, Nouior, Recentior, Iunior. Quorum exempla habes in vtroque vocabuli νέος tmemate. Sed addenda hæc illis: νεώτερα πρήσσειν πράγματα ex Herodoto, Res nouas moliri. Et νεώτερα βουλεύειν περὶ σέο, aliquid noui machinari. itidémque in Phal. ep. νεώτερα φρονεῖν. (At in v.l. Νεώτερον, τὸ, Nouitas. Item Insolentia. item Iuuentus) Ab illo autē gen. loquendi, νεώτερα πρήσσειν πράγματα, EST Νεωτεροποιὸς, ὁ, ἡ, Qui res nouas molitur, Qui rebus nouis studet, Nouarum rerum studiosus. Thuc. lib. 1, οἱ μὲν γὰρ, νεωτεροποιοὶ, καὶ ὀξεῖς ἐς ὁπότερα ξυμβαίη ἔργῳ ὁ αὖ γνώμῃ. id est οἱ νεωτέρων πραγμάτων ἐφιέμενοι, vt schol. exp. VNDE Νεωτεροποιΐα, ας, ἡ, Studium rerum nouarum. Thuc. lib. 1, διέστησε τὴν Ἀθηναίων τὸ βέλτιστον ἐς τὴν νεωτεροποιΐαν, rerum nouandarum studium. Philo De vita M. lib. 3, αἱ δόξαι ἐκκόπτουσι νεωτεροφιλίας καινοὺς νόμους εἰς αἰσχυντὴν ἀμηχανίαν ἐμβάλλουσαι ὄχλῳ πᾶσι. vbi Turn. interpr. Rerum necopinata insolentia.

ET Νεωτεροποιέω, Res nouas molior, (seu Innouo, vt apud Galen. accipitur. Citatur verò & pro Cōmoueo ex Aphor. Hippocr. μὴ νεωτεροποιεῖν τὰ κατηρεφέα) idē QVOD Νεωτερίζω, & καινοπρεπέω. quorum duorum postremorū exemplā habes apud Bud. pagina 846. Thucydid. lib. 1, μὴ σφᾶς πρὸς νεωτερίζειν, id est νεώτερα ποιεῖν. Eodem libro, τοὺς τοῖς σφετέροις συμμάχοις νεωτερίζοντας, aduersus socios suos rebus nouis studentes. Xen. Hell. 2, ὅπως οἱ ταῦτα λέγοντα μισθὸν, καὶ μὴ νεωτερίσοντα. Demosth. ad epist. Phil. εἴ τι ἐκεῖνός γε νεωτερίζει, siquid rerum nouarū moliatur, seu innouet. Herod. lib. 1, δείσας τὸ δῆμον μή τι καὶ τοῦτος νεωτερίσῃ, ne quid fortasse populus contra se quoque nouī moliretur. Philo De vita M. lib. 3, ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν ἰδίᾳ γνώμῃ νεωτερίζειν, ne sua priuatim sententia reb. nouis studere videretur. Sicut verò Thuc. dicit νεώτερόν τι ποιεῖν ἐς τινα, sic etiam lib. 2 idem, ἐς οὐδὲν ἔδει ὀκνεῖν νεωτερίζειν, nihil in quenquam admittebant. Interdū vsurpatur pro Innouo, Immuto. vt apud Thuc. lib. 2, ὥρμουν μηδὲν νεωτερίζειν περὶ τὴν ξυμμαχίαν, innouare re, seu mutare. Idem lib. 1, ἄνδρες ἰδιῶται νεωτερίσαι βουλόμενοι τὴν πολιτείαν, Innouare remp. vel Res nouas in rep. moliri. (sicut apud Luc. νεωτερίσαι τὰ περὶ τοὺς ἀνθρώπους, & τὰ περὶ τοὺς ἀνθρώπους καινουργῆσαι, Res nouas inter homines moliri, vel Innouare & immutare res humanas) Et lib. 3, βεβαιότερον αὐτὴν ἦσαν μηδὲν νεωτερεῖν. Rursum lib. 1, μή τι καὶ τοῦτο τὸ Ἰθώμη πιέζοντες νεωτερίσωσι. Anni quoque tempus mutatum hominē εἰς ἀσύνηθειαν νεωτερίζειν dicitur, quū mutatione illa nouos morbos inuehit. Thuc. lib. 7, p. 263, καὶ αἱ ψυχαὶ ὅτῳ ἐγγίγνοιτο ἀνώμαλον, μεταβολῇ εἰς ἀσύνηθειαν ἐνεωτέριζον. Cuius imitatione Philo De vita M. lib. 1 dixit, νεωτερίσαντος ὡς οὔπω τοῦ πρὸ τοῦ ἀέρος. vbi Turn. vertit, Aere suo more insolescente vt nunquam antea. [Νεωτερίζειν dicitur etiam sequi vel loqui τὰ τοῦ νέου: vt Plutus Aristophanis νεωτερίζει κατὰ τὸ πλάσμα, id est ἃ τῆς νέας κωμῳδίας ἴδιά. Bud. Aliquādo Iuniorum mores imitor. vt νεωτερίσαι apud Hesychium αἰδέσθη τοῦ πρεσβυτέρου. id enim bene morati faciebant iuuenes. VNDE Νεωτερισμὸς ET Νεωτερισὴς, οῦ, ὁ. Est autem νεωτερισμὸς Rerum nouarum studium, vel Innouatio. Exemplum ex Plutarcho in Galba, habes apud Budæum pagina 846. Exponitur etiam Insolentia. Philo De vita M. lib. 2, ἃ νεωτερισμοῦ τύχης κατασκήψει, quæ fortunæ insolentia inuexerit. Idem eodem lib. aliquanto pòst, οἱ (videlicet κυβερνῶντες) κατὰ τὸν τῶν στοιχείων νεωτερισμὸν τοῖς πανταχοῦ πᾶσιν ἐπιτεχνῶνται, ex elementorum insolentia, vt Turn. interpretatur.

Νεωτερικὸς autem idem est cum νεωτεροποιὸς, Rerum nouarum studiosus, Rerum nouarum cupidus, Qui res nouas molitur. Plutarch. in Phocione, pag. 246, νεωτερικαὶ καὶ πολυπράγμονες. Ab eodem νεώτερος DERIV. Νεωτερικὸς, Iuuenilis. item Stultus: quòd iuuenilis ætas stultis affectibus sæpe ducatur. v.l. ET Νεωτέρως, Nouè. vt νεωτέρως λέγειν apud Plat. lib. 10 De legib. Noua quadam ratione dicere. v.l. Accipitur etiam pro Recentiorum more.

SVPERL. Νεώτατος, præter signif. in Νέος positas habet etiam quandam peculiarem, vt videlicet ponatur pro Vltimo. Sic Hes. νεωτάτη exp. ἐσχάτη, & τὴ ὕστερον ἡμέρᾳ, τῇ ἐσχάτῃ. Latini quoque Nouissimus vsurpant pro Vltimus. Cic. Qui ne in nouissimis quidē histrionibus erat, ad primos peruenit. Cæsar, Nouissimus venit.

Νέον, aduerb. Nuper, Recens. Od. τ, Παῖδα νέον γεγαῶτα μετὰ πρώτοισι γενέτῃσι. id est νεογνὸν siue νεογιλῆ, nuper natū. Od. υ, Τίς δὴ ὅδε ξεῖνος νέον ἐλήλουθε σοῖσιν; Od. ϑ, Ἦ δὲ νέον δὴ πᾶσι θεοῖς ἐπιειμένος Κρονίωνες Ἐρχομένην κατ' ἀγῶνα, Recèns, vel Modò. Il. ω, νέον αὖ ἀπάλαμνα ἰδυίῃς ἔδωκε καὶ πόνον, ἔπ τε παρίκετο γῆρας. In quib. de breuiori præteriti temporis spatio dicitur, sicut & ἄρτι: ac cū præsenti cohæret, significans Paulo antè, vel Nunc primùm. Sic & apud Apoll. Arg. lib. 2, Ῥίζαν ἐπ' ἠερόφοιτιν νέον ἔμπης αἰομένοιο, quum primùm dies illuxisset, seu ἀπὸ τοῦ πρώιαν αὔξησιν τῆς ἡμέρας λαμβανούσης. At Hesiod. Erg. dicit, ἦρος νέον ἱσταμένοιο, quod Latini Vere nouo seu Ineunte vere. Νέως, Nuper: pro quo dicitur POTIVS Νεωστὶ, more Attico, vt Suid. testatur, sicut μεγαλωστὶ pro μεγάλως. Redditur verò nónnam Nuper, Recens, quàm A paucis diebus, Non ita diu, Paulo ante. Xen. Pæd. 3, ὡς νεωστὶ συμμάχους ἔχοντα. Aristotel. Rhet. 2, διαφέρει δὲ τοῖς νεωστὶ κεκτημένοις καὶ τοῖς πάλαι πάνυ. Eodem libro aliquanto antè, μᾶλλον λυποῦσιν οἱ νεωστὶ πλουτοῦντες τῶν πάλαι. vbi νεωστὶ

& παλαιὸς sibi opponuntur sicut νέος & παλαιός.

Νεόω, Nouo, Innouo. vel Renouo. Aristoph. Nub. ὦ νεῦρ βούλομαι ἀνεῶσαι τοῖς ἀγροῖς, agros renouare aratro, vt Ouid. loquitur. qui dicit etiam Renouatus ager pro Nouale, & νεωθῆ pro Nouale facere. Greg. ἀνεώσαμεν ἑαυτοῖς ἡμῖν νεώματα. Eiusdem signif. est νεάω.

Νέωμα, ατος, τὸ, Nouale, Veruactum, Ager nouatus seu renouatus. Greg. de Theolog. ἀνεώσαμεν ἑαυτοῖς ἡμῖν νεώματα, ὥστε μὴ ἀπορεῖν ἐπ' ἀκαίνοις. Idem dicitur νέαπος, siue νεαπὴ νεῖς, siue νεός. Rursum Greg. νεώσαντες ἑαυτοῖς νεώματα, καὶ ἀπέδοντες εἰς δικαιοσύνην.

Νέωσις, εως, ἡ, Nouatio, seu Renouatio. Gaza νώσις & χυρείας dixit quod Cic. De senect. Repastinationes,

Νέωπος, ου, ὁ, Nouatio seu renouatio agrorum: at νεωπὸς, Tempus renouandi agros, nam annotat B. νέωπος dici vt ἀρότης, ζύγητος ἄμητος: νεωπὸς autem vt ἀμητὸς, ζυγητὸς, ἀροτὸς: quorum illa actionem, hæc tempus actionis istius denotant. In Commentar. autem scribit Νέαπος & Νεαπὸς, à νεάω.

C. ΑΝΑνεόω, Renouo. Et Ἀνανεόομαι pro eodem, vt apud Isocr. in Paneg. πάντα παλαιὰ ξένια ἀνανεώσασθαι. ‖Item Restauro, vt apud Herod. ἐβούλοντο οὖν αὐτῷ Πέρσας ἀνανεώσασθαι τὸν ἀλόγιστον ἐκεῖνον ἐπὶ τοῦτον ἔρον ἀγεῖν. id est, Cyri imperium instaurare ac restituere. Et ἀνανεώσασθαι τὴν μάχην apud Herodian. sub finem lib. 4. ‖Ἀνανέομαι τὴν μνήμην πρός, pro ἀναπιμπάζομαι & εἰς μνήμην λαμβάνω, In memoriam reduco & reuoco. ad verbum, Memoriam renouo, vt loquitur Quintilianus. Luc. ἡρωϊκοὺς μὲν ἡμᾶς ἀνανεούμενος, id est, B. interpr. In memoriam reducens & reuocans noua lectione.

Ἀνανέωσις, εως, ἡ, Renouatio. Ité Restauratio, apud Athen.

c. 2. Ἐπανανεόω, Renouo, Redintegro. Plato lib. 2 De rep. οὐκ ἐπανανεώσομαι τὸν θρασυμάχου λόγον, redintegrabo.

c. 2. Προσανανεόω, Insuper renouo. Insuper memoriam renouo. Et Προσανανεώσας apud Suidã, ὁ δὲ Μᾶρκος προσανανεώσας πάλιν τῇ πίστει τὴν ἀπιστότητα, ἐπεβάλετο καταπιέζειν τὴν ἐλπίδος, id est ἀναμνήσεις ἡμᾶς ἴσως ἡμῶν, vt ipse exp. in Ἀνανεόω.

Νεάω, ῶ, Nouo, Renouo, idem cum νεόω, plerunque de agro dicitur. Hesiod. Erg. ἥτις δὲ νεωμᾷ οὔ σ' ἀπατήσῃ. Et in act. voce & signif. apud Theophr. De caus. pl. lib. 3, c. 25, de cura noualium, ἡ δὲ καταρραίνουσα ἐν τῷ νεᾶν κατ' ἀρότους τὰς ὥρας ἡ ἥρις καὶ χλωρὸς. Et paulo pòst, καὶ ὅταν μετὰ τὰς πρώτας ἥρτας νεάσωσι, πάλιν ἐπὶ πρὸς ματαβαλλισιν, ὅπως ἡ αἰσάρευσις ᾖ πᾶν ἀπολείπωσιν εἶτα ἥρειν ἀρῶσι. Quid autem sit νεᾶν, vide in νεαπὸς.

Νέασις, εως, ἡ, Nouatio, Renouatio: vt Renouatio agri. Sic scribendum quidã existimant apud Theophr. De caus. pl. lib. 3, c. 15, συβαίνει τὰ χέρσα συμβάλλειν εἰς τὰς νέας, ἐὰν μὴ σπόρος πρόσῃ, ὅπως μὴ κωλύσωσι τὴν καινὴν νέασιν. Sed habent ibi vulg. edit. νέασιν, à N O M. Νεάσεως. quod si mẽdosum non est, erit à verbo νεάω, quod idem significabit cum νεόω & νέω. quia verò bis ibi vtitur verbo νεᾶν, emendatio ista rationi magis consentanea videtur.

‖In Pand. Græcis accipitur etiam pro nouali seu agro renouato, vt in sequenti νεαπὸς videbis.

Νεαπὸς, Nouatus, seu Renouatus, Noualis. vt νεαπὴ γῆ, tellus renouata. Noualis (inquit Paul. iureconf. in cap. 30 tit. De verb. signif.) est terra proscilla, quæ anno cessato quã Græci νεαπ' vocant. Pandectæ Græcæ appellãt νέασιν. nã ita habent, νεαπὴ γῆ ὅτιν ἡ προτμηθεῖσα ἢ ὅτι ἐναυτὸν ἀρήσεται, ὡς οἱ Γραικοὶ νέασιν καλοῦσι. ‖Νεαπὸς, Nouatio, Ipsa actio renouandi agrum. Xen. καὶ γὰρ νεαπὸς καὶ σπόρος & φυτεία & νομὴ, ἐπιμέλειαι ταῦτα πάντα ἔργα δεῖ. solet tamen potius quum oxytonos scribitur νεαπὸς, significare tempus renouandi agrum: quum autem properoxytonos D I C I T V R Νέαπος, accipi pro ipso nouali (vt B. annotat) vel etiã pro ipsa renouatione telluris. sicut ἀρότης tempus arationis, ἄροπος autem ipsam arationem denotat: quibus similia sunt ἄμητος & ἄμητος, ζυγητὸς & ζύγητος, & alia quædã. ‖Alias νέαπος capitur etiam pro Nouissimus, id est Vltimus. Soph. Aiace, πῆς ἄρα νέαπος ἐς τόπ' ἀλίξει πολυτλάλλων ἵππων ἀριθμὸς, πᾶν ἄπαυστον αἰὲν ἐμοὶ δόμοισι τῶν μέλλων ἄπαν ἐπάξων; id est ἔσχατος. Itidem Il. 1, Πᾶσαι δ' ἐγγὺς ἁλὸς νεαταὶ Πύλου ἡμαθόεντος, quidam exposuerunt ἔσχαται, ὡς ὁμοροῦσαι τῇ Πύλῳ: (nonnulli verò, καὶ πεποιῶται ἀγχὶ τῆς κατὰ Πύλον θαλάσσης, qui syncopen esse volunt, & factum ex præt. pass. νενεάαται, id est οἰκοῦνται, teste Eust.) Item apud musicos νέαπη φθόγγος, sonitus quos vltima seu ima chorda reddit, quæ νεάτη dicitur ad differentiam τῆς ὑπάτης & μέσης. Ex quo νεάτη per contractionem F I T Νήτη, ης, ἡ, itidem de nouissima seu vltima imáue chorda. quod & Soph. schol. annotauit. his verbis, καὶ νεάτη, ἡ ἐσχάτη ἀφ' οὗ τόπ κατὰ κρᾶσιν, ἡ πλαγία χορδὴ τῆς μέσης. Vtroque horum vocabulorum, videlicet & νεάτη & νήτη, vtitur Plutarchus in lib. De musica, vbi ait, τὸν δὲ νεάτην τῆς μέσης τὸν πρώτου μέρους τοῦ αὐτοῦ ὑποφέρεσθαι, τὸν δὲ ὑπάτην ὑπὸ τῆς παραμέσης, ὑποφωνοῦσαν ἐμμελῶς. Et paulo antè dicit τὴν νεάτην φθόγγον, ὡς τὴν ὑπάτην ἐκ διπλασίου λόγου ἡρμοσμένην, τὸν δὲ πᾶσαν συμφωνίαν ἀποπλεῖν. Ibidem dicit, διέσημα ἀπὸ ὑπάτης μέσων ὅση νήτην διέζευγμένων. Ibidem dicit νήτην σωμασιν. Quæ verò tum ab eodem ibidem, tum ab Aristot. lib. 19 Probl. V O C A T V R Παρανήτη, videtur esse penultima, seu imæ id est τῇ νήτῃ proxima: Latini quoque paraneten dicunt, vt & neten: nec tã pro chordis quàm sonis quos pulsatæ reddunt. Vitruu. libro 5, c. 4, enumerans sonos stantes, Prosiambanomenos, hypate hypatõn, hypate mesõn, mese, nete synemmenõn, paramese, nete diezeugmenõn, nete hyperbolæõn. Ibidem vocabula mobilium sonorũ recensens. Parhypate hypatõn, lichanos hypatõn, parhypate mesõn, lichanos mesõn, trite synemmenõn, paranete synẽmenõn, trite diezeugmenõn, paranete diezeugmenõn, trite hyperbolæõn, paranete hyperbolæõn. Cæterùm sicut νήτη pro νεάτη, ita D I C I T V R Νῆτος etiam pro νέατος, teste Hesychio, qui νῆτος exponit non solùm ἔσχατος, sed etiam παλαιὸς, πεπρεσβυμένος. pro quo postremò scribendum νητός.

C. ΥΠΟνεάω, Subtus terram renouo. vel Aliquantum renouo, Aliquatenus renouo. Theophr. ἐν δὲ τοῖς ἡμιβρόχοις καὶ ὑποπέδοις φαίνεται φασὶ πείθολον.

Νιός, οῦ, ἡ, Noualis seu Nouale, Ager proscissus & nouæ relictus sementi. solet is alternis tantùm annis conseri, & ante sementem iactam aratro proscindi. idem cum νέα, νειός, νεαπὴ, & νέωμα. Xen. πῶς γὰρ οἶδα, ὅπου σοι νιὸς δεῖ ἐνεργάζεσθαι. Idem, εἰ μέλλει ἀγαθὴ ἡ νιὸς ἔσεσθαι, ἔλης τε καθαρὰν δεῖ καὶ ὀπίσω ἀροῦν πρὸς τὸν ἥλιον. Apud Theophr. aliquoties reperitur νέος, paroxytonos, idque cum articulo masculino: vbi subaudiri potest ἀγρὸς, aut tale quid. De caus. pl. l. 4, c. 9, ἐγὼ δὲ ἐνίκα μὲν πίζεσθαι τὰ ἐδάφη, καθάπερ ὁ ἰσίζιος τόπος. διὸ καὶ μισοῦσι τὸν πεῖν νέον. Et lib. 5, c. 19, τριπλασιάζεσθαι δεῖ τὴν ἀρχὴν τῆς χώρας εἶναι. διὸ καὶ πρὸς νέους οὐ ποιοῦσι τὰς βελτίους ταύτῃ πεῖν. Suprà verò in Νέα dicitur ἡ πάχη οὐκ ἀγαθὴ τῇ τῶν χλωρευτικῶν νέας.

Νέωπα cum præpos. εἰς, vt εἰς νέωπα, In annum nouum, id est venturum. pro quo Virg. dicit In annum venientẽ: Liuius, Anno insequenti. Theophr. Hist. pl. lib. 7, c. 11, ἴδιον τοῦ βολβοῦ λέγεται, τὸ μὲν ἀπὸ παντὸς βλαστάνειν ἅμα τῷ σπέρματι, αὐτὸ δὲ μόνον αὐτοῦ, τοῦ δὲ εἰς νέωπα. vbi observa, opponi sibi αὐτοῦ id est Eodẽ anno, & εἰς νέωπα, id est Anno sequenti. Sic lib. 9, τὰ δὲ πλεῖω, τὰ δ' εἰς νέωπα, alia hoc anno, alia insequenti. Et Hist. pl. lib. 3, capite 11, ἢ βλαστῶν ἐν οἷς ἄρχεται χειρίζειν τὸν εἰς νέωπα καρπόν. Et alibi ἡ εἰς νέωπα κάρπος, hordeum anno insequenti proventurum. Aristot. Œcon. εἰς νέωπα ἀποδώσειν. Apud Suidam, ὥστε τὰ καθ' ἑαυτὸν διεπλάσω εἰς πολεμήσοντες εἰς νέωπα. Item, αἰσχύνη παίσης ἐλλείπουσα εἰς νέωπα παρισουμένων αὐτῆς ἐν ἕξει ὄπλοις, anno insequenti, seu εἰς ὕστερον, vt ipse Suid. & Hesych. exp.

C. Ὀρθόνους, ου, ὁ & ἡ, Qui est recta mente, Qui recta seu proba cogitat.

C. Παρέγνοια vide post Ὑπέρνοια.

C. Περίνοια, vide post Περίνοος.

C. Πολυνόους, Ε Τ Πολυνοΐς, Cui multum est mentis, id est prudentiæ, seu sagacitatis. vt quum ab Eustathio hæc coniunguntur, πολύβουλος, πολύμητις, πολυνόους, πολύπρακτος. Item λόγος πολύνους, oratio sententiosa: vide in Πολυνοΐα quod proximè sequitur.

Πολυνοΐα, ας, ἡ, Multum mentis, seu prudentiæ, Mens cui multum prudentiæ ineſt, seu sagacitatis. Apud Platonem πολύνους dicitur de oratione sententiosa, De leg. lib. 4. Λακεδαίμονα δὲ καὶ Κρήτην, ἡ μὲν, βραχυλόγον, τὴν δὲ πολυνοΐαν μᾶλλον ἢ πολυλογίαν ἀσκοῦσαν. Ex quo loco intelligimus (inquit Bud.) Athenienſium olim orationem πολυλόγον fuiſſe, Lacedæmoniorum, βραχυλόγον, Cretenſium πολύνουν, hoc est sententiosam.

C. Ταχυνόους, Ε Τ Ταχυνόοις, Qui celeri est mente. cui opponitur βραδυνόους. Ε Τ Ταχυνοΐα, celeritas mentis. cui opponitur βραδυνοΐα. Sed pro ταχυνόους & ταχυνοΐα dicitur potius αἰχίνους & αἰχίνοια.

C. Ὑψίνους, Ε Τ Ὑψίνοις. Elatam mentem habens, Superbus. apud Nonum. Additur & τὸ ὑψίνουν substantiuè pro ea quam Cicero animi celsitatem & magnitudinem appellat.

Cōpoſita autē quæ νόος & νοῦς non seruarunt, sed νοῖς B duntaxat, (quibus ideo locum seorsim dādum censui) sunt ea quæ habent verbum ἴσχω, item quæ verbum πίνω, (quod in cōpoſitione tātùm vſurpatur pro πίπτω) item verbum βύω. de quibus compoſitis nunc agam.

C. Νουνεχόντως, (q.d. Habendo mentem) More eorum qui mente præditi sunt. Sæpè ponitur pro Prudenter, Cordatè, Consideratè. Isocr. in Panath. οὐκ ἀπαιδεύτως, ἀλλὰ νουνεχόντως: Idem in Areop. οὐδὲ γὰρ τὰ περὶ τὰς ἡσυχίας, ὡς ἔνιοί τε ἦλθον, ἀπλῶς οὐδ᾽ ὑπερφυῶς, ἀλλὰ νουνεχόντως ἐποίουν. Affertur verò à quibuſdam grammaticis partic. C O M P. Νουνεχέστερος idem significans quod νοερώτερος, id est Prudentes, (vt suprà dictum fuit) itē verbum Νουνέχω, in v. l. sed horum exemplum desidero. Quinetiam quodeadem in Νῦς ex Bud. annotant, νουνεχεῖν dici posse vnico accentu, nuſquam apud eum reperio.

Νουνεχής, ές, ὁ & ἡ, Prudens, Qui sapit, Cordatus. A quo superl. νουνεχέστατος, quod à Polybio pōni etiam pro Moderatiſſimus testatur Bud. H I N C Νουνεχῶς, Prudenter, Cordatè. Polyb. νουνεχῶς ἐδόκουν προαναπύεσθαι περὶ τῆς πίστεως. Idem alicubi copulat νουνεχῶς cum προμηθῶς. C

C. Νουθετέω, ῶ, (q.d. Menti indo, seu impono) pro Moneo, Admoneo, Commoneo, seu Commonefacio. vt in his Menandri senariis, pulchram gnomen habentibus, Ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ εἰς τὸ νουθετεῖν σοφός, Αὐτὸς δ᾽ ἑαυτὸν οὐκ ἐπιστρέφει κακῶς. quos ita versibus Latinis reddidi, Alios monere, siquid errent, nouimus, Errata at ipſi nostra nō cognoſcimus. Non solùm autem dicitur νουθετῶ τι, sed & νουθετῶ τί τινα, cum duobus accuſ. vno personæ, altero rei. Sophocles, ζηλῶν᾽ ἄρολζον ἄνδρ᾽ ἑνουθέτει, Hæc eum monebat. Vel His eum monebat. Vel, His monitis eū monebat. (vt alicubi Ouidium loqui memini) Sic Aristoph. Veſpis, Εἶτ᾽ ὦρχησάμην ποθ᾽ ἡμῶν ἢ ξυνῆν τις Εἶναί τις, ὅστις ἂν ζηλῶν᾽ ἑνουθέτει. Et Luc. πατὴρ ἐμὸς ζῶντί τι νουθετῶν. Potest autē fortaſse alicubi νουθετῶ τι ζῶντα reddi eua- B

Admoneo te de his. Νουθετῶ Bud. vertit etiam Reprehēdo, Castigo, Increpo, in isto Platonis loco in Phædro (vbi tamen habetur passiua vox, non actiua) ἔστιν ὡμὸς ὁ τὴν αἰσθητὴν οὐσίαν μισῶν ἢ ὃς ἂν ἄλλῳ γένηται, νουθετῶν μὲ ὑπὲρ τὴν πλῶν ὡς ἀδυνάτων, ἐπιτιμῶν δὲ ἀλλήλοις περὶ τούτων. Quanuis autem ita interpretanda censuerit Budæus, proprè tamen minus esse νουθετῶν quàm ὀνειδίζειν, id est Increpare, ostendunt cum alii loci, tum hic Synesii, νουθετήσας οὐκ ἐπίσης, ὀνειδίσας ἐπίσης. Idem verò apparet & ex isto Athenæi loco χαλάζειν δὲ ἐν δίκῃ δεῖ λοιδορεῖσθαι, καὶ μὴ νουθετοῦντας ὡς ἐλευθέρους, ὀνειδίζειν ποιεῖν. Sed Plato addidit huic verbo & datiuum πληγαῖς. cui simile est apud Aristoph. in eadem illa comœdia, νουθετεῖν κονδύλοις. Est autem illud νουθετῶν πληγαῖς ad verbum Cōmonefacere verberibus. Id est, Verberibus vti loco verborum ad commonefaciendum.

Νουθετέομαι, Moneor, Admoneor, Cōmonefio. Isocr. in Bus. encomio, ὅτι πᾶς τλείστοις ἤδη νουθετήμασιν ἐμέμφετο δεῖ μὴ περὶ τὰς ὠφελείας ἀποζλίπειν. Vide & in Νουθετῶ exemplum ex Platonis Phædro.

Νουθέτημα, ατος, τό, Monitum (cuius tamen pluralis vſitatior est Monita, ac præsertim datiuus Monitis) Monitus, Monitio, Admonitio. Plutarchus ex quodam poeta, λόγοι δ᾽ ἰμωραίνετο νουθετήματα, subaudi, sunt φαμακεῖς. Νουθέτησις, idem. sed νουθέτημα proprie est potius idipsum quod monentes dicimus, seu monendi causa: at νουθέτησις, actio ipsa monendi. Vtitur autem Aristot. in Ethicis. Dicitur Ε Τ Ι Α Μ Νουθεσία. Plut. De virtute morali, καὶ γὰρ ἡ νουθεσία καὶ φόβος ἐμπεσὼν μεταβάλλει καὶ αἰρεῖται. I T E M Νουθέτια apud Platonem, si Polluci credimus. D

Νουθετικός, ὴ, όν, Monitorius, Admonitorius, Pertinens ad admonitionem. vt νουθετικοὶ λόγοι Platoni De leg. Verba monitoria, Verba quibus aliquem monemus. Vtitur & Xenoph. scribens, ὅταν ὁ τῶν νουθετικῶν λόγων ὀπτὰς ᾖ, ὀπτὰς λέγειν, καὶ ὧν ἡ ψυχὴ παρουσία τῆς σωφροσύνης ὀπτὸς εἶναι.

Νουθετίζω, idem quod νουθετῶ, Moneo. V N D E Νουθέτημος idem quod νουθέτημα, Monitio. quo verbali vſus est Menander, vt discimus ex Polluce, qui alioqui hanc vocem improbat. Nam vbi de νουθετήσει ac synonymis vel potius eodem pertinentibus verbis egit, subiungit, τὰ δὲ παραπλήσια, νουθεσία· καὶ ὡς Πλάτων, νουθέτια. quibus addit, φαῦλος γὰρ ὁ Μένανδρος νουθέτημα.

Α Τ Νουνεχῶς Ε Τ Νοερῶς apud Aristophanem comicum leguntur, ab eo (vt opinor) ficta ioculariter. Exponit autem νουνεχῶν scholiastes νοῦ πεπληρωμένον (id est Mente refertum) in hoc ἐκκλησιαζουσῶν loco, Γυναῖκα δ᾽ ἐν τῇ προαγορᾷ ἔστιν νουνεχῶν καὶ ζητεῖν ποιόν. At Νοερῶς legitur apud eundem in Vespis, vbi quidam compellans χελώνας, id est testudines, dicit, Ἰὼ χελῶναι μακάριαι τὸ δέρμα τε. Καὶ τείνα μακάριαι πρὸ τῆς θύρας ἡμῶν; Ὡς δὴ καταφρόνα καὶ νουνεχῶς κεκέμυκε τὸν τρόπον, ὥστε πᾶς πλευρᾶς εἶχεν. vbi scholiastes νουνεχῶς exponit νοῦ πεπληρωμένως, item σωφρόνως, id est Prudēter. dicens esse derivatum à nomine νοῦς & verbo βύσαι, quod significat πληρῶσαι. affertque in exemplum, hemistichium istud, Νέφασιν αἰσχυνῶν βεβυσμένον. Est autē id hemistichium ex Homero sumptum Odyſſeæ δ, vbi Eustathius βεβυσμένος exponit ὁ γόμων καὶ ματὶ ὠθισμοῦ τινος μισὸς, à V E R B O Βύω. vnde Comicus (intelligit autem Aristophanem) dicit ὃ τόμ᾽ ὀπτοῦσαι κίρκαι τὴν ῥῖπόρων. Addit enarrator huius poetæ, Aristophanis nusquam, præterea inueniri & in comœdia quæ ἐκκλησιαζούσαις inscribitur, intelligens (vt opinor) de loco illo quem modò protuli. Apud Suidam perperam scriptum est νοεστὸν & νοεστῶς, vtrobique cum ε in secunda syllaba. Existimo autem (vti dixi) esse fictum à poeta ludēte, ideóque ei qui seriò loqui vult, minimè eo vti suaserim.

Νοερός, ά, όν, (q.d. Mentalis) Intellectualis. vt νοεραὶ φύσεις & νοεραὶ δυνάμεις apud Dionys. Areopagitam & Nazianzenum Naturæ intellectuales, quæ videlicet sunt intelligentiæ abstractæ: vt angeli. Hæc Bud. qui etiam docet νοερὸν & αἰσθητὸν ab Areopagita oppoſiri. Ab Heſych. annotatur distinctio inter νοερὸν & νοητὸν, sed mendosus est eius locus. Vide Νοητός. Ε Τ Νοερῶς. q.d. Intelle-

dualiter. Bud. ex Gennadio, ὁ θεὸς ζῇ νοερὸς, καὶ ἐστὶ νοῦς ἀπαθὴς. A

Νοέω, ῶ, Mente agito, In animo verso, Cogito. Hom. Il. α, v. 542 & 543. — νῦ δέ τι πὼ μοι Πηλέος υἱὸν ἀγαυὸν ἐπιτρέπετον ἔπος ὀτρύνειν, ἢ νοέοντε. quæ verba sunt Iunonis ad Iouem. Is autem paulo pòst respõdens dicit, Ὄφρ' αἰεὶ ἐμέθεν ἀπαύστου θυμὸν ἐρύκεις ἔμπαλιν ἐρεθόμενος τόνδε. sub. ἔπος. Et νόον νοεῖν apud eundem. vt Il. ι, Οὐ γάρ πω νέον ὦδε νόον νοέει Οἷον ἐγὼ νοέω. Et νοεῖν φρεσὶ apud eundem. item νόῳ καὶ φρεσὶ πεφάσθαι. Redditur autem In animum induco à Budæo in hoc eiusdem poetæ versu Il. ϑ, Αἰεὶ γάρ μοι τοῦτον ἀνιηλᾶ ὀτρύνει. nam exponit, Semper enim mihi solet obsistere & refragari vbi quid in animum induxi. Alicubi redditur etiam In animo habeo. Item Animaduerto: quo verbo possumus interpretari in isto loco Odyss. ν, vbi iungitur participio, — ἐπεὶ νοέω κακὸν ὔμμιν ἐρεχθέμεν. Alibi commodius, Intelligo. vt apud Hesiodum Ergeis, Αὐτὰρ ὁ δεξάμενος· ὅτι δὴ κακὸν οὐκ ἐνόησεν. Sic autem interpretatur & Cicero apud Epicurum. nam hæc eius verba, οὐ γὰρ ἔχω ὅ. ἀμαυροῦσαν τοῦτο ἀγαθὸν, ἀφαιροῦσαν μὲν τὰς ἡδὰς χυλῶν ἢ ἄλλας, &c (quæ habes pag. 51 mei Cic. Lexici) ita reddit, B Nec equidem habeo quod intelligam bonum illud, detrahens eas voluptates quæ sapore percipiuntur. Idem apud Platonem, τὸ γὰρ πᾶν νοούμενον καλλίστου vertit Quod enim pulcherrimũ in rerum natura intelligi potest. A Budæo redditur Mente concipio, in hoc Gregorii loco, οὐ φθάνω τὸ ἐν νοῆσαι, ἢ πῶς περὶ σοῦ λάμπομαι. Possit autem exponi itidem Mente concipere, aut certè Intelligere & in isto Herodiani loco, πλὴν νοῆσαί τι χρὴ τοιοῦτον ἀλλὰ ἰῶν. At verò quum dicit νοῆσαί τι ἐξῆς, καὶ τὸ τοιοῦτον ὑπολείπεται ἔχειν, est νοῆσαι potius Excogitare. C

Nοῦς aliquam cogitandi significationem habet, & quum dicitur ἐμοὶ νοῦς, vt sit ad verbum Bona tibi cogito. pro quo dicitur potius Latinè, Bene tibi cõsultum cupio. Hesiod. Erg. Σοὶ δ' ἐγὼ ἐσθλὰ νοέων ἐρίω μέγα νήπιε Πέρση. Vt vicissim dicitur κακὸν νοεῖν τινι, quo vtitur Xenophon. & illuc quidem pertinet verbum ἀνοεῖν, huc autem verbum δυσνοεῖν.

Νοῦς. Prudens sum, Sapio (sicut & νοῦν ἔχω hanc significationem interdum habere docui supra) Hom. Il. α, Μητρὶ δ' ἐγὼ πιθέσθαι ἐμοὶ καὶ αὐτῇ περ νοεούσῃ. Πατρὶ φίλῳ D ἐπιήνεκα φίσεν ἄριστ, d est, At matri suadeo, quamuis sapiat & ipsa, vt patri charo Ioui gratificetur. (nisi quis accusatiuum hic subaudiat cum νοεούσῃ, videlicet τὰ, aut quempiam huiusmodi) Sic Phocyl. Οὐ γὰρ δὴ νοέων γε μιν δέκετ' ἐσθλὰ μαθόντες. Hinc etiam νοήμων pro eo qui sapit, seu prudens est.

Νοῶ, Video, Cerno. Hom. Il. γ, Τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησεν Ἀλέξανδρος θεοειδὴς Ἐν προμάχοισι φανέντα. quum pro eodẽ dixisset paulo antè ὀφθαλμοῖσιν ἰδοῦσα. Sic Il. γ, Τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησεν ἀρήϊφιλος Μενέλαος. (quibus tamẽ in locis redditur etiam Animaduertere) Alicubi addit & dativum ὀφθαλμοῖσιν, sicut & ἰδοῦσα cum ἰδοῦν nonnullis in locis copulat. E

Dicũt etiam verba seu orationem alicuius τὸν νοεῖν, pro τὸν νοῦν ἔχειν (quam signif. nominis νοῦς exposui suprà) id est Hunc sensum habere, Hanc esse eius sentẽtiam, Hoc significare, Hoc sibi velle. Νόον γὰρ λέγουσι (inquit Eustathius) φασὶ, καθὸν καὶ νοεῖν αὐτὸν λέγουσι. οἷς τὸ, Πυθέσθαι δ' ἐθέλω τὸν ἐμὸν νόον ἠμὲν ὅ. τι νοεῖς. id est, τοῦτο γὰρ ἔνιοι κεῖσθαι. Quod exemplum vnde afferat, non addit. affert autem ex Aristophane in Pluto, non ita procul ab initio: vbi schol. simile verbi huius vsũ ex Platone affert. F

Νόημα, ατος, τὸ, Quod mens agitat, seu agitauit, aut cogitat, seu cogitauit, Cogitatum, Cogitatio. Item Consilium. Hom. Od. ρ, Τῶν νέες ὠκεῖαι ὡσεὶ πτερὰ ἠὲ νόημα. Et Odyss. β, Τίπτε δὲ νῦ φίλοι υἷες ἐπεσσύμενοι νεμεσσᾶτε; quod hemistichium in aliis etiam extat huius poematis locis: licut & hoc in aliquot, Τοιοῦτον οἱ κῆτο νόημα. Et Il. ρ, Ἦ οἰ ἀπαγγέλλουσι Διὸς μεγάλοιο νόημα. Sæpe etiam in plurali νοήματα. vt Il. ε, Ἀλλ' οὐ Ζηνὸς αἴθοπα νοήματα πάντα πεύθῃ. vbi πεύθῃ νοήματα est quod alibi dicit νοήματα ἐκπλῆσαι, à Latinis autem dicitur Cogitata perficere. Legimus verò & νοήματα κακὰ ἐθέλοντα apud eũdem. vbi exponere possumus Consilia, vel potius Cõsilio, vt sit pluralis pro singulari. Dicitur νόημα & quod Latinè Inuentum substantiuè. nã εὕρημα Suid. exponit. Est certè vbi νόημα redditur etiam Ingeniũ. sed & pro Mens positum censetur cum alibi, tum in isto Hesiodi loco, in Ergois, Χρυσείῃ ἔπι φυλὴ ἀνθρώπων ἐγένοντο, οὔπω νόημα. G

Νόημα in soluta oratione à Budæo redditur Sensum animi, seu Sensum, sine adiectione. Item Notio. vt θεοφόρα νοήματα Themist. 93, Primæ notiones. Affert autem & ex Ammonio ista, αἱ ψυχαὶ αἱ ἡμέτεραι συμμιγεῖς οὖσαι τῶν σωμάτων, ἠδύναντο δι' αὐτῶν τῶν νοημάτων συμπίπτειν ἀλλήλαις τὰ φρονήματα· ἐπειδὴ δὲ σώμασι συνδίδενται, καὶ δίκην τοίχου παρεκαλύπτουσιν αὐτῶν τὸ νοητὸν, ἐδεήθησαν τῆς ὁμιλίας δι' ὧν σημαίνουσιν ἀλλήλαις τὰ φρονήματα. Sed in hoc Ammonii loco νοήματα Scîsa potius quàm Notiones interpretari debemus. Hac voce νόημα omnem intellectũ posse intelligi testatur Fabius, vt mox docebo. Est certè νοήματα frequens apud rhetores pro sententiis, & iis etiam quæ alio nomine appellãt ἐνθυμήματα. Dionys. Halicarn. de Isocr. ἐξεύρω τι καὶ κίνδυνον ἀφελαμβάνειν τὰ νοήματα πιεζῶντα. Idem de Lysia loquens, τίς γὰρ οὐκ ἂν ὧν φημι ἁρπάσειε, συνθεὶς καὶ συνείρας τὰ νοήματα ἐκ τροχιλίας ἐκφέρουσα οἰκεῖα πᾶσι καὶ ἀναγκαῖα τοῖς δικανικοῖς λόγοις. Idem eadem de hoc ipso tradens, ἐν δὲ τῷ συνείρειν τὰ νοήματα, καὶ τροχιλίας ἐκφέρειν, οἷς ἔθος δημηγορικῆς ἀγῶνας ὑποτίθεσθαι. Ausim deprompsisse. (Quos locos eo etiam lubentius protuli, quòd faciant ad expositionem huius loci Iuuenalis, Sat. 6, Non habeat matrona, tibi quæ iuncta recumbit, Dicendi genus, aut curtũ sermone rotato Torqueat enthymema Nec enim dubito quin Iuuenalis ista loquutus sit ad Græcum illud loquendi genus respiciens, & Torquere enthymema sermone rotato, sit συνείρειν καὶ τροχιλίας ἐκφέρειν) Sic porro νοήματα vsurpauit & Plutarchus in vita Homeri. Fabius autem lib. 8, capite 5, postquam scripsit, ἐνθύμημα esse omne quod mẽte concipimus, (quod certè & voci νόημα conuenire posset, si eius derivationem consideremus) propriè tamen dici eam sententiam quæ sit ex contrariis, propterea quòd eminere videtur inter cæteras, &c. non multis interiectis subiungit, Est & quod appellatur à nobis (quidam autem codices habent, à nouis) νόημα, qua voce omnis intellectus accipi potest: sed hoc nomine donarunt ea quæ non dicunt, verùm intelligi volunt. vt in eum quem sæpius à ludo redemerat soror, agentem cum ea talionis quòd ei pollicem dormienti recidisset, Eras dignus vt haberes integram manum. sic enim auditur, vt depugnares. Apud Aristoph. in Vespis τὰ νοήματα scholiastes exponit τὰ ὑπονοήματα τῆς δράμεχ.

Α Τ Νοήμων, ονος, ὁ & ἡ, poetis tantùm vsitatum pro Mentis compos, seu Prudens: S I C V T Ἀνόημων, Non compos mentis, Minimè prudens, Insipiens, Stultus, ἀνόητος. Hom. Il. ψ, — καὶ Ἀντιλόχοιο νοήμονι δῶκεν ἑταίρου Γίγνεσθαι ἄγχι. Idem Odyss. μ, — οὐκ ἄρα πάντα νοήμονες ἦσαν ἀοιδοὶ Ἠδὲ δίκαιοι Ἠσαν Φαιήκων ἠγήτορες. At verò ἀνόημων habemus apud eundem Odyss. β, Ἀλλ' ἐπεὶ οὐκέτ' ὀπίσσω κακὸς ἔσσεαι οὐδ' ἀνόημων.

Νόησις, ιος, ἡ, Cogitatio, seu Actio ipsa cogitandi, aut agitandi mente quidpiam. Cicero vertit Intelligentia in hoc. Platonis loco in Timæo, ὃ μὲν δὴ, νοήσει μετὰ λόγου τινὶ ἑλληπτὸν, quorum alterum intelligentia cum ratione cõprehenditur. Plutarch. De prud. animalium, ὡς τὸν ἀμφὶ νοήσεις καὶ τὰ περὶ τὰς νοήσεις, ἃς ἐνίοτε ποικιλοφωνίας μὲν, ἐννοίας καλοῦσι, κινημάτων δὲ, διαθέσεις. Idem ad Colotẽ, δ' ἀλλὰ σκαλίας, περὶ νοήσεις, οἶμαι, συνταράξεις, ὃ δοκοῦσιν οἱ δὲ εἶναι λέγοντες. Suidas porrò qui Pollucẽ reprehendãt quòd νόησιν dixerit esse σκληρότερον, quasi Platonem ipsum voce hac vti ignorauerit: sed ipsimet ignorant qua in significatione Pollux σκληρότερον appellarit hoc vocabulum. nã de hac non intellexisse, apparet tum ex eo quòd ibi agitur de ὕπνος, ὑπόληψις, ὑπόνοια, & similibus: tum etiã ex eo quòd non solùm dicit esse σκληρότερον, sed addit καὶ ἀμφίσβητον, respiciens nimirum ad alterum hoc significatum quod apud Platonem ac Plutarchum habere ostendi. Verùm ἀνόημων nomini νοήμων sic nomini νόησις opponitur N O M E N Ἀνοησία. nam ἀνοησία sonat q.d. Inintelligentia, seu Intelligẽtiæ carentia: (si ita loqui fas est) sed latius accipitur pro Insipientia,

Stultitia.est autem rarus huius vocis αἰονία vsus, quũ alioqui sit frequentissimus nominis αἴοπος pro insipiente.

Νοπτὸς, ὸν, ὸ, (q.d.Intelligibilis, vel potius Mente perceptibilis) Qui intelligentia comprehenditur, seu, Sub intelligentiam cadẽs: loquendo etiam Ciceronianè.nam in Plat.Timæo τῷ νοητῷ ἀεί τι ὄντων Cic. vertit Sempiternarum rerum & sub intelligentiam cadentium. In alio autem eius loco νοπτὰ ζῷα reddit, Animantes eos qui ratione intelliguntur. vt videbis pag. 16 & 24 mei Cic.Lexici.Plut.in Erotico,pag.1362 meæ editionis,circa principium, ὡς δὲ γεωμέτραι παισὶν οὔπω δυναμένοις ἐφ' ἑαυτῶν τὰ νοπτὰ μυηθῆναι τῆς ἀπομάτου καὶ ἀπαθοῦς οὐσίας εἴδη, πλάττοντες ἀπτὰ καὶ ὀρατὰ μιμήματα σφαιρῶν καὶ κύβων καὶ δωδεκαέδρων προτιθέασι. vbi ἀπτὰ & ὀρατὰ opponuntur τοῖς νοπτοῖς. Sic autem & generaliter αἰσθητὰ apud philosophos opponi videmus τοῖς νοπτοῖς: & nominatim apud ipsum Plutarchum,cum alibi,tum in Plat. quæst.Idem De primo frigido,ἀλλ' ὅτι τὰς νοπτὰς αἰσθήσεις ἀφῆκε τὰ αἰσθητά. id est (vt Turn. vertit) Sed quum res sub sensum subiectas ad principia quæ intelligentia comprehenderentur,referrent.Sympos.lib.8,τὸ δὲ αἰσθητὰ ποιεῖν ἐναργέστερα τῶν νοπτῶν.Sic autem νοητὸς quoque opponi τοῖς αἰσθητοῖς ab Areopagita,ex Budæo annotaui suprà. quum tamen alioqui νοητὸς distinguantur ἀπὸ τῶν νοπτῶν,significéque νοητὸν actionem potius, sicut νοπτὸν passionẽ. quam distinctionẽ apertè declarat Synesius, scribens epistola 154, τῷ ὃς κατ' νοῦν ὅπη ζόλων μόνει δίκης τὰς ἐπιλάμψεις οἷς ὑμεναίοισι τὸ νοητὸν ἄμμα φῶς αἰάπτει συγγενὲς ὁ Θεὸς, ὃς τοῖς νοητοῖς, τὸ νοεῖν, καὶ τοῖς νοπτοῖς αὖπος τὸ νοεῖσθαι.

(HINC Νοπτῶς, (q d. Intelligibiliter) Ita vt intelligentia comprehendatur, Vel, Ita vt mente percipiatur, seu percipi possit)

COMP.Αἰόπης, ET Εὐαίσθητος, ET Δυσαίσθητος. PRIMVM Ἀνόητος accipiẽdo quidem passiuè(sicut νοπτὸς accipi vidimus)q.d.Inintelligibilis.id est Qui intelligi non potest, seu intelligentia comprehendi: sed huius significationis exempla non afferuntur: at verò signif. actiuæ, pro eo videlicet Qui non intelligit,habemus apud Platonem in Timæo, vbi νοητὸν opponit τῷ νοῦν ἔχοντι, ita scribens, λογισάμενος οὖν ἐνέσκηψεν, ὡς τῷ κατὰ φύσιν ὁρατῶν, ἂν δὴν αἰόπτων τῷ νοῦν ἔχοντος, ὅλον ὅλου κάλλιον ἔσεσθαι τὸ ἔργον.quæ ita Cicero,Quum rationem igitur habuisset, reperiebat nihil esse eorum quæ natura cernerentur, non intelligens, intelligente,in toto genere, præstantius.vbi etiam sequitur νοῦν, quod idem vertit Intelligentiam. At verò in quopiam Luciani loco memini me obseruare nomen hoc αἰόπτης itidem quidem de non intelligente,sed ita accipiendo verbum intelligere vt quum dicitur Intelligere aliquam linguam,aut aliquem sermonem.iungit enim ille cum genitiuo φωνῆς. At verò frequentissimo & passim obuio vsu ponitur αἰόπτης pro eo qui nihil intelligit eorum quæ mente prædita viri intelligunt, & redditur Insipiens, Stultus,Demens,&c.Plato in Philebo,καὶ πότερα τῶν ἡδονῶν ἑκατέρας πῶς αὖ τις ὁμοίας ἀλλήλαις τίθ) λέγων, ὡς αἰόπτης φαίνοιτο ἂν δίκης;(ibidẽ autem & αἰοπταίνειν dicit, vt docebo in eo verbo)Plut.De prud.animali.ἰχθῦς ὁ, τις ἅμα δεῖς ἢ αἰόπτης, λοιδορῶντες ἢ σκώπτοντες, ὀνομάζωμεν.Idẽ in lib. De exilio, οἱ αἰόπτοι φυγάδες. Xen. dixit etiam τοῖς ψυχαῖς αἰόπτοι. Vsurpatur & de rebus,vt αἰόπτοι δόξαι καὶ ἐλπίδες,quæ in Ἀνοπταίνω ex Platone afferam. Sed præter hanc significationem cuius passim occurrũt exempla,habet & aliam,si Suidæ credimus,vel potius enarratori Aristophanis,(vnde mutuatũ esse Suidã,sicut & alia plurima,existimò) scribũt enim τὰ αἰόπτα dicta fuisse τὰ ἀφροδίσια.i.rem veneream, in isto Aristoph. loco in Nubibus,Οἵου τ' αἰπόλιχ, καὶ γυμναίων, ἃ τ' ἄλλων αἰοπτῶν. Et αἰοπταίνειν itidem dictum fuisse τῷ τὰ ἀφροδίσια πάσχειν. Videor autem mihi & apud Plutarchum τὰ αἰόπτα in hac significatione legisse. Huc certè pertinet quod in Gallico sermone aliquando audimus, *Vne femme qui n'a iamais fait folie de son corps.* ADVERB. Ἀνοήτως, q.d.Inintelligibiliter,Ita vt intelligi non possit. Sed potius pro Stultè,Insipienter. Luc. De hist. scrib. τὰ δὲ διὰ τοῦ χῶς ἢ αἰόπτως γεγραμμένα.Et αἰοπτότερος Agesilaus apud Isocratem. ITEM Ἀνοησία Atticè, quod lingua communi αἰονία,Insipientia,Stultitia. quod Bud. ex quodam grammatico annotat cuius nomen non profert. Et VERB.Ἀνοπταίνω,Insipiẽs sum,seu stultus,Stultè ago, Stultè me gero.Vtitur Plato in quadam epist. item in Philebo,circa principium,scribens, ἥδεσθαι μὲν φαμὲν τὸν ἀκολασταίνοντα ἄνθρωπον, ἥδεσθαι δὲ καὶ τὸν σωφρονοῦντα, ἀπεῖναι τῷ σωφρονεῖν ἡδέσθαι δ' οὖ καὶ τὸν αἰοπταίνοντα καὶ αἰσχίστων δοξῶν καὶ ἐλπίδων μεστὸν, ἥδεσθαι δ' οὖ καὶ τὸν φρονοῦντα, ἀπεῖναι τῷ φρονεῖν. καὶ ὄντων τῶν ἡδονῶν ἑκατέρας πῶς αὖ τις ὁμοίας ἀλλήλαις τίθ) λέγοι, ὡς αἰόπτης φαίνοιτο ἂν δίκης; Totum autem locũ ideo protuli quòd prima frõte videri possit facere pro illa expositione verbi αἰοπταίνω quam modò ex Suida & scholiaste Aristophanis protuli:ac certè Budæus quũ eum non satis attentè considerasset, dixit & ipse αἰοπταίνειν & ἀκολασταίνειν hic coniungi:quum alioqui verbo ἀνοπταίνειν verbum φρονεῖν,illi autem ἀκολασταίνειν manifestum sit opponi σωφρονεῖν. At verò de αἰοπταίνειν pro ἀφροδισιάζειν vide quæ in Ἀνόητος modò ex duobus illis attuli. ITEM Ἀνοπτύω pro eodem. sed nullum ex aliquo vet.scriptore exemplum huius affertur.

SECVND.comp. Δυσόπτης, ου, ὁ & ὑ, Difficilis intellectu, Qui vix intelligi potest, Cuius sensum non facilè quis assequatur.Vius est Petrus 2 epist.cap.3,loquẽs, de Paulo, λαλῶν ἐν αὐταῖς ὡσεὶ ἐν πάσαις, ἐν αἷς ἐστι δυσόπτα τινὰ, ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν. ADVERB. Δυσοπτῶς, Ita vt vix intelligi possit.

TERT.Εὐαίσθητος, oppositum præcedenti, Facilis intellectu, Qui facilè intelligi potest. ADVERB. Εὐαισθήτως, Ita vt quis facilè intelligat.

Νοπτικὸς, ὴ, ὸν, Intelligendi facultate seu vi præditus. Ex Aristot. De gen.anim.lib.2, νοπτικὴ ψυχὴ, q.d.Intellectualis anima.Et τὸ νοπτικὸν, Vis intelligendi,seu facultas.

De verbis compositis à verbo Νοέω.

Ex compositis à verbo νοέω quædam loco verbalis habẽt nomen in σία, vt Ἀπονοοῦμαι habet Ἀπόνοια, Προνοέω, seu Προνοοῦμαι (quod est multo frequentius) Πρόνοια:& Παρανοέω,itidẽ Παράνοια, & Πτερνοέω,Πτέρνοια. neque enim exemplum affertur horum verbaliter(vt ita dicã) formatorum, Ἀπονόησις, Προνόησις, Παρανόησις, Πτερνόησις. Sicut nec Μεταμόησις à Μεταμοέω. Partim autem hac de causa nomina illa Ἀπόνοια, Παράνοια, &c. in hunc locum seruaui, partim etiam quòd non habeant præcedens nomen in οος seu ους, vt his Ἔννοια, Εὔνοια, Δύνοια. &c. (quorum significationem sequuntur & verba Ἐννοέω, Εὐνοέω, Δυσνοέω) præeunt Ἔννους, Εὔνους, Δύνους.sed & aliis quæ nullum suæ formæ verbum habent, præit tamen nomen in οος, seu ους: vt istis Μεγαλόνοια & Πολυνοία. Partim denique vt quæ inter nomina illa & verba est analogia quod ad significationẽ attinet, sub vno aspectu lectori ponerem. Alioqui certè hæc quoque nomina in superiorum ordinem retulissem.licet & ipse Bud. Ἀπόνοια subiungat verbo Ἀπονοοῦμαι, itidémque Πρόνοια verbo Προνοοῦμαι.

C. ΑΠΟ, οέομαι, οῦμαι, q.d. Mentem & intellectum ac rationem abijcio. Nihil pensi habeo, nullámque mei rationem, perinde ac si mentem amiserim, ac vecors factus sim. Vel, Vecordẽ quandã fiduciam cõcipio. His enim modis exprimendam puto vim huius verbi, quæ certè maior est quàm vt eam vnico verbo assequi possimus. Plut.in Sol. ὅτι δ' οὔτις ὁ πολλῶν νυκτῶν αὐτὸν ὡς ἀποθανούμενον ὑπὸ τοῦ τυράννου, καὶ πανδαιμονίων τινὶ πιστεύων, οὕτως ἀπονοοῦτο, τῇ γήρᾳ, δῆλον. Vbi tamen interpretes aliis verbis vtuntur quæ non ita vim vocis huius exprimunt, vt eã quibus modò sum vsus. Vnus enim sic vertit, Quærentibus qua re fretus ita pro salute desidiosus esset. Alter, Quærentibus qua re fretus ita confidenter nullum periculum horreret. Gallicè certè ita reddere, *Il se monstre ainsi desesperé.* vel, *Il fait les actes d'vn homme desesperé.* (licet non ignorẽ Gallicũ interpretem ita reddidisse, *En quoy il se confioit pour parler ainsi audacieusement*) sed ita vti nomine Desperatus, haud scio an Latinitas nobis concessura sit. Obseruandũ est autem hic ἀπονενοῆσθαι in præsenti: quum alioqui præteritum potius seu aoristus in vsu sit. Xenoph.Hell.6, οὐκοῦν χρὴ καὶ ἡμᾶς δαιμονίως αὖ, εἰ μὴ αἰσχύνοιτο ὑμῖν ἐπιδεῖν τὴν ζῆν, ἀπονενοῆσθαι

δίχα ἔχω. Plutarchus, φοβηθεὶς μὴ παντάπασιν οἱ περὶ αὐτὸν ἀπονενοήσωσιν καὶ τὸ συλλαμβάνειν. Et participium ἀπονενοημένος à Budæo redditur Qui est cæcæ ac desperatæ mētis. Sed videtur mihi verti etiā posse, Vecordi quadā confidentia fretus. vel, Qui ex desperatione vecors & amens factus est. Rursus Xenophon Hellen. 7, ἔξεστι δὲ λέγειν οἷς ἀπονενοημένοις ὑβρὶς αὐτοὺς εἰσῆγεν. Lucianus, ὁλκμᾶ τὰλμηρὰ ζητοῦντι, καὶ ἄξιον ἀπονενοημένου τεκμήριον.

Ἀπονοέομαι, Vecors & amens factus sum, vel Vecors sum & amens, quasi mente omni abiecta, Vecordiam seu amentiam in factis dictisve meis ostendo. Lucianus de eo loquens qui amore Veneris Cypridæ captus est, οἱ φρένας αἱ σφόδρα τοῦ ἔρωτος ἐξέστησαν ἀπονοήσαντας. id est (inquit Budæus) In dementiam cesserunt, In temerariam & cæcam mentem euaserunt. Participium ἀπονενοημένος verti potest (si Budæo credimus) Vecors & amens, & deploratus profligatúsque. Demosthenes, πῶς ἄνθρωποι κακίους ἢ μᾶλλον ἀπονενοημένοι τούτων γένοιτ' ἄν; Isocr. De pace, πολλῶν ἐστὶ μὴ τις παντάπασιν ἀπονενοημένος ὄφῃ, καὶ μηδ' ἱερῶν, μήτε γονέων, μήτε παίδων, μήτ' ἄλλου μηδενὸς φροντίζων.

Ἀπονοεῖσθαι & pro Insolescere Budæus ex Chrysostomo affert. Ego non lubenter Insolescere interpretarer simpliciter, sed Vecorditer insolescere, seu vesanè, vel, Vecordi quadam & vesana insolentia efferri.

Ἀπονοεῖσθαι citatur ex Maccab. libro 2, capite 13, pro Rebellasse, seu Desciuisse. vbi scribitur, γνὺς ἀπονοεῖσθαι τὸν Φίλιππον ἐν Ἀντιοχείᾳ τὸν ἀπολελειμμένον ὅτι τῆς πραγματείας. Quanquam non video quomodo etymologiæ huius verbi consona possit esse hæc significatio. nisi eò respiciendo quòd qui rebellat seu desciscit à suo domino, is mentem mutat: & ita ἀπονοεῖσθαι esset quasi à priori mente discedentē rebellasse. Sed viderit ipse autor huius libri quo exemplo sic vsus sit hoc verbo, si modò ita scriptum reliquit pro hac significatione.

Ἀπονενοημένως, (adiuerbium) Amēter, Vesanè, Vecorditer, Nulla sui ratione habita, vt faciunt vesani & desperati. Lucian. οὕτω φιλονεικίας καὶ ἀπονενοημένως ἐσπουδάκατε. Isocr. in Archidamo, ἀπονενοημένως ἂν ἐσκέψασθε περὶ τῆς σωτηρίας, Nullam salutis suæ rationem habentes, tanquam vecordes.

Ἀπόνοια, ας, ἡ, (quod alioqui est formatum à νοῦς potius quàm à Νοέω, sicut ἄνοια, δύνοια, ἔννοια, εὔνοια, & alia. cur autem hic sit à me positum, itidémque reliqua huiusmodi, docui in præfatiuncula compotitis à Νοέω præfixa) Amentia, Vesania, Vecordia, Cæcitas mentis. Chrysostomus in epistolam ad Romanos, ἀπόνοια ἐκπίπτουσα τοῦ διὰ καὶ ἀπόνοια λέγεται. Demosth. Pro corona, οὔτ' ἀπόνοια Σωσικλέους, ἣν συνεραστὴν Φιλοκράτης. Plutarchus in Alcibiade, ὀλιγωρία δόξης, ἣν αἰσχρωπίαν καὶ ἀπόνοιαν ἔσαν, ἀπολιμίαν ἔνιοι καὶ αὐθάδειαν καλοῦσι. Idem in libro De virtutibus mulierum, Phocensium decretum referens, de cremandis vxoribus & pueris, si Thessali victores fuissent, ἐπὶ τῷ ψηφίσματι Φωκέων ἀπόνοιαν οἱ Ἕλληνες ὠνόμασαν. Budæus ἀπόνοιαν Galilæorum appellare ait Iulianum flagitiosam vitam & vecordiam. Citatur ex Plutarcho dativus plur. alis ἀπονοίαις in Numa, ἀπονοίαις καὶ θορύβοις ἐκπεπλῆχθαι.

Ἀπόνοια, Vesana quædam confidentia, Desperatio quædam vesana, Thucydides lib. 1, καὶ μὴ εἰς ἀπόνοιαν καταστῆσαι αὐτούς, ἀλπιστότερος ἦν. Sic apud eundem, εἰς ἀπόνοιαν καὶ δεινότητα.

Ἀπόνοια, Vesana quædam insolentia, & animi elatio. Lucianus de cœnipetis loquens & salutatoribus, ναῦς δὲ λαμπρύνοντες εἰς ἀπόνοιαν τοῖς πλουσίοις ἄγουσι. Chrysostomus, εἰς ἀπόνοιαν αἴρουσι πολλοί, καὶ εἰς ἀπόγνωσιν τῆς ἑαυτῶν καταστάσεως ἐμβάλλει. Sic autem exponitur & in hoc eiusdem loco, ὑπὸ ἀπονοίας πολὺς φυσᾶται. sed ego malim ὑπὸ ἀβουλίας vertere Præ vesania.

Διανοέομαι, οῦμαι, Mēte agito, Cogito, In animo habeo, Statuo. Thuc. lib. 6, διανοούμενοι μὲν καὶ αὐτοὶ ἐς τὸ πέραν στρατόπεδον ὅπλα τοῖς Ἀθηναίοις, μάλιστα δὲ ἔτι καὶ παρεσκευάσθαι. Plut. in Camillo, διενοοῦντο μάχην συνάπτειν, In animo habebāt prælium conferre, vel Cogitabant prælium conferre, seu de conferendo prælio. Cicero quoque διενοήθη vertit Cogitauit apud Platonem, sequente infinitiuo, vt videbis pag. 28 mei Ciceronis. Bud. exp. non solùm Statuere, sed & In animum inducere, in hoc Xen. loco, ὦ Γλαύκων, ἔφη, διανοεῖσθαι περιστρατεύειν ἡμῖν τῆς πόλεως; (Inuenitur autem & cum futuro infinitiui apud Thucydidem locis aliquot, sed hi suspecti mihi sunt)

Dicitur autem & sine infinitiuo διανοοῦμαι τοῦτο, vel διανοοῦμαι τοῦτο περὶ οὗπερ. aut etiam cum sola præpos. περὶ habente suum genitiuū, διανοοῦμαι περὶ οὗπερ. Affertur verò & διανοοῦμαι πρός τι ex Plat. pro Id cogitare, Mentem & animum ad id intendere. Sed suspecta est hæc constructio: at certæ passimque vsitatæ illæ, in quibus exponitur à Budæo, Animo versare, Commentari, Intelligere, item Existimare, Iudicare. vt videbis p. 117 & 118. Sed redditur & verbo Sentire, itémque verbo Statuere ab eodem, in isto Isocratis loco De pace, περὶ ὧν αὐ δι' βουλεύωνται, μὴ κομίζειν εἰδέναι τὸ συμβησόμενον, ἀλλ' ὡς δόξῃ μὲν χρωμένους, ὃ, τι αὐτύχῃ δι' ὀργισθέντα, οὕτω διανοεῖσθαι περὶ αὐτῶν, sed ita de iis sentire & statuere, vt, &c. Sic redditur & apud Aristot. De mundo, οὕτω χρὴ καὶ περὶ θεοῦ διανοεῖσθαι. Et apud Plut. διανοεῖσθαι ταῦτα περὶ τῆς γῆς.

Cum aduerbio autem non vno modo iungitur. nec enim dicitur solùm οὕτω διανοοῦμαι περὶ vel ὑπὲρ τούτου, sed καλῶς διανοοῦμαι, vel κακῶς. vt Isocr. dixit, κακῶς διανοηθεὶς ὑπὲρ τῆς ἰδίων: & Lucianus, διανοηθεὶς κακῶς ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ, de quibus locis dicā infrà) sed etiam οὕτω διανοοῦμαι, sequente ὡς, & quidem cum participio. Cuius constructionis exemplum habes in illo Isocratis loco quē modò protuli, ἀλλ' ὡς δόξῃ μὲν χρωμένους, ὃ, τι αὐτύχῃ δι' ὀργισθέντα, οὕτω διανοεῖσθαι περὶ αὐτῶν. Item in isto Platonis, Pol. lib. 1, ὡς οὕτω μὴ ἀκουστέον, ἅτ' οὕτω διανοουμένου. Idem verò sine οὕτω, sed præpositione περὶ adiuncta particulæ ὡς, dixit, ὡς περὶ καλοῦ ἄρα τινὸς ὄντος δεῖ τὸν νόμον διανοεῖσθαι. Quibus in locis οὕτω διανοεῖσθαι reddi etiam potest Ita sentire. At verò in isto Xenophontis, verbum διανοεῖσθαι aduerbio χεῖρον iungentis, καὶ ὃ, ἂν δ' ἀκούειν ἦτον, καὶ διανοεῖσθαι χεῖρον, Budæus vertit Animaduertere, Apprehendere animo & percipere. Sed in duobus illis quos modò attuli Isocratis & Luciani locis, διανοεῖσθαι longè secus interpretandum censeo. nam διανοεῖσθαι κακῶς ὑπὲρ τῆς ἰδίων vel ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ, significare puto Malum de rebus suis consilium inire, Malè de rebus suis consulere, vel potius per datiuum, Malè rebus suis consulere. ac Lucianum in hoc loquendi genere Isocratem imitari voluisse mihi fit verisimile.

Διανοοῦμαι οὕτω περὶ αὐτόν, pro Eo sum animo erga illum, vel Ita sum animatus, Ita sum affectus. Quæ significatio videri noua possit, nec tamen aliam admittere videtur hic Platonis locus, vtpote qui διανοεῖσθαι & διανοήθηναι pro vno eodémque vsurpare videtur: scribens ita, Polit. lib. 1, καὶ δὴ καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν ἀρχοντας, οἱ ὡς ἥκιστα ἀρχικὸν ἔχουσιν, ἄλλως πως ἢ διανοεῖσθαι περὶ τοὺς ἀρχομένους, ἢ ὡς πρὸς αὐτοὺς περὶ ὅτου διανοηθέντας; Vt autē nouus videri possit hic verbi διανοεῖσθαι vsus, sic & ille quem suprà dixi ex eodem Platone afferri, iungente hoc verbum cum eadem quidem præpositione, sed habente accusatiuum rei, non personæ.

Διανόημα, ατος, τὸ, Quod mens agitat, seu agitauit, Cogitatum, Cogitatio. Item Commentatio, Sententia, ex Hermog. Vide Bud. pag. 117.

Διανόησις, ωσις, ἡ, Cogitatio. intelligendo pro ipsa cogitandi actione. si quidem quam habet verbalis formā respiciamus. Plut. tamē διανοήσεις pro διανοίαις dixisse mihi videtur in libro qui inscribitur περὶ τῆς ζώων φρονιμότητος, ἐν οὐδὲν ὅ, τι μὴ λογικόν ἐστι, καὶ παίζειν τοῖς ζώοις ὑπάρχειν. ὡς γὰρ ἀμέλει καὶ τὰ περὶ τὰς νοήσεις, ἃς ἐναπεργάζονται μέθαι, ἀνοίας καὶ λαῖλαι, κιτυμβίας δὴ, διανοήσεις.

Διανοητικός, ἡ, ὁ, Ad cogitationem pertinens, seu In cogitatione & commentatione positus. vt Aristoteles Eth. lib. 2 initio, duplicem ἀρετὴν esse dicit, vnam διανοητικήν, alteram ἠθικήν. lic & libri primi capite vltimo. Item Cogitatione & commentatione valens. vnde à Budæo redditur etiam Commentator, & Ingeniosus. At ἡ διανοητικὴ, Vis animi commentatrix. Idem quod ἡ διαλογιστικὴ, Damasceno. Bud.

Διάνοια vide supra inter nomina deriuata à Νοῦς. at verbale à Διανοοῦμαι est Διανόημα quod habes paulo antè.

c.2. Ἀδιανόητος, ου, ὁ & ἡ, q.d. Cogitatione incōprehensibilis. A Quem cogitatione comprehendere nemo potest, seu complecti, aut consequi. Fabius autem lib. 8, cap. 2, de quibusdam dictis loquens, Pessima verò sunt (inquit) ἀδιανόητα, hoc est, quæ verbis aperta, occultos sensus habent. vt, Conductus est cæcus secus viam stare: &, Qui suos artus morsu laceraſſet, fingitur in scholis supra se cubasse.

c.2. Προδιανοέομαι, οῦμαι, (q.d. Præcogito) Antè cogito.

E T Προσδιανοοῦμαι, Insuper cogito, vel intelligo, &c. sequendo significationes verbi διανοοῦμαι.

C. Διχονοέω, ῶ, Dissentio, Dissideo. vide suprà post nomen Διχόνοια.

C. Δυσνοέω, ῶ, Maleuolentia prosequor, Maleuolus sum. Ve δύνους, δύνοια, & δυνῶ, sic δύνους, δύνοια, & δυνῶ, sed multo minus vsitatum hoc verbum quàm illud.

C. Εἰσνοέω, ῶ, vnde aorist. εἰσενόησα. quo vtuntur poetæ interdum pro Animaduerti, aut etiam Vidi. vt & simplex ἐνόησα hanc significationem interdum apud eos habere dictum fuit.

C. ἘΝνοέω, ῶ, & interdum Ἐννοοῦμαι, Mente concipio, Cogito, Mecum reputo. Xenoph. Pæd. lib. 2, pag. 29, ἐννοῶ ὅτι ἐξεπλάγησαν μᾶλλον ἡμῶν οἱ μὲν καὶ βελτίονες, οἱ δὲ καὶ μείονες ἄξιοι· διὸ δὴ πηγὴν ἄγαθὸν, ἀξιώσουσι &c. Idem voce passiua vsus est eiusdem operis libro 5, ἅμα δὲ ἴσως ἐγὼ οὐκ ἐννοήσαι, ὡς εἰ οἱ μὲν θεοὶ ὑμᾶς ἀφεῖλον μανθάνειν τὰ ἀνθρώπου κακὸν πάσχοντας, &c. id est ἐνθυμῆται, inquit Budæus. C

A Platone idem vsurpari scribit non solùm pro Animo voluto, & In mentem mihi venit: sed & pro Recordor: itidémque à Plutarcho. quorum locos apud eum vide pag. 723. Existimo autem et quem affert ex Platone, adiungi hunc posse ex eodem, in Minoe, ἴσως οὐκ ἐννοεῖς· ἀλλ' ἐγὼ βούλει σε ὑπομνήσω; D

I O N I C E dictum Ἐννώσω Bud. affert ibidem ex Herodoto, habens itidem significationem τοῦ ἐνθυμεῖσθαι: E T Διεννώσω, quod esse ait pro διανοοῦμαι.

Ἔννοημα, ατος, τό, Mentis cōceptus, Cogitatum, Commentatio. Aristotelē pro conceptu mentis vti testatur Bud.

c.2. Ἀνεννόητος, significat. actiua (quod obseruandum est) Qui non intellexit, Qui non animaduertit, vel Qui non recordatur. Ita Bud. exponit, afferens ex Polybio Hist. lib. 2, ἵνα μὴ πλέους οἱ μὲν ὑμᾶς, ἀνεννόητοι τοῦ τοιούτου ὑπάρχοντες, ἐκπλήττωνται τὰς αἰφνιδίους καὶ παραλόγους τοῦ βαρβάρου ὁρμάς. Vbi fortasse possit etiā exponi simplicius Ignari, sicut & in quibusdā aliis locis apud Suidā, quē vide. E

At Ἔννοια vide suprà post Ἔννους.

C. ἘΠινοέω, ῶ, Excogito, Comminiscor. Thuc. lib. 1, οἱ μὲν γε, νεωτεροποιοί, καὶ ὀξεῖς ἃ ὑπενόησαν ὀξέως ἃ ὑπεθέσθαι ἔργῳ ἐπὶ γνῶναι. vnde etiam dicitur aliquid ὑπονοεῖσθαι pro Excogitari. vt apud Synesium, διὰ κακῶν ὑπονοηθέντων εἰς πεῖραν. Interdum verò Mente agito, Cogito. vt apud eundem Thuc. lib. 2, ὀλίγον τι ἐπινοῶν οὐδέν. quo genere loquendi vtitur & alibi. Luc. autem in hoc loquendi genere vsus est nomine μικρὸν pro ὀλίγον, dicens in Nigrino, καὶ ὅλως μικρὸν οὐκέτι οὐδὲν ὑπονοῶ. At in v. l. affertur ex Plut. Pericle, οὐκ ὑπενόουν τοῦτο τοῦ πλήθους τοῦ τῶν συμβόλων αἰσθήσεσθαι pro Non animaduertunt. Ex Herodoto autē in vtraque voce cum infinitiuo, pro In animum induco, Destino. Præterea ex Phalaride, ὑπονοῦμαί σοι pro Animum tibi intendo. F

Ἐπινόημα, Quod quis excogitauit, seu commentus est, Commentum. V N D E Ἐπινοημάτιος, de quo dicam in Ἐπιγονατίς, quod proximè sequitur. G

Ἐπινοητικός, Qui prompto est ad excogitandum ingenio, Præditus facultate excogitandi seu comminiscendi quod in rem sit.

Πύελος ἀνὴρ (inquit Bud.) dicitur ὁ ἐπινοητικός, ὑπονοητικός, μηχανικός, Qui est acris commentationis ad excogitādum præsidium, aut subsidium. Sed idem alibi habet etiam ὑπονοημάτιος: scribens, Ἐπιχειρηματίας, Homo ingenii versatilis ad excogitandum quod opus est, δόλιος, πολύτροπος, πολλοειδής, πολύμητις, vt inquit Eustath. qui etiam ὑπονοημάτιος & ὑπονοητικός dici potest. Hæc ille: sed ego nullū huius ὑπονοημάτιος exemplū reperio. H

Dicitur ὑπονοητικὸς orator etiam qui inuentione valet.

Ὑπόνοια, ας, ἡ, idem quod ὑπόνημα, (sed ὑπόνοια tamen non est itidem verbale, vt docui in præfatiuncula his compositis præfixa) Quod quis excogitauit, Commētum. vel Solertia qua quis aliquid excogitat & comminiscitur. Aristoph. Vespis, ἀλλ' ἐκ βύσσου ὥσπερ πρός σοι ζητεῖν καμηλῶ ὑπόνοιαν. Greg. ὡσπερ τῆς ὑπονοίας δέδοικα μὴ καὶ αὕτη ἐγκύμονα περιεργον· ἢ οὐκ οἶσθ', ὅπως ἐν ταῖς ἀκοπίαις δεῖ, Vereor ne hac eius solertia & hoc commento sedādæ discordiæ, mihi episcopatus delatus sit. Bud.

Ἐπίνοια, Cogitatio. Thucyd. 3, ὥστε μηδεὶς εἰς ὑπόνοιαν πώποτε ἔλθῃ, Vt in cogitationem huius rei non veniant, Vt de hac re ne cogitent quidem. At Polybius magis nouè dixit ὑπόνοιαν πείθειν, lib. 1, οὐδὲ ὑπόνοιαν πεποιήμενοι τῆς θαλάττης, quum antea ne cogitarient quidem de mari. Synesius quoque ὑπόνοιαν dixit pro cogitatione, scribens epist. 57, οὐ γὰρ ἔστι ὑπόνοιαν αὐθρώπου χωρῆσαι πίαν ἡμέρᾳ· αὐτὴ Χειρὸς ἐφέδρη τὰ κολασθέντα.

c.2. Ἀνεπινόητος, ου, ὁ & ἡ, Qui excogitari nō potest: seu Qui cogitatione comprehendi non potest, vel mente concipi, οὐ ὑπόνοιαν αὐθρώπου χωρῆσαι οὐ δύναται, vt loquitur Synesius in loco quem modò protuli.

c.2. Ἀντεπινοέω, Contrà excogito, vel vicissim, Contra cōminiscor, vel, Vicissim comminiscor quod opponam commento alterius.

C. ἘΝνοέω, ῶ, Beneuolus sum, Beneuolētiæ prosequor. Xen. Pæd. 8, οὐ ῥᾴδιον ὅτι φιλεῖν ἐθὲς μισεῖν δύνασθαι, οὐδ' ἀνοεῖν τοῖς κακοήθεσι. Ibidem copulauit φιλῶσι & ἀνοοῦσι. Et pass. Ἐννοῦμαι, (quo vsus & Menander) vt ἀνοοῦμαί σου, Beneuolētiā abs te habeo. vel potius, Habeo te beneuolū.

c.2. Ἀντενοέω, Vicissim beneuolus sum, Vicissim beneuolentia prosequor. Xen. Pæd. 8, οἷς γοῦν ἀνοήτως ἔχοντας, τούτοις αὐτὸς ἀντενοοῦντας.

C. ΚΑΤΑνοέω, ῶ, Animaduerto, Intelligo, Perspicio. nam hæc Platonis, ἵνα δ' ὅμως σύδην πῶλον καταννοῆσαι δύνασθε, Cicero ita vertit, Attamen illud perspici & intelligi potest. Ex Thuc. affertur cum participio, καταννοῶ ὄντας, pro Intelligo esse. Pro Intelligo, necnon pro Considero poni ab Aristotele scribit B. Affertur autem καταννοῶ & cum ὅτι ex Xenoph. καταννοῶ ὅτι τούτων. B

Κατάνημα, ατος, τό, Quod ab aliquo animaduersum est, seu perspectum. Vel, (vt scribit Bud.) Quod est deprehensum & intelligētia cognitum. Vel, Commentum, Remedium excogitatum. cui interpretationi subiungit ex Aristotele in Polit. de Thalete qui conduxit olearia prela, τοῦτο γὰρ ἦν κατάνημά τι χρημάτων. C

Κατάνησις, εως, ἡ, Animaduersio, Deprehensio. Item Cognitio. vt ἡ τοῦ ἀληθοῦς κατάνησις, quod affertur ex Gregorio. At ex Plutarcho, κατάνησιν ἑαυτοῦ πολλὴν παρέχει, pro Multa ingenii sui documenta præbet. Ad verbum, Multā sui cognitionem. Id est, Multos modos cognoscendi sui & perspiciendi.

c.2. Ἀκατάνητος, ου, ὁ & ἡ, Qui animaduerti non potest, seu perspici, aut intelligi. E T Δυσκατάνητος, Qui nō facilè animaduerti potest, seu intelligi. Vel, Qui vix potest animaduerti &c. I T E Μετακατάνητος, huic cōtrariū. D

C. ΜΕΤΑνοέω, ῶ, Post intelligo, Post sapio. Id est, Postquam res est facta, tum demum intelligens & mecum reputans qualis ea sit, meam de ea sententiam muto. Sed breuius reddi potest, Sententiam muto, seu Mentem muto. (nam & Latini Mentem interdum pro sententia dicunt) Xenoph. in suæ παιδείας præfatione, ἐκ πόνου δὲ ἰώμενα ζώμενα μεταγνοῦν, μὴ οὐκ τοῦ αἰσθέσθαι, ὅτι τοῦ καλοῦ ἔργου ἡ ὁ αὐθρώπου ἀρχή, ἰὼ τις ὀλιγωρήσας τοῦ πράξαι. Hic tamen non tam est Mutare sententiam, quàm Sentētia mutata cogitare. (dixerat autem initio illius periodi ἐπειδὴ ὃ ὠνησάμην ἐπὶ Κῦρος &c.) Interdū verò Μετανοεῖ, Me pœnitet. Lucianus De salt. ἃ αὐτὸν μάλιστα φασὶν αἰσχύνασθαι οὕτω μετανοῆσαι ἐφ' οἷς ἐπίνουν, ὥστε καὶ νοσῆσαι ὑπὸ λύπης. Synesius, οὐ μετανοοῦσι ἐφ' οἷς δὴ πεπόνηκεν τὸν ἄνδρα. E

Sed plerunque pro Mutata mente resipisco, vel simpliciter Resipisco, & veluti ad me redeo. Redditur etiā Ad sanam mentē redeo. (vide in Μετανοέω cum alia, tum ea quæ ex Lactantio afferam) Matth. c. 3, initio, de Ioanne Baptista, κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας, καὶ λέγων, Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. vbi vet. interpres reddit Pœnitentiam agite: Erasmus, Pœnitentiam agite vitæ prioris. At ego assentior potius F

reddentibus Resipiscite. Sic & apud Marcum. At verò Act. cap 8. præpositioni ἀπὸ iungitur, μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας σου. In Apoc. c. 9 cum ἐκ. Inuenitur autem & μετανοεῖν ἐπί τινι ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ apud Paulum, 2 ad Cor. cap. 12. quæ constructio durior est.

Μετανοῶ oppositum τῷ προνοῶ, vide in Πρόνοια.

Μετάνοια, ας, ἡ, Mutata mens, seu sententia. Alia mens quàm antea. (Quò pertinet quod apud Rutilium Lupum legitur, μετάνοιαν esse schema, quum ipse se qui loquitur reprehendit, & id quod prius dixit, sententia posteriori commutat) Sed vt plurimum redditur, ac certè reddi debet, Resipiscentia, alicubi verò & Pœnitentia. Lactant. lib. 6, cap. 24, Is enim quem facti sui pœnitet, errorē suum pristinū intelligit. ideóque Græci melius & significantius μετάνοιαν dicunt, quam nos Latinè possumus Resipiscētiam dicere. resipiscit enim ac mentem suam quasi ab insania recipit quem errati piget, castigárque seipsum dementiæ, & confirmat animum suum ad rectius viuēdum: tum illud ipsum maximè cauet, ne rursus in laqueos inducatur. (Vnde apparet & μετανοῶν aptè reddi Resipiscere) quanuis autem in multis Test. nouī locis aptè reddatur Resipiscentia, est tamē & vbi ponatur pro Pœnitētia, quæ alioqui dicitur potius μεταμέλεια. Sic certè & apud profanos scriptores vtrāque signif. habet. Plut. De discern. adul. ὅταν δ' ἁμαρτάνωσι καὶ παρεμπίπτωσιν, ἐμοὶ ἐλέγχῳ καὶ λόγῳ δημὸν ἐμποιῶν καὶ μετάνοιαν, ἐχθρὸς δοκῶ καὶ κατήγορος. Idem in Pericle, μετάνοια δεινὴ τοῖς Ἀθηναίοις ἐκ παντὸς ἦν τοῦ Κίμωνος. Idem plurali vtens dixit Sympos. lib. 7, σωφρονισμοῖς καὶ μετανοίαις τῶν νέων. Pausan. Atticis, ἐς ποσὸν μετανοίας ἐλθεῖν.

C. Ὁμονοέω, vide cum Ὁμόνοος & Ὁμόνοια.

C. ΠΑΡΑνοέω, ῶ, q.d. Extra mentē sum. Sæpe redditur Deliro. Aristoph. Nub. ἐμοὶ δοκοῦσι παραφρονῆσαι. Ex Eurip. autem pro Perperam intelligo. ITEM Παραύοια, Dementia, Delirium. Aristoph. Nub. & Plat. De leg.

C. ΠΕΡΙνοέω, ῶ, Mente complector, Animo concipio. Bud. ex Plut. Item pro Comminiscor & Excogito. Item pro σοφιζομαι, vide exempla apud Bud. pag. 422.

SIC Περίνοια, Mentis conceptus, seu comprehensio. Et Solertia, Vafrum commentum. Item Intelligentia singularis. Vide ibidem.

C. ΠΡΟνοέω, ῶ, vel potiꝰ voce passiua Προνοέομαι, οῦμαι, Ante percipio mente, animo prouideo. Futurum prouideo, seu euenturum, σκοπεῖν νοῶ, vt in hoc Plat. loco in Gorgia, vbi σκοπεῖν & μανθάνειν inter se opponuntur, ταῦτα γὰρ σκοπεῖται μὲν, ὅπως ἂν μὴ μανθάνωσιν δέ, αἰσθάνεται. Sic autem dixit Thucydides ante Platonem, καὶ προνοῆσαι βραδεῖς τὰ ἐξ αὐτοῦ ἀποβησόμενα. (Alibi autem vtitur potius pro Cōsiderare) Sed ponitur sæpius pro Prouideo, id est Prospicio, Prouidentiam ago, Curam gero, Consulo commodis alicuius. Lucianus, καὶ τῆς πολλαίας ἐπιμελοῦμαι, ἢ τῆς μητρυιᾶς προνοοῦσι. (Vsus est & Philo De mundo, item Paulus ep.) Nullū verò ex antiquioribus testimonium affert Bud. inuenitur tamen non semel apud Xenophontem: vt Paed. 8 φαῖεν γὰρ πατέρες προνοεῖν τῶν παίδων. Ibidē, ἑαυτῷ τι κρεῖττον ὁ προνοῶν ἀνδρός. Sed in hac signif. multo est frequentior passiua voce προνοοῦμαι. Thuc. lib. 6, pag. 200, ὃς αὖ καὶ τῶν σωμάτων καὶ τῶν οὐσιῶν προνοῆται. (Idem vtitur & sine casu pro Consulere) Sic προνοοῦμαί σου, Consulo commodis tuis. Bud. pag. 722 ex Xenoph. vbi tamen & accus. rei habet, ταῦτα ὡς φίλου ὄντος σου προνοοῦμαι. At verò apud Paulum Ad Rom. 12, & 2 ad Cor. 8, προνοεῖσθαι καλά. vbi aptius reddi videtur Procurare quàm Prouidere. Neque enim Prouidere rēs honestas, seu quæ honesta sunt, dici æquè commodè potest ac dicitur Prouidere frumentum, seu pabulum. Προνοεῖσθαι sunt qui posse etiam verti existiment Præcauere: ex hoc Dioscor. loco, προνοητικὸν δὲ καὶ τὸ ἐν' ὠφελείᾳ διδομένων, ὀπτηριάσεται δὲ παλαιὰς κίνδυνον, οὐχ ἧττον τῶν ἀρτίων φαρμάκων. vt sit, Præcauendum etiam ab iis quæ &c. At Ruell. ita, Prouidendum etiam iis. Ego malim, Cautione vtendum. Quæ interpretatio eo etiam magis mihi placet, quòd videam Ciceronem cautionem & prouisionem copulare.

Προνοοῦμαι, Prudens & sciens facio. Vel, Proposito & de industria facio, Consultò aggredior, vt Budæus pagina 722, apud Lysiam exponit. Dicitur & ἐκ προνοίας ποιεῖν.

Προνοητὴς, οῦ, ὁ, Prouisor. (quo nomine vsus est Horatius, Vtilium tardus prouisor) Gregor. περὶ φιλοσ. p. 69, προνοητὴς ὁ θεὸς τοῦ κόσμου οὗ. ἡ προνοητής ὅτι.

Προνοητικὸς, οῦ, ὁ, Prouidendi solertiam habens, vel Ad prouidendum propensus. In v. l. προνοητικὴ δύναμις, q.d. Prouisoria facultas. τὸ προνοητικόν, pro eodem. At προνοητικὸς λόγος ex Thucydide, Prouida ratio. SIC

Προνοητικῶς, Prouidē. vel Prospicienter, ex Gellio.

Πρόνοια, ας, ἡ, Actio ipsa antè percipiendi aliquid mente, & prouidendi. vnde redditur etiam Prouisio, ex Cicerone (qui interdum copulat hoc nomen & cum Cautio) Thuc. lib. 6, pag. 202, γνόντας ὅτι ὀλίγα μὲν ἐλάσσω καταβοῶσι, προνοίᾳ δὲ πλέονι. Idem alibi, βουλήσει ἀσαφεῖ & προνοίᾳ ἀσφαλεῖ inter se opponit. Sed multo frequentius redditur Prouidentia. quo nomine Cicero quoque illud interpretatus est. Dicitur autem sæpe vel θεία πρόνοια (vt idem Cicero sæpe dicit diuinam prouidentiam) vel πρόνοια sine adiectione. Herodian. lib. 3, ὡς προνοίᾳ θείᾳ ὁδηγούμενος. Idem lib. 4, οὕτω γὰρ ἔλεγον καὶ θείᾳ τινὶ προνοίᾳ καὶ πείρᾳ δυνηθῆναι τῶν Προποντίδος ῥευμάτων. Et θεῶν πρόνοια apud Plut. apud quem & πρόνοια sine adiectione, sicut & apud alios. At πρόνοια ἀνθρωπίνη, Xenoph. quod existimo aptissima periphrasi reddi posse, Quantum mens hominis prouidere potest.

Πρόνοια cum genitiuo, item Πρόνοιαν ποιεῖσθαι, Πρόνοιαν ἔχειν, Πρόνοιαν τίθεσθαι. Herodian. 2, οὐχ οὕτω προνοίᾳ τῆς ἰδίας σωτηρίας, non tam vt saluti suæ prouideret. (Ita enim reddere malo magis ad verbum, quum præsertim & Cicero ita sit loquutus: quàm cum Politiano, Non de salute sua magnopere solicitum) Πρόνοιαν ποιεῖσθαι redditur non solum Prouidere, sed & Rationem habere: vt videbis apud Bud. p. 722. At προνοίαν ἔχειν pro dixit Thucyd. Prouidē tiam habere, ad verbum, pro eo quod est Prouidere. Affertur verò & ex Isocrate, ὁ δαίμων ἔσχεν αὐτοῖς προνοίαν, pro Deus ei prouidit, Deus ei prospexit, seu consuluit. Προνοίαν τίθεσθαι, Sophocl. Sed dicitur etiā passiuè προνοίᾳ τινός, Cura qua rei alicui prouidetur, seu quæ de re aliqua geritur. vt Herodian. lib. 1, καὶ ὀλιγανέμους οἷς ἰδιώμασι δ' ὄχθης τῆ Ἴστρου τιθεὶς προνοίαν. Item προνοίᾳ πλοῦτον apud Chrysost.

Ἐκ προνοίας τι ποιεῖν dicitur qui prudens & sciens aliquid facit. Qui facit de industria, seu Dedita opera, aut Cōsultò. & quod vulgò in Gallia dicimus De guet à pens. Plato De leg. lib. 9, p. 315, ἐκ προνοίας κλέψων. Hinc βλάμμα ἐκ προνοίας, vt apud eundem, pag. 317, βλάμματα ἑκούσιά τε καὶ ἐκ προνοίας ῥηθέντα. Sic in cuiusdam orationis Lysiæ titulo, περὶ βλάμματος ἐκ προνοίας. (vtitur autem & dativo προνοίᾳ ipse in oratione pro eodem) Vide & Budæum pag. 668, & 722.

Πρόνοια dicta cognomento Ἀθηνᾶ (id est Minerua) apud Delphos, vt testatur Æschines in Ctesiph. idque vel quia προνόησεν ὅπως τέξει ὁ Λητὼ, vel διὰ τὸ προ τοῦ ναοῦ ἱδρύσθαι. vtranque autem etymologiam refert Harpocr. sed in hac posteriore (cui tamen ille priorem dat locum) confundi puto Πρόνοια cum NOM. Προναία, quod habet Hesych. vel potius à quo Hesychius habet genitiuum Προναίας. De Πρόνοια Ἀθηνᾶ lege & Eustathium.

A T Σωτηρίᾳ E T Υγιείᾳ vide in Indice.

¶ Ἀγνοέω, ῶ, q.d. Non intelligo, vel Non perspicio, aut etiam Non cognosco. pro οὐ νοῶ, pleonasmo τῷ γ, litera α significante priuationem. Sed aptius vno verbo redditur Ignoro, ac tum præsertim cum accusatiuo rei iūgitur. Demosth. Pro corona, ὦ δι' ὅπου οὐκ ἀγνοεῖς, Rationem non ignoras, vel No incognitam habes. Isocr. Ad Dem. πολλοὶ τῶν μὲν ἀληθῶς ἀγνοοῦσι, περὶ δὲ τῶν δόξαν ἀποβλήτων, Veritatem ignorant, Veritatem non cognoscunt, seu non norunt. Ex eodem in or. De pace affertur cum ἀγνοεῖ, vbi scribit, ἀγνοεῖ τὴν ἀρχὴν τὴν κατὰ Πέλοπα ἀγνοοῦσα, καὶ μάχεται πρὸς ἀλλήλους. At cum accus. personæ apud Homerum pro Non agnosco, Od. ω, vbi ὀπτεύουσι & ἀγνοέουσι inter se opponit, Αἴκ' ἔμ' ὀπτεύσῃ καὶ φρεσὶν ἐφράσσηται ὀφθαλμοῖσιν, Εἰ κεν ἀγνοίησι πολυμήχανος ἀμφὶς ἐόντα. Apud eundem tamen capitur & pro Non

cognosco, Non noui. (Animaduertendum est autem A interiici ab Homero, sicut & à cæteris poetis, metri causa) Dicimur etiam ἀγνοεῖν τινα cuius ingeniũ perspectum non habemus, seu cuius mores sunt nobis incogniti, aut etiã vitæ conditio. Xenophõ autem videtur dixisse ἀγνοῶν ἑαυτὸν eo sensu qua Cicero Ignoratio sui. Ita enim ille Pæd. 7, vbi Crœsum inducit his verbis vtentem apud Cyrum, pag. 108, ἀγνοῶ δέ με ἑμαυτὸν, ἔπ σοι αἰσχυνοίμην ἰσχνὸς ὢμὸν τί), &c. Cicero autem sic Pro Cluentio, Quod erat odium, dii immortales, quæ superbia, quanta ignoratio sui, quàm grauis at- B que intolerabilis arrogantia. Ideo autem hosce locos inter se confero quòd in vtroque ignoratio dicatur de eo qui seipsum non satis cognitum habens, aut suas vires, seu conditionem suam, inde ad superbiam & arrogantiam prolabitur. Nam ad Ciceronis quidem locum quod attinet, ignorationem sui eo sensu ibi dici dubitari non potest, quum proximè præcedat Quæ superbia, & proximè sequatur, Quàm grauis arrogantia. In Xenophonteo autem illo, præcedentia hæc verba ad ostendunt, ὑπὸ δικαίων δὴ λόγων αἰσχυνόμενος, &c. Sic certè Galli quoque vtuntur verbo *Mescognoistre*, quod ad verbum sonat ἀγνοεῖν, id est Non agnoscere. adeo vt ἀγνοῶν ἑαυτὸν ibi reddi possit itidem *Me mescognoissant*. Vbi animaduertendum est etiam opponi ἀγνοῶ ἑαυτὸν, & γινώσκω ἑαυτὸν, quod γινώσκω sumptũ est ex illo celebri dicto Delphici tẽpli foribus inscripto, γνῶθι σεαυτὸν.

Ἀγνοεῖν τινὰ ἁμάρτημα dicitur qui peccatum condonat, inquit Bud. non afferens vllum huius loquendi generis testimonium. Sed non dubito quin hoc verbo in ista signif. aliquis ex veteribus etiam scriptoribus vsus D sit, atque adeo id imitati Latini dixerint eadem forma Ignoscere peccatum. Planè enim existimo dici ignoscere peccatum, quasi Non agnoscere peccatum.

C. ΑΝΤ Ὀνομάζω, q.d. Pronomino. id est Pro nomine nomen pono. siue Commuto nomen. Quod ex Suetonio redditur etiam Transnomino. HINC Ἀντονομασία, (pro quo scribitur ETIAM Ἀντωνομασία) figura qua loco proprii nominis ponitur aliud. Antonomasia (inquit Fabius) quæ aliquid pro nomine ponit, poetisque modò frequentissima. & per epitheton, (quia detracto eo cui apponitur, valet pro nomine, Tydides, Pelides) & ex iis quæ in quoque sunt præcipua: (Diuûm pater atque hominum rex) & ex factis, quibus persona signatur. — thalamo quæ fixa reliquit Impius. Aliquem autem esse & oratoribus eius vsum, addit: vt videbis lib. 8, capite 6. Eustath. in hunc ex Il. α versum, Κούρῃ Βρισῆος, τιμὴ μοι δόσαν υἷες Ἀχαιῶν, annotat, κούρῃ Βρισῆος pro nomine proprio puellæ esse positum per ἀντονομασίαν: ac esse obseruandum, qua forma dicitur ἀντωνυμία, eadem & ἀντονομασία esse dictum. nã ἀντονομάζειν tam eum qui κούρῃ Βρισῆος dicit quàm eum qui ponit ἀντωνυμίαν: esse tamen differentiã hanc, quòd ἀντωνυμία sit in vno vocabulo, at figura ἀντονομασία in duobus, aut etiam pluribus. Hæc ille. apud quem sciendum est scribi ἀντονομασία per ο nõ per ω, sed & in aliis quibusdam locis habetur & hæc scriptura, vt pag. 39. At ego non video quomodo locum habere hic possit ω, quum scribatur ἀντονομάζω non ἀντωνομάζω, eodémque modo fiat ἀντονομασία ab ἀντονομάζω (quod de ὑπονομασία ac μετονομασία & παρονομασία itidẽ intelligendũ est) quo formatur ὀνομασία ab ὀνομάζω. Existimo autem hunc errorẽ scripturæ, ex ἀντωνυμία, & ὑπωνυμία, & μετωνυμία, atque παρωνυμία esse ortum, trãsferendo videlicet per imprudentiam ω horum nominum in illa.

Ἀντονομάζειν est etiam Contra alium nominare hoc est ex aduerso. vt quum accusator crimen vno nomine appellat, & reus alio, vt crimen extenuet. vt ἀνθεκάζειν. Bud.

C. Διονομάζω, Denomino, Appello. Pro qua significatione in v. l. affertur ex Gaza De mensibus. At Bud. participium διωνομασμένος quod est à passiuo Διονομάζομαι, ab Aristotele lib. 1 Meteorol. poni tradit pro Nominatus, Celebris.

C. Ἐξονομάζω vide suprà, statim post Ὀνομάζω. placuit enim ἐξονομάζω subiungere simplici Ὀνομάζω, quòd in eo idem sit vsus præpositionis ἐξ qui est in ἐξονομαίνω ab ὀνομαίνω.

C. Ἐπονομάζω, Cognomino. (Sonat autem propriè ὑπονομάζω q.d. Supernomino) Et pass. Ἐπονομάζομαι, Cognominor. Plut. in Romulo, pag 55 meæ editionis, circa finem, οἱ δὲ τοὺς τοῦ Εὐάνδρου τοῦ Ἀρκάδος γυναῖκα, μαντικὴν τινα καὶ θεσπιῳδὸν ἐμμέτρων χρησμῶν ῥυθμοῖς, Καρμέντην ἐπονομαζομένην (τὰ γὰρ ἔπη καρμένα καλοῦσι) Νικοστράτην ὑπολαμβάνουσιν αὐτὴν. Qui locus aptissimum huius significationis exemplum habet, propter illud quod additur, fuisse autem illi nomen κύριον (id est proprium) Nicostratam. Itidem verò ὑπώνυμον & κύριον eodem distinguete modo Athenæum, ostendam infrà. Plato De leg. dixit etiam ἐπονομάζεσθαι ὑπωνυμίαν: scribens, δοκῶ γὰρ μοι τῆς θεοῦ ὑπωνυμίας ἄξιος εἶναι μᾶλλον ἐπονομάζεσθαι, Videris enim mihi dea cognomento dignus esse magis appellari. Ἐπονομάζειν pro Nomen dare. Budæus ex Plat.

Ἐπονομάζειν, Nominatim consecrare, Dicare. Plato De legibus libro 5, καὶ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο δωδέκατα θεοῖς δώδεκα πλήρεις ἥτταις, ἐπονομάσαι, καὶ διελόντα τὸ λαχὸν μέρος ἑκάστῳ τοῦ θεοῦ, καὶ φυλαῖς αὐτοῖς ἐπονομάσαι. Bud.

Ἐπωνυμία, (q.d.Cognominatio) Appellatio quæ datur pro cognomine.

Ἐπώνυμος, Cognominatus.in v.l.fine exemplo. At verò ADVERB. Ἐπωνύμως in iisdem ex Athenæo pro Nominatim: videlicet ἐπωνύμως καταλιξαι, Nominatim recēsere. Sed vox illa mihi eo in loco suspecta est. nam ἐπωνύμως, sequendo analogiam significationis verbi ἐπωνυμάζω, atque adeo ipsius verbalis nominis ἐπώνυμος, significaret potius q.d.Cognominatiuē.

C. ΚΑΤονομάζω, Nomino, Denomino. Ex Philone De mūdo habent v.l. καταγραζόμενος τοῖς πάθεσι, pro Qui denominatur ab affectibus. Item ex Phalar.epist. καταγομασμένα τοῖς θεοῖς pro Destinata diis: in hoc loco, τί γὰρ διαφέρει τὰ καθιερωμένα τοῖς θεοῖς ἀναθήματα ἀπολαβεῖν, ἢ τὰ καταγομασμένα τοῖς θεοῖς; ibi enim ita exponitur, Quid enim refert, munera iam dicata an tantùm destinata diis auferatis? Budæus certè exponit & ipse Καταγομάζω, Destino, item Despondeo: afferens ex Polybii, libro 5, παρθένον οὔσαν, γυναῖκα τοῦ βασιλέως καταγομασθῆναι.

c.2. Ἀκατονόμαστος, (q.d.Innominabilis) Qui nominari non potest, seu denominari. Cui nomen imponi non potest. Vtitur Basil.in Hexaēm. Item Naz. dicens τὸ θεῖον esse ἀκατονόμαστον.

C. ΜΕΤονομάζω, Transnomino (quo vtitur Suetonius, aut quicunque scripsit libellum De claris gramm.) Et Μετονομάζομαι, Transnominor. Athen.lib.13, πρότερον Μίλτω καλουμένην, Ἀσπασίαν μετονομασθῆναι, quum prius Milto appellaretur, Aspasiam fuisse transnominatam. vel, Mutato nomine dictam fuisse Aspasiam. Nam μετονομάζω potes etiā reddere Mutato nomine appello. idq; commodius, quàm Muto nomen, seu Transmuto nomen, vt habent v.l. Vbi etiam legitur, μετωνόμασται τὸ ἀρσενικὸν ὄνομα, contrario nomine appellatur. Potest autem μετονομάζω videri sonare q.d. Postnomino.

Μετονομασία, Transnominatio, Mutatio nominis. Athen. libro 7, Νικαίνωρ δὲ ὁ Κυρηναῖος ἐν μετονομασίαις τῶν Μελιτέων φησὶ Γλαῦκον μετονομασθῆναι. Vide Μετωνυμία.

C. ΠΑΡονομάζω, q.d. Adnomino, seu Agnomino. pro Appello nomine ad aliud nomen alludente. Quidam autem interpr. Alludo ad nomen. HINC Παρονομασία, VEL Παρωνομασία, (nam & hæc scriptura inuenitur, mihi tamen minimè placens: sicut nec aliæ similes in cæteris compositis, vt pluribus docui in Ἀντονομασία) de qua sic Fab.libro 9, cap.3, Huic nomen est παρωνομασία, quæ dicitur Agnominatio. ea non vno modo fieri solet, sed ex vicinia quadam prædicti nominis ducta casibus declinatur. vt Domitius Apher pro Cloantilla, Mulier rerum omnium imperita, in omnibus rebus infelix. Vide plura in eodem illo loco, de quo dicam & infra. Diuersa certè afferuntur huius schematis exempla cum ab aliis, tum à Rutilio Lupo, qui postquam dixit παρονομασίαν fieri aut addenda aut demenda, aut mutanda, aut porrigenda aut contrahenda littera, aut syllaba, subiungit, Estque huiusmodi, Non enim decet hominem genere nobilem, mobilem videri. nam cum omnibus hominibus, tum maximè maximo cuique inconstantia turpitudini est. Item, Ad huius sceleratissimi operam qui fuit locus? religiosissimus. nimirum quia traditam sibi publicorum custodiam sacrorum, nō honori, sed oneri esse existimauit. Eustath. quidem παρονομασίαν esse annotat in isto Homeri loco Il. β. — Ἀχαιΐδες, οὐκὶ Ἀχαιοί annotat, inquam, ex veterum autoritate, atque similem esse in his verbis, οὐ Φίλιππος ἀλλὰ Φιλίππου κατάπτυστος Ἑλλάδος. Idem grammaticus tradit παρονομασίαν annotari & in isto eiusdem poetæ loco, in eodē libro, — Πρόσθος θοὴς ἡγεμόνευε: sicut & in hoc, Σαμία μία ναῦς. Cui similem esse apud Demosthenem, vbi dicit Ἀμφίπολιν, πόλιν ἡμετέραν. Sed idem in hunc versum, qui & ipse libro β legitur, Οἱ δ' ἀγορὰς ἀγόρευον ἔσαν Πελάσγιον Ἄργος, annotat Atticum hoc esse, ἀγορὰς ἀγόρευον, sicut βουλὴν βουλεύειν, & λόγον λέγειν. & generaliter, apponere verbis nomina quæ sunt ex ipsis facta. vocant autē schema, παρονομασίαν. Ex quibus videmus quàm latè pateat huius schematis vsus. Aliquā autem habet affinitatem hic παρονομασίας vsus cum eo cuius Fabius meminit: siquidem vt illic, eadem vox in

alio casu, ita hic vox σύνταξις (vt ita dicam) subiungitur. Verùm sciendum est ab eodem Fabio postea illum παρονομασίας vsum agnosci cuius ex Rutilio habuisti exēpla. ita enim ille, postquam ὁμοιοπτώτου exempla protulit, Accidit & ex illa figura gratia, qua nomina dixi mutatis casibus repeti, Non minus cederet quàm cessit. Adhuc ὁμοιοπτώτου & παρονομασία est, Neminem posse alteri dare matrimonium, nisi quē penes sit patrimonium. Quod autē ad alterum illum Fabii attinet locū, sciendum est quædam exemplaria in eo non habere παρονομασία, sed in his LEGI ἀντονομασία. idque ideo fortasse quòd sequatur, παρονομασία ei contrarium est. Sed miror non animaduersum fuisse παρονομασία scribi debere in dandi casu. Sunt autem alioqui & in toto illo loco multa apertè mendosa, & boni alicuius codicis opem expectantia.

C. ΠΡΟΣονομάζω, q.d. Insuper nomino. At in v.l. exponitur Cognomino, Voco, idque sine vllo exemplo. Ibidem & NOMEN Προσονομασία, Cognominatio, Agnominatio. quæ interpretatio sumpta est ex eo Fabii loco quem modò protuli: sed ibi differentiæ exēplaria, & in aliis scribi παρονομασία, admonui. Cæterùm habetur in v.l. ET Προσωνομασία (sequendo eam cuius antea memini scripturam) dicitúrque ex Quintiliano esse figura quæ aut similitudine aliqua vocum, aut paribus, aut contrariis vertit in se aures, & excitat. Sed falsò proferuntur hæc illius verba tanquam de vna figura dicta, quæ de pluribus ille dixit: quum scripserit, Tertium genus est figurarum quæ aut similitudine &c.

Composita in ώνυμος desinentia.

C. Ἀώνυμος, υ, ὁ & ἡ, Nomine carens, Nominis expers. Homer. Od.θ, Οὐ μὲν γάρ τις πάμπαν ἀώνυμος ἔπλετ' ἀοιδῶν, Οὐ κακός, ἀλλ' ἀγαθὸς λέλε, ἐπὶν τὰ περ ἄλλα τε μῦθον. præcesserat autem, Εἶπ' ὄνομ' ὅ, τι σε κεῖθι καλέουσι μήτηρ τε πατήρ τε. Aristot. Ethic.2, cap.7, τῆς δὲ ὑπερβαλλούσης, ὁ μὲν τὴν αἵρεσιν, ἀνώνυμος (πολλὰ γὰρ ἕξεις ἀνώνυμα) ὁ δὲ ὁ τοῦ μᾶλλον ὑπερβάλλων, ὕβρις. Vide & ex Luciano exemplum in Ἱερώνυμος.

Ἀνώνυμος, Nomine carens, id est celebritate, Minimè celebris, Ignobilis, Obscurus. (Exponitur & Non nominatus, accipiendo Nominatus pro celebri vt Plin. Nominatissimū dixit pro celeberrimo) Demosth. Philip. 4, ἐξ ἀνωνύμων καὶ ἀδόξων ἐνδοξοι ἐξ γνωσίμων. Sic vtitur & Isocr. Apud Aratum ἀνώνυμοι Cic. vertit Obscuræ sine nomine, vt videbis pag.86 & 87 mei Lex.Ciceroniani.

Ἀνώνυμος est quibusdam & arboris nomen quæ vsitatiore nomine vocatur Εὐώνυμος. vt in eo docebo.

Ἀνωνύμως, Absque nomine. ITEM Ἀνωνυμὶ pro eodem, in v.l. sed rectius puto SCRIBI Ἀνωνυμεί. Item pro Ignobiliter, Absque celebritate.

POETICE Νώνυμος pro ἀνώνυμος, Nomine carēs. vel Incelebris, Ignobilis, Obscurus. Hom. Il.μ, Νωνύμους Ἀπολέσθαι ἀπ' Ἄργος ἀφαλὸ' Ἀχαιούς. (In alio autem eius loco νώνυμον quidam exponunt δίχρημον) Inuenitur ETIAM Νωνύμους. atque adeo in illo Homeri loco Il. μ, Eustathius vtriusque scripturæ mētionem facit, volens nimirum legi νωνύμους vel νωνύμνους. scribit enim, Νώνυμοι δὲ, ἤτοι Νώνυμνοι, οἱ ἐστερημένοι τοῦ ὀνομάζεσθαι ἢ ὑμνεῖσθαι. ὅ ἐστιν οἱ ἀνώνυμοι, ἢ οἱ ἀκλεᾶς. Vnde apparet νώνυμος voluisse deducere ab ὕμνος: sed alii tamen (quibus libētius assentior) putant potius ν interiici metri causa, vt videlicet producatur υ. Sic certè & in quodam Arati loco quædam exemplaria νώνυμος habent, vbi alia νώνυμνος. Legitur tamen νώνυμοι & apud Apollonium υ habens longum, in hoc loco, — πολλοὶ δὲ πόροι νώνυμοι ἔασι.

C. Δισώνυμος, υ, ὁ & ἡ, Binominis, seu Binomius, (quod tamen ex Festo tantùm affertur) Duo habens nomina. Item Celebris, seu Peruulgatus. Vtriusque significationis Bud. meminit, sed prioris exemplum non affert: at posteriorem extare ait apud Plut. in Timol. & Appianum Bell. ciuil. lib.4. Sed hoc addo, vt quum δισώνυμος dicitur pro binomio, primam syllabam ex δίς esse constat, ita quū pro celebri vsurpatur, ex δῆς præpositione factam mihi videri. ITEM Διωνυμία, q.d. Binominitas: si à Binominis substantiuū hoc fingere licet.

C. Δυσώνυμος, υ, ὁ & ἡ, Cui malum est nomen, seu infaustū, Cuius nomē est mihi omnis. Aut, Cuius nomē odiosū

eſt. In qua expoſitione reſpicio ad hæc verba ſcholiaſtæ Sophoclis, δικώνυμον appellari etiam eum οὗ τὸ ὄνομα ἐπαχθῶς αἱ ἄνθρωποι φέρουσι, δηλ. τὸ μῖσος ὅπερ ἔχουσι πρὸς αὐτόν. & addit, καθ' ὃ λέγεται δικώνυμος ὁ Γοῦδας. (vel ὁ Ἰουλιανὸς, vt alii legunt. Eodem certè modo Arius à Baſilio vocatur δικώνυμος) Annotat autem illud in iſtum Sophoclis, locum in Aiace, pag. 54 mex editionis, πᾶ παππᾶ ὁ δικτρέφελος, ὁ δικώνυμος Αἴας. de quo δικώνυμος dicit, ὡς καὶ αὐτὸς λέγει ὁ Αἴας. quæ ſcholiaſtæ verba referenda ſunt ad locum illum qui habetur pag. 26, in quo ipſemet Aiax de ſe dicit, Αἰαῖ· τίς αἴ ποτ' ὠνόμ' ὦν ἐπώνυμον Τοὔμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς; Inidè certè Euſtathius ait δικώνυμον Aiacem vocari à Sophocle ὡς δοκοῦν πως τὸ αἰᾶ ἢ τὸ αἰάζειν ὀνομαζόμενον: atque ita ſonare δικωνύμιον καὶ τὴν φοφορὰν δίφθογγον. Annotat autè hæc in iſtum Homere locum Il. ζ, Ἦ μάλα δὴ πύρσοισι δικώνυμοι ἶφι Ἀχαιῶν, Μαρτάμβοι φεύγουσι κατ' ἄκνυ. vbi Hecuba dicit δικωνύμους Achiuos appellare vel eo ſenſu quo dicitur δίκραες, & κακόλιον: vel δηφημοῦσαι ὡς δῆθεν κακωνύμους, nimirum quia videntur παρηχεῖσθαι τῇ ἄχῃ. Quibus ſubiũgit, duobus modis dici κακώνυμον, (vult enim δικώνυμον nihil aliud eſſe quàm κακώνυμον) aut τὸ οὐκ ὀνομαζόμενον ἄξιον, vt apparet ex eo loco Homeri, — κακόλιον, οὐκ ὀνομαστήν. aut ὃ δικωνύμιον, &c. Meminit autem huius vocabuli & aliis in locis, quos vide. Cæterùm vt δικώνυμος redditur nõ ſemper δικωνύμιον ὄνομα ἔχων, ſed generalius etiam δικωνύμιος (vt & in iſto vides Euſt. loco) ita non dubium eſt quin Latinè reddere poſſimus non ſolùm Infauſti nominis, ſeu inauſpicati, aut inominati, ſed etiam generalius Infauſtum, Inauſpicatum, Inominatum. Eſt autem vſus hoc nomine Lucianus in principio ſui Ocypodis, ita ſcribens, Δεινὰ μὲν οἱ βροτῶν καὶ δικώνυμος Ποδάγρα κάκλημαι, δεινὸν ἀνθρώποις πάθος. Vt autem hìc podagra vocatur δικώνυμος, ita initio Tragopodagræ eiuſdem Luciani dicitur eſſe συγγενὲς ὄνομα & θεοῖς συγγενόμενον. Atque ita δικώνυμον illic videtur potius eam habere ſignificationem quam ex ſchol. Sophoclis attuli.

C. Ἐπώνυμος, υ, ὁ & ἡ, q.d. Supernominis, Heu Quaſi additicius ad nomẽ: vt id quod pro cognomine alicui tribuitur. veluti quum dicitur ὄνομα ἐπώνυμον diſtinguendo ἀπὸ τῶν νικῆσαι. in hoc Athenæi loco libro 13, ἐπώνυμον δέ ὅτι πᾶσι [videlicet Ναΐς] ἐπαίρας. τὸ γὰρ νικᾶσαι λέγουσι Ὅμηρον. Vbi relinquitur ſubaudiendum ὄνομα, ſicut & in iſto Plutarchi loco, vbi genitiuum etiam habet ἐπώνυμον: in Cor. καθάπερ Ἕλληνες ἐπίκλησιν ἕκαστον μέν ἐπώνυμον, τὸν Σωτῆρα καὶ τὸν Καλλίνικον ἰδίας δέ, τὸν Φύσκωνα, καὶ τὸν Γρυπὸν ἀρίστης ὄν, τὸν Εὐεργέτην, καὶ τὸν Φιλάδελφον ἀτυχίας δέ, τὸν Εὐδαίμονα. Dixerat autẽ antea de ipſo Coriolano loquẽs, οὐκ οὖν περὶ τὸν ἔπειτα ὄνομα τὸ Κοριολανόν. ὃ καὶ μάλιστα δῆλόν ἐστιν ὅτι τὸ ὀνόματον ἴδιον ἦν τοῦ Γαΐου· τὸ δ' ὑπερφυοῦς ἀνδρείας ἢ γένους κοινόν, ὁ Μάρκιος· καὶ ὃ περὶ τῷ ὕστερον ἐγένοντο, πρόσχωσις πᾶσι, ἢ τύχης, ἢ ἀνδρείας, ἢ ἀρετῆς ὁπηλίκου. vbi vſurpat ὁπηλίκου ἀρετῆς ſicut poſtea ἐπώνυμον ἀρετῆς, cognomẽ quod quis à virtute cõſequutus eſt, ſeu propter virtutẽ, (vel, quo virtutis ergò donatus fuit) itidémq; ἐπώνυμον τύχης, cognomẽ quod quis à fortuna eſt adeptus, ſeu cuius cauſa fuit illi fortuna. Idémq; de cæteris genitiuis ſentiendũ. Sed poſſumus generalius etiam accipere ἐπώνυμον pro nomine ſeu appellatione, vt videmus eum Κοριολανὸν vocare ὄνομα ἀρετῆς. Legimus autem apud Homerum ὄνομα ἐπώνυμον, necnon apud Heſiodum: ſed ibi aliter exponi docebo paulo póſt.

Ἐπώνυμος ῥᾳ ο φωνύμιος apud antiquos, vt inquit Euſt. veluti quũ dicitur ὄνομα ἐπώνυμον nomẽ quod rebus conuenit, (vt dixit Ouidius, Conueniunt rebus nomina ſæpe ſuis) ſeu nomẽ quod conuenit & congruum eſt perſonæ, ob rem quampiam quæ in eo ſpectatur, cuius appellatio affinis eſt nomini illius. His enim verbis apertius declarare mihi videor vim horum verborum (quæ in iſta ſignificatione pro ſynonymis habẽda ſunt) quàm vulgò declaretur. Hom. Odyſſ. ν, Αἰαῖ ἢ ὄνομ' ἔστιν ἐπώνυμον. vbi Euſtath. annotat ἐπώνυμον antiquis ſignificaſſe quod eorum poſteris φωνύμιον: videlicet ὄνομα ἁρμόττον τοῖς πράγμασιν. Duobus autem modis eſſe ἐπώνυμον ὄνομα: nimirum vel quod, quum temere impoſitũ fuerit initio, poſtea euentu compertum fuit verum, id eſt verè illi quadrare, perinde ac ſi conſultò impoſitum fuiſſet: (vt Δημοσθένης fuit nominatus ἐπωνύμως, quoniam poſtea fuit δήμου σθένος, id eſt populi robur, Athenienſis videlicet. Sic & Aiaci nomen ſuum fuit ἐπώνυμον, tãquam ab αἰ deductum, quòd contigerit eum pati αἰαγμάτων ἄξια), vel quòd conſultò impoſitum fuit: vt Ὀδυσεύς, de quo dixit eius auus, Huic nomen ſit Ὀδυσεύς, quoniam multi mihi ὠδύσαντο. (Locus autem ita habet Odyſſ. τ, Γαμβρὸς ἐμὸς, δύγατέρ τε, πόθεν δ' ἔσομ' ὄ, φίλ κεν ἔπειτα. Πολλοῖσιν γὰρ ἔγωγε ὀδυσσάμενος πόλ' ἱκάνω Ἀνδρῶν ἠδὲ γυναικῶν ἐπὶ χθόνα πολυβοτείρην. Τῷδ' Ὀδυσεὺς ὄνομ' ἔστω ἐπώνυμον) itidem verò Ἄρπη, tanquam ab ἁρπάσαι, id eſt ἁρπάσαι, perinde ac ſi quis dicat Ἀκταία πῆς γενέσθαι. quẽadmodum Δημάρατος Lacedæmonius ita nominatus fuit tanquam πολύδυκτος, vt diſcimus ex iis quæ ab Herodoto ſcribuntur. His autẽ & alia plurima poſſunt addi exempla ex hiſtoricis petita: ex quibus eſt quod à Plut. de Charilao narratur (in Lycurgo, pag. 74 mex editionis) Χαρίλαον αἰνόμασι δηλῶ τοὺς πάντας τῷ ἀεὶ χαρεῖς, ἀγαμβρίας αὐτῷ τὸ φρόντημα καὶ τὸν δικαιοσύνιον. Legitur porro apud Heſiodum itidem ὄνομα ἐπώνυμον, de Cyclopum appellatione ita ſcribentem, Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρα σφέων Κύκλοπος ὀφθαλμὸς ἔην εὐκύκλος μετώπῳ. quæ ita quidam interpr. Cyclopes nomine erant ducto ex eo quòd &c. Sed legitur & ἐπώνυμον ſine adiectione apud eundem: vbi ſcribit, — καὶ Πήγασος ἵππος· Τὼ μὲν ἐπώνυμον ἦν, ὅτ' ἄρ' Ὠκεανοῖο παρὲκ πηγὰς γενέσθην. Apud Homerum quoque ſine adiectione, Il. ι, Τὸν δὲ πάτ' ἐν μεγάροισι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ Ἀλκυόνῃ καλέεσκον ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρ' αὐτὴ Μήτηρ Ἀλκυόνος πολυπενθέος οἴ τον ἔχουσα Κλαῖ', ὄφρα μιν &c. vbi ipſemet poeta oſtẽdit quomodo nomẽ illud eſſet ei ἐπώνυμον. Poteſt tamẽ ἐπώνυμον hìc accipi non ſolùm pro ὄνομα ἐπώνυμον, ſed & aduerbialiter fortaſſe. Quod & Euſtathius ſenſiſſe videtur, quippe qui exponat κατ' εἰρωνυμίαν, ſeu κατὰ ἐμφέρειαν ἐνίκησε, item εἰρωνύμως.

Ἐπώνυμος τούτου, vel τούτῳ, Qui nomen ab hac re accepit, Qui ab hac re nomen traxit, ſeu nomẽ eſt adeptus, Denominatus ab hac re. Ariſtot. De mundo, ὁ καλὸς παῖς ἐπώνυμός ἐστι τοῦ κόσμου. Idem ibidem, πόσις ἐπώνυμος ὢν φύσεως καὶ τύχης. Philo De mundo, περὶ οὗ καὶ πόλις ἐπώνυμος τοῖς παθοῦσι Ῥήγιον κεκλῆσθαι συνέβη, nomine ducto ab illo euentu appellata eſt Rhegium. Iungitur & perſonæ genitiuo, ſeu datiuo. Herodot. ἐπώνυμον τοῦ καταφρονηθέντος καλέονται. vbi animaduerte ἐπώνυμοι καλέονται, ſicut ἐπώνυμος ὠνομάσθη in illo Philonis loco. Plut. in Romulo, pag. 69 mex editionis, αἱ μὲν ὑπὸ πολλὰς πόλεις ἐπώνυμοι βασιλέων καὶ ἡρώων παλαιῶν. Ibidem, οἱ Ῥωμύλου ἐπώνυμον τῆς πόλεως ἀποφαίνοντες. Pauſan. καὶ γυμνάσιόν ἐστιν ἐπώνυμον Ἀδριανοῦ. Idem, ἐπώνυμοι τῆς Ἀθήνης φυλῶν ἥρωες. Et apud Herodianum, οἱ ἥρωες ἐπώνυμοι. Affertur autem cum genitiuo & ὀν præpoſitione ex Dionyſio in poemate, de ſitu orbis. Apollonius pro genitiuo cũ præpoſitione, vſus eſt aduerbio de loco, Arg. 2, αἱ περὶ ἐπώνυμοι εἴδατα ἔασι. Exempla autem conſtructionis cũ datiuo: vt apud eũdem illum Dionyſ. ἐπώνυμοι αἰθρίῃσι. Nõnus, ἑορτὴ πανυμφίοις κλισίῃσιν ἐπώνυμος. At verò quũ dicit Sophocles ὄνομα ἐπώνυμον τοῖς κακοῖς, ἐπώνυμον ad proximè præcedentem ſignificationem (cuius ex Homero & Heſiodo exempla protuli) pertinere vidiſti. Sed & apud Bud. huius loci explicationem habes pag. 134. vbi etiam de ἐπώνυμος cum genitiuo agit. Oſtendit verò & metaphoricè vſum eſſe Plutarchum in Antonio, ita ſcribentem, βουλόμενος ἤδη ποτὲ τῆς ἀρχῆς ἐπώνυμον αὐτὸν ἀποδεῖξαι, καὶ μὴ πάντα τὰ Οὐεντιδίου κατορθώματα, Cupiens illud vnum ſaltem prælium ductu ſuo commiſſum eſſe videri atque inſtructum, ne omnia Ventidio tribuerentur in eo bello geſta.

Ἐπώνυμος autem τῆς ἀρχόντων dicitur ἄρχων, quòd ab eo annus in faſtis denotabatur, ἐπεὶ καὶ αὐτὸ ἑαυτοῦ ἐπώνυμος ἦν, vt Romæ à Conſulibus: & ab eius nomine alii ἄρχοντες in actis perſcribebantur: vt ſi dicerẽs, Metellum Celerem & Pompeium Rufum prætores fuiſſe conſulibus Ciceron & Antonio. hoc enim ἐπώνυμος ſignificat. Plut. in Demetr. Phaler. καὶ τὸν ἐπώνυμον & πρῶτον

ἄρχοντα καταπαύσαντες, &c. Herodian. lib.2, de calendis Ianuarijs loquens, ἀρχαί τε ἐπώνυμοι τότε πρῶτον τῷ ἔνδοξον καὶ σεμνὸν πορφύραν τε ἀναλαβεῖν. id est, Consulésque tum primùm insignem & annuam prætextam induunt. hoc est, τῷ ἀξιοπόρφυρον. Hæc Bud.pag.153.addens & locum Appiani. In illo certè Herodiani, Polit. ἐπώνυμοι ἀρχαί vertit Sūmi magistratus. Quod autē attinet ad illud ἄρχων ἐπώνυμος τῶν ἀρχόντων, additi huius genitiui exemplum desidero: ac existimo Budæum non tanquam à se vsquam inuentum protulisse, sed tanquā qui subaudiri debeat. Verùm & istud obseruādum hic est, ἐπώνυμος esse non qui nomen accipit, sed potius qui dat: alioqui enim dicendi forent vice versa ἄρχοντες ἐπώνυμοι τῶν ἀρχόντων. | Item ἐπώνυμοι ἥρωες decem, ita dicti quòd decem tribus ab his heroibus denominatæ sunt, quasi gentiles tribuum. Sed & horum εἰκότως vocitatæ sunt ἐπώνυμοι. Vide plura apud eundem Bud.pag.154.

Ἐπωνύμως, (q.d. Cognominaliter) Cognomento. Item Nomine ducto, seu sumpto. vt ἐπωνύμως τῇ χώρᾳ apud Dioscoridem, Nomine ducto à regione: lib.3, Σαντονικὸν καλοῦσιν, ἐπωνύμως τῇ ἡμετέρᾳ αὐτὴ Σαντονίδι χώρᾳ, Santonicam vocant, nomine tracto à regione quæ ipsum producit. vel breuius De nomine regionis &c. Redditur etiam, Gentili vocabulo Santonicum vocant, regionis in qua nascitur, cognomento.

Ἐπωνύμως, pro φερωνύμως, Nomine rei conueniente, seu congruente. vt quum scribit Eustathius, ὁ ῥήτωρ Δημοσθένης ἐκλήθη, ἐπὶ οἷόν τε τῷ Ἡλιαίων δήμου γέγονεν ὕστερον.

Ἐπωνυμία, ας, ἡ, Cognomen. Aristoph. in Pluto, ὡς αἰσχρόν ἐστιν ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν. Apud Apoll. Arg.2, αὐλιόν αὖτον ἐπωνυμίῃ καλέουσι. (à nominatiuo ΟΝΟΜΑ Ἐπωνυμίη) In v l. exponitur etiam Nomē, Appellatio.

Ἐπώνυμον vide in Παρωνύμιον.

C. Ἐπώνυμος, ον, ὁ & ἡ, q.d. Diuersum nomen habēs. Sed Ammonius ἐπώνυμα vocari scribit quæ in vno eodémque subiecto diuersum nomen habent, vt in scala ascensus & descensus. ἐπώνυμα (inquit) ἐστὶ τὰ αὐτὰ καὶ τὸ αὐτὸ ὑποκείμενον διαφόρους σχήματα, διαφόρου δὲ μετέχοντα ὀνόματος. οἷον ὅτι τῆς κλίμακος καὶ ἡ ἀνάβασις καὶ ἡ κατάβασις. Dicam de hoc adiectiuo ἐπώνυμος, & in substantiuo Ἐπωνυμία.

Ἐπωνύμως, Diuerso nomine. Eustathius sæpe ἐπωνύμως vocabulum aliquod vsurpari dicit, quod ἀναλόγως non vsurpatur. vt quum scribit à δεξιὸς non dici ἀναλόγως in fœminino genere δέξια, sed pro eo in vsu esse χάλως. Eius verba sunt, ἰστέον δὲ ὅτι τὸ συγγενικὸν θηλυκὸν τῷ δεξιῷ, (ὁ δηλοῖ τὸ εὐδραέδαφον) ἡ δέξια ἀναλόγως δηλαδὴ χάλως ἐπωνύμως φέρεται. Itidē alibi scribit, ἀφ' οὗ ἡ Κίλικι (φησὶν) εἰ τὸ Θήβης πεδίον οἰκεωῶτις. οὐχὶ Θηβαΐς αὐτὴ Ὅμηρος, ἀλλὰ Κίλικας φησὶν, ἐπωνύμως δηλαδὴ, ὡς καὶ ὅτι ἀμῶν ἐμοὶ ὠνὸν ὀνομάζεσθαι. Annotat idem grammaticus alio quodam loco, quāuis in vsu sit αἱ ἀπὸ Δαναοῦ, sicut αἱ ἀπὸ Θηβαίου; non tamen, sicut itidem dicitur Θηβαία γυνὴ, ita dici & Δαναὰ γυνή: sed pro Δαναΐς, ἐπωνύμως dici Δαναὰ (quod etiam obseruandū nobis est obiter) Iungit porro & datiuo hoc aduerbium, addens veteres pro eo dixisse ἐπωνύμῳς. vt videbis in Ἐπωνυμία.

Ἐπωνυμία, Diuersitas nominis. Item, Diuersitas nominis in eodem subiecto, sequendo expositionem vocabuli ἐπώνυμα ex Ammonio allatam. | At verò ἐπωνυμία, sequendo eam significationem quam apud Eustathium habere aduerbium ἐπωνύμως docui, est velut opposita analogiæ in quibusdam appellationibus, ac præsertim ὁ πᾶς ἰθυπᾶς. vt quum ita scribit idē Eustathius, καὶ ὅτι Ὅμηρος τὸν ὦ Δαναὸν Ἁλίαστον οἱ μέμνηται, δηλαδὴ τῷ ὁ Λιτυλία ὁμωνύμου κτήματος. ᾗ ἰδοὺ καὶ πάντα ἐπωνυμίας πρὸς ὑποδείγματα, ὅπερ πάντα μοι αὐτὰ Ἁλίαστον, Ὡλυμπίῳ πάτρα αὐτὰ, ἀπὸ Ἁλίαστου πατρωνυμικῶς. At verò pagina proximè præcedente, quæ est 303, ἐπωνυμίαν appellauerat ἐπώνυμον παρωνυμίαν. quum enim iuuisset nos obseruare, ab Homero τὸν Ἁλίαστον vocari etiam Ἔπιτον, ἐπωνύμως τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ὄντα, καὶ, ὡς φασί τινες παλαιοί, διὰ πρόθεσιν τῷ πίτνω, &c. addit hic etiam Abantes & alios quosdam habuisse ὁμοίαν ἐπωνύμων παρωνυμίαν. Vbi ἐπώνυμος est diuersitatem nominis habens, quæ est contra analogiam.

C. Εὐώνυμος, ου, ὁ & ἡ, Boni nominis, Bonum nomen habens, & faustum, seu auspicatum. In qua significatione opponitur τῷ δυσώνυμος, de quo antea dictum fuit. μοῖρα δὲ δυσώνυμος (inquit Eustath.) ἡ ἐκ διαστολῆς τῆς αἰσιωτέρας, ἣν ὡς ἂν Πίνδαρος εἴποι, δυσώνυμον. καθ' ὃν μειρησμὸς τοῦ ὁ Ἀγαμέμνων λέγεται, αἰτιᾶται τὴν δυσάρεστον. Apud Hesiodum autem in Theogonia, Γείνατο δ' Ἀστερίῃ εὐώνυμον, quidam celebrem interpretantur, alii læuam. cuius interpretationis rationem vide apud scholiastem. Apud Lucianum autem ineptus ille Lexiphanes (id est, qui ab eo inducitur ineptorum & inusitatorum seu ineptam affectationem habentium vocabulorum consarcinator) vocat λόγον εὐώνυμον, orationem bona nomina, id est vocabula, habentem: scribens, non procul ab initio, σκέψει δὲ μετ' ὀξυτέρας διαπραγματεύσομαι ὦ Λυκῖνε τὸν λόγον, εἰ δύσαρχός γε ὢν καὶ πολλῷ τῷ ἀλογίᾳ ὑποδυσκόλῳ, καὶ δύλεξις, ἢ δὲ εὐώνυμος.

Εὐώνυμος, significatione passim recepta, Sinister, Lævus. Vocari autem ait Eustath. εὐώνυμα per ἀφημισμὸν ea quæ sunt ἀριστερά, id est sinistra, quia illis bonum nomen obtigit, nimirum τὸ ἄειστον, ex quo deriuata est appellatio τοῦ ἀρίστου. Sed meritò quis Eustathio hic obiecerit, Quid si εὐώνυμον pro sinistro prius dixerūt Græci quàm ἀριστερόν; Antiquam certè vocem esse constat, quum ea vsus sit Thucydides, & ante eum Herodotus. Legimus enim εὐώνυμον κέρας apud illum: (vt alios omittam locos) apud hunc autem, ἐξ εὐωνύμου χεροὸς ἀπέργον. Vsi sunt postea & alii passim. Xen. ὑπερέφοντα τὰς πλευρὰς τὰς εὐωνύμους εἰς τὸ χεῖρον ἢ εὐώνυμον. Aristot. εἰς τὰ εὐώνυμα μικρὸν παρεκκλίνουσα. Plut. in lib. qui περὶ δικαιοσύνης inscriptus est, μηδέποτε τοῦ δεξιοῦ μέρους τὸν εὐώνυμον ὑπερβάλλειν.

Εὐώνυμος appellata fuit vna ex Æoli insulis quòd à læua sita sit iis qui ex Lipara in Siciliam nauigant: διὰ τὸ εὐώνυμος κεῖσθαι τοῖς ἐκ Λιπάρας εἰς Σικελίαν πλέουσιν, inquit Strabo.

Εὐώνυμος est etiam arbor Punicæ mali magnitudine, atque folio eiusdem, maiori quàm vincaperuinca, & vt Punica, tenero. flore albo, & violæ proximo, odore graui ac pestifero, folliculis sesami, in quibus acinus quadrangulus, solidus, pecori gustatu lethalis. Sunt qui ΚΑΜ αἰώνυμον vocent. Hæc Gorr. quæ ex variis collegit. Plin. quum lib.13, c.11 de myrice loquēs, hæc scripsisset, In Syria & in Ægypto copiosa hæc est, cuius infelicia ligna appellamus, quæ tamen infeliciora sunt Græciæ. Gignit enim arborem &c. Et in extremo capite, Materies est dura atque firma: qua in domum illata, difficiles partus fieri produnt, morteſque miseras: Quum (inquam) hæc ibi scripsisset Plinius, sequens caput ita orditur, Nec auspicatior in Lesbo insula arbor quæ vocatur εὐώνυμος, nō absimilis Punicæ arbori, inter eam & laurū folii magnitudine, figura vero & mollitia Punicæ, flore cādidiore, statim pestē denūtians. &c. Vbi quod dicitur Nec auspicatior, referendū ad illa præcedētis capitis verba. Planè autem existimo vocabulo vtentē illo, ad vim Græcæ appellationis alluisse. perinde ac si diceret, Nec magis est auspicata (quàm altera illa) quæ tamen εὐώνυμος, quasi auspicata, vocata fuit. Nam vt δυσώνυμος ostendi aptè reddi posse Inauspicatus, sic εὐώνυμος quin cōmodè reddi queat Auspicatus, minimè cuiquam dubium esse debet. Fuerit igitur εὐώνυμος dicta per antiphrasin, simúlque κατ' ἀντιφρασιν. Inauspicatam certè ac infelicem meritò posse dici, ex Theophrasti quoque verbis apparet, scribēte florem eius εἶναι δυσώνυμον ὡς πρὸς φόνου. Quibus verbis reliquam hanc descriptionis partem adiungit, ὁ δὲ καρπὸς ὑποφαῖος τῷ μορφῷ μὲν τοῦ κυάμου, τοῦ τῆς αὐτόμου λεβηλίου ἐνδοθεν ἔχοντι, πλέων δὲ διπλασίων κατὰ τὴν περιοχήν. τὸν ἐνδοθεν ὑπὸ τὸν φλοιὸν ἔχοντα, λεπτὸν ὄντα, καὶ τὸν φλοιὸν ᾗ ὁ καρπὸς, καὶ μᾶλλον τοῦ αἵματος, ἐὰν μὴ καθήρωσι τύχῃ. καθαίρονται δὲ αὐτῷ. Ex quibus hæc Plinius, (quæ subiungit verbis quæ modò protuli) Fert siliquas sesami similes, intus granum quadrangula figura, spissum, lethale animantibus, necnon & in folio eadem vis. Succurrit a-

liquando præceps alui exinanitio. Hæc ille. Sūt qui putent esse quam vulgo appellamus *Defaisin*.

C. Ἱερώνυμος, ου, ὁ & ἡ, (q.d. Sacrinominis) Cui sacrū est nomen. Luc. in Lexiph. vel potius Lexiphanes apud Luc. ἴσχνημα ἱπάρχοντας ὅπ ὠνόμαζεν αὐτὸς· καὶ ὦπαι, οἶδ' εἰδὼς ὅπ ἐξ ἱερῶν ὠνόσθησαν, αἰσώνυμοί πι εἶσιν, ἢ οὐκάπ ὀνόμασαι, ὡς ἂν ἱερώνυμοι ἤδη γεγενημένοι. Quod vocabulum ex iis esse videtur quæ Luciano displicuerūt. At pro nomine proprio & apud eundem & apud alios reperitur.

C. Καλλώνυμος, ου, ὁ & ἡ, q.d. Pulchrinominis. id est Pulchrum nomen habens. Sed piscis est nomen apud Aristotelem. Hesychius quoque nomen piscis esse testatur: sed quosdam ad appellationem pudendi virilis itémque muliebris transtulisse.

C. Κυβώνυμος, ν, ὁ & ἡ, Nomen habens occultandum, seu quod occultari debet, & obliuioni mandari. Et generalius pro Infamis. Vide Hesychium.

C. Μεγαλώνυμος, ν, ὁ & ἡ, q.d. Magninominis, si modò cōpositè Magninominis dicere liceret, vt Binominis. Accipitur autem ὄνομα in hoc composito pro celebritate, sicut & nomen à Latinis sæpe accipi scimus. Fuerit igitur μεγαλώνυμος, Nominatissimus, Celeberrimus. nam & Hes. μεγαλώνυμον exponit μεγαλόδοξον. Vtitur hoc Aristoph. tanquam grandiloquentiam affectans, quum dicit, καὶ μεγαλώνυμον ὑμᾶς ἐκεῖνον πατὴρ ἀφῆκα. Est & nomen proprium apud Luc. in Lexiph.

C. Μυριώνυμος, ου, ὁ & ἡ, Infinita nomina habens. Ex Plut. affertur pro epitheto Isidis.

C. Ὁμώνυμος, ου, ὁ & ἡ, Idem nomen habens, Cognominis. (licet Festus cognomines esse dicat qui eiusdē sunt cognominis) Quidam interpr. & Gentiles, ex Cicerone: qui tamen non dixit Gentiles apud Platonē, sed Quasi gentiles: vt videbis pag. 31 mei Cic. lexici. Dicitur autem & ὁμώνυμός τινος, & ὁμώνυμός τινι. Isocr. in Euagora, Σαλαμῖνα κατῴκησεν ὁμώνυμος τῇ πρώτῃ αὐτοῦ παιδὸς οὔσῃ. Sic Plut. in Themist. ὡς τὸν ὁμώνυμον τῷ Διὶ βασίλεα. Cum dativo autem cum apud alios, tum apud Herodianum, aliquot locis.

Ὁμώνυμοι λέξεις, Vocabula quæ nomina habent eiusdem significationis, Idem significantia vocabula.

Apud Arist. τὰ ὁμώνυμα, Idem nomen habentia, seu commune, Quibus idem nomen obtigit. Dicitur verò & vox aliqua esse ὁμώνυμος, qua duæ res aut plures significantur. vulgò Æquiuocum vocabulum vocant. Vide Συνώνυμος.

Ὁμωνύμως, (q.d. Cognominiter) Eodem nomine, vel, Vno & eodem nomine, seu Communi nomine. Arist. Ethic. 5. cap. 1, οἷον ὅπ καλεῖπαι κλεὶς ὁμωνύμως ἥ πι ὑπὸ τὸν ἀνχένα πλήσιον, ἢ ἣ ταῖς θύραις κλείουσιν. Dixerat autem paulo antè, ἔοικε δὲ πολιτικὸν λέγεσθαι ἡ δικαιοπρᾶξις καὶ ἡ ἀδικία, ἀλλὰ δίχα τὸ συνάγγις ἢ πλὴν ὁμωνυμίαν αὐτῆς, λαμβάνειν. In v. l. red. litur Æquiuocè, item Æquiuoca nominis communione, ex Gaza.

Ὁμωνυμία, (q.d. Cognominitas. ita enim potius dicendum esset, si à Cognominis fingere substantiuum liceret, quàm Cognominatio, vt habent v. l.) Nominis communitas. vt in loco Arist. quem modò protuli in Ὁμωνύμως.

Ὁμωνυμέω, ῶ, Cognominis sum, Idem mihi nomē est. Et ὁμωνυμεῖν, Cognominē esse, vel cognomines. Athen. Λαμπρομελὴς δὲ καὶ ῥητῶς τὰς πλειάδας φησὶν ὁμωνυμεῖν ἢ συνεστάναι. Porphyrius hoc vocat κοπωνεῖν καὶ πώνυμα.

C. Παρώνυμος, ου, ὁ & ἡ, Denominatiuus, seu q.d. Denominatitius. Ab alio vocabulo denominationem habens. Exponitur etiam Denominatione similis: de qua expositione dicam in Παρωνύμως. Apud Aristotelē sunt. παρώνυμα, vt γραμματικὸς à nomine γραμματική, & ἀνδρεῖος à nomine ἀνδρεία. Dicuntur certè παρώνυμα quæcunque ab aliis deriuata sunt, quæ & ἐπώνυμα, atque adeo ipsa etiam propria nomina quæcunque deriuata sunt ab alio quopiā nomine, quod est appellatiuū. vt quum dicitur nomen hoc Πλάτων esse παρώνυμον à πλατύς: & Φίλων, à φίλος: & Θρᾴττων, à Θρᾷξ. itidémque alia quamplurima. Vide Παρωνύμως, item Παρωνύμων.

Παρωνύμως, q.d. Denominatiuè, seu Denominatitiè. Plut. in Quæst. Rom. Πυθαγορικοὶ ἐκέλευον μὴ κύνας ἀφωνοῦντας ἀπὸ τῆς λαγωβολίας αἰτίας· τὸν δὲ λάθυρον ἢ τὸν ἐρίζηλον ὡς παρωνύμως τὸ ἐρίζειν ἢ τὴν λήθην. vbi vel deest aliquod participium, nimirum καλοῦντας, aut aliud huiusmodi, vel scribēdum παρωνύμως, vt ex vet. cod. habet mea editio.

Παρωνυμία, Appellatio denominatiuè facta, & q.d. deriuatiuè. vt si dicas vocem illam ἐρίζηλος esse παρωνυμίαν ἀπὸ τῆς ἐρίζειν. At verò Aquilæ Romano παρωνυμία est quæ aliis παρονομασία. Dicit autem esse leuem imitationem. vbi repono Immutationem. addit enim, Hæc figura ita ornat orationem, vt in nomine aut in verbo interdum syllaba, nonnunquam litera immutata, diuersa significet. vt si velis sic enuntiare, Prætor iste, vel potius prædo sociorum. Vide ibi & aliud exemplum.

Παρώνυμος, ν, ὁ & ἡ, Denominatione similis. inquit Bud. afferens ex Plat. De leg. lib. 6, αἰσχρὸν γὰρ μᾶλλον καὶ ὦπιες παρωνυμίους ποιεῖ χρῆσθαι πόλιν ἅπασαν. vbi παρώνυμα vocari ait vel vocabula denominatione similia, vel Denominationes. At in v. l. ex eo affertur in libris De leg. (non addendo quoto libro) παρώνυμος pro Denominatione similis: sed falsò fortasse pro hoc παρωνύμως.

Παρώνυμον, Cognomen. ἐπώνυμον. Chrysippus apud Athenæum lib. 13. τὴν ὦπα ὦπιν προσκεφάλαιον, παρώνυμον ἔχον κόρσην. quem locum afferens Eustathius, legit προσκεφάλαιον. vbi annotatione etiam dignum censuit παρώνυμον pro ὄπισθιον positū. Ideó autē annotauit quòd reuera sit rarum. sed inuenitur tamen & apud Plut. nō vno in loco. Legimus enim in Fabio, παρώνυμος στρατηγός. In Numa autem, ἀπὸ δὲ Μαμίλιου Μαμιλίας οἷς δόξαι τοῦτο καὶ Ῥωμύλον γήμασθαι παρώνυμον ἐκ τῆς βασιλείας. Faciūt autem hi loci vt suspicer apud eum in lib. De sera numinis vindicta, pro παρωνύμῳ reponendum παρωνυμίᾳ. vbi scribit, παρωνύμῳ χρυσώματος αὐτὴ τῷ ὀνόματος. Accipi autem ibi siue παρώνυμον siue παρωνύμως pro cognomine, manifestum est, quum pro eodem subiungat ἐπωνύμως. Quid si verò dicamus hic superesse, vt ibi contra deesse? ita enim legitur, ἐκαλεῖτο Καλλιόπης, ὡς ἔστιν εὑρεῖν αὐτῷ Κόρακι ἐπώνυμον. Vsus certè huius NOMINIS Ἐπώνυμον nullum exemplum inuenio: vnde fit vt lubenter ex hoc in alterum transferam, nimirum vt hic ἐπώνυμον, ita illic παρωνυμίᾳ legens.

Παρωνυμίζω vel Παρανυμάζω, Denomino. Pro qua significatione Bud. affert παρωνυμίζω ex Aristotele: παρωνυμοίζω autem ex Themistio, scribente, οὐ γὰρ αἱ δραχμαὶ τὸν χαλκὸν, καὶ κλίνω, ξύλον· ἀλλὰ παρωνυμάζοντες, τὸ μὲν, χαλκοῦν, τὸ δὲ, ξυλίνιον. id est: vtentes vocabulis quæ deriuata sunt à χαλκὸς & à ξύλον, vocamus χαλκοῦν & ξυλίνιον.

C. Πολυώνυμος, ν, ὁ & ἡ, (q.d. Multinominis) Multa nomina habens. Vtitur hac voce πολυώνυμος is qui nunc extat Orpheus. item Hesiodus: qui dicitur itidem appellasse ὕδωρ πολυώνυμον, à colorū varietate. Exponitur verò & ἔνδοξος, τίμιος, id est Celebris, Honoratus. Vide alia apud Hesych. de cuius verbis dicam & in Πολυωνυμία.

Πολυώνυμα vocata fuerunt & ea quæ alii dixerunt συνώνυμα. Vide Eustath. pag. 8.

Πολυωνυμία, ας, ἡ, Multitudo nominum. Callim. hymno in Dianam, circa principium, Δός μοι παρθενίλῳ αἰῶνον ἅπαν φυλάσσειν, Καὶ πολυωνυμίαν. ἵνα μή μοι Φοῖβος ἐρίζῃ. Vbi habes πολυωνυμίαν Ionicè pro πολυωνυμίαν. Explicatur autem hic locus (vt de hoc obiter lectorem moneam) verbis Hesychii, qui postquam dixit μονάδα vocari solitam πολυώνυμον, addit esse Apollinis epithetum. Perinde enim est acsi diceret Diana, Fac sim æquè πολυώνυμος atque Apollo, aut magis etiam: adeo vt polyonymia certare mecum non possit. Item Celebritas, Gloria. vt πολυώνυμος exponitur ἔνδοξος.

Πολυωνυμία interdum pro συνωνυμία, sicut πολυώνυμα dixi appellata quæ & συνώνυμα. Vide Eustath. p. 4.

C. Προώνυμος, Nomen habens antea. In v. l. exponitur Prænominatus, vbi affertur hic Nonni versus, Ὕδωρ πολυώνυμον ὃν πιον πομπῆς.

C. Συνώνυμος, ν, ὁ & ἡ, vt συνώνυμος λέξις. Nomen seu vocabulum commune cum alio significationem habens. Vocabulum cum alio significatione cōueniens. Nam συνώνυμα vocabula sunt hæc, (quæ & πολυώνυμα voca-

ta tradit Eustathius) βροτὸς, μέροψ, πολυφάρμακος: itidem, ξίφος, ἄορ, ἀκωκή, σίδηρος: sic ἔγχος, ἔγχεος, χάλκεος ὀργή. Apud Theophr. Hist.pl.libro 9, συνώνυμα redditur à Gaza Nominis consortes. Apud Aristot. legitur sing.num. συνώνυμος Ethic.5, cap.2, ὥστε φανερὸν ὅτι δίκαί τις ἀδικία ἔσται πρὸς τὸν ἄλλον ἀλλ' οὐ μόνον συνώνυμος. vbi quidam ex vet.interpr. reddiderunt Vmnoca, quum potuissent & Latinius & apertius reddere, Eodem nomine appellata, vel communi. Aut, Cōmunionem nominis habens. Sic autē differre traduntur συνώνυμα & ὁμώνυμα: vt συνώνυμα quidem sint, idem significātia nomina, vt ea quæ paulo antè protulit (cuiusmodi apud Latinos, Ensis, Gladius, Mucro) at ὁμώνυμα non eiusdem significationis, sed idem nomen habentia: vt homo pictus & homo viuus hominis voce ὁμωνύμως cōprehendūtur. Martianus Capella, (si quæ eius esse debet autoritas) Æquinocū dixit αἰπὸ τοῦ ὁμωνύμου: scribens Æquinocum esse quando multarum rerum vnum est nomen, sed non eadem definitio: vt leo. Nam quantum ad nomen attinet (inquit) verus & pictus & cælestis, leo dicitur: quantum ad definitionem, aliter verus definitur, aliter pictus, & aliter cælestis. (Sic autem & Eustath. postquam dixit, βοῦς γὰρ ὁ ἔμψυχος ὁ τετράπους ἰκανῶς: καὶ κύων δηλονότι ὁ χερσαῖος: ἐπὶ δὲ ἀστερισμοῦ ἄλλος βοὸς, καὶ ὁ ἔντομος κύων, ὕστερος ἀπὸ ὁμοιότητός τινος πρὸς τοὺς πεζούς ἐλαχεν κλῆσις: subiungit, τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὅτι ἐπίκοινον μυρίων ὁμωνύμως λέγεται. καὶ πῶς ὅταν ὁ τῷ ὁμωνυμίᾳ συναδόντι ἢ σύζυγον ἤθροισεν) At αἰπὸ τοῦ συνωνύμου dixit plurinocum, scribit esse enim plurinocum, quādo multis nominibus vna res dicitur, vt gladius. nam & ensis (inquit) & mucro idem significant. Cuius verba ideo etiam profero, quòd in v.l. falsò annotetur eum ὁμώνυμα vocare pluriuoca. At verò Aristoteles συνώνυμα esse dicit, ὧν τὸ ὄνομα κοινὸν, καὶ ὁ κατὰ τοῦτο λόγος τῆς οὐσίας ὁ αὐτός: οἷον, ζῷον, ὅ, τε ἄνθρωπος καὶ ὁ βοῦς. ταῦτα γὰρ ἐκάτερον κατὰ ὄνομα κοινὸν ἐστὶ, καὶ ὁ κατὰ τοῦτο λόγος τῆς οὐσίας ὁ αὐτός.

Συνώνυμος, Communi seu eadem diuersorum vocabulorū significatione. Vel, Vocabulis inter se significatione conuenientibus. vt quum dicuntur aliqua vocabula pro eodem poni συνωνύμως. Plut. λέγεται δὲ συνώνυμος ἀὴρ καὶ πνεῦμα, Duo hæc nomina significatione conueniunt.

Συνωνυμία, Nominis communio. Vel potius, Nominis cum alio communio in significatione, vel Nominum inter se communio. Vel, Diuersa vocabula idem significantia. Rom. Aquila inter schemata orationis συνωνυμίαν numerans, Synonymia (inquit) communio nominis. Vtimur autem eo genere eloquutionis quoties vno verbo non satis videmur dignitatem aut magnitudinem rei demonstrare: ideóque in eiusdem significationem plura conferuntur. vt si dicas, Prostrauit, afflixit, perculit.

Συνωνυμία dialecticis, quum pluribus eadem definitio conuenit: vt hominis definitio, Socrati, Platoni, ac cæteris. Vel, Quum eidem & nomen & nominis definitio rectè tribuitur: vt homini animantis. Alioqui est ὁμωνυμία. vt pictus Mercurius, seu Mercurii simulachrū habet quidem idem nomen, sed cui definitio non conuenit. v.l. Vide paulo antè συνώνυμα ex Aristotele.

Συνωνυμέω, ῶ, pro συνώνυμός εἰμι, seu συνώνυμον. vt quum dicunt grammatici συνωνυμεῖ τὸ ἄνθρωπος τῷ ἀνθρώπῳ, Nomen hoc ἄνθρωπος cum nomine ἀνθρώπου conuenit significatione. Et συνωνυμεῖν pro συνώνυμον vel συνώνυμα εἶναι. HINC Συνωνυμάντας, idem quod συνωνύμως, Communi seu eadem diuersorum vocabulorum significatione, Vocabulis inter se significatione conuenientibus.

C. Τεώνυμος, υ, ὁ & ἡ, q.d. Trinominis, (sicut δίωνυμος dicitur qui Latinè Binominis) VNDE Τεωνυμία, (q.d. Trinominitas) Tria nomina. Eustath. pag.353, quum dixisset, ἦτοι οὖν ὁ ἀλέγων, ὅτι οὐ μόνον Ζωπύρου οἱ τῷ Παιονίδου, ἀλλὰ καὶ Τρώες ἤδη δὲ καὶ Λύκιοι, subiungit, τεωνυμία δὲ ἐνταῦθα καὶ οὕτως, ὡς καὶ ὅτι τὸν Μυρμιδόνων ἡγεμόνα.

C. Θεώνυμος, ου, ὁ & ἡ, q.d. Ferens nomen suum. id est Ferēs veritatem nominis sui. (vt familiarem afferam expositionem & quæ omnino sit ad verbum) Id est, Cui verum est nomen, seu Qui verè est talis qualem nomē testatur. (cui contrarium est ψευδώνυμος) Potest etiam

exponi Suo respōdens nomini, item Ex re nomen habens. (vt Ouidius de anu dixit quæ vt δίφας vocabatur, sic verè semper erat δίφαλέη) Theodoret[9] Hist.eccles. lib.2, πλὴν ὁ Ἱεροσολύμεις δὲ θεωνύμοις ἀρετῆς Μακαρίοις ὀπτεύθη, φερώνυμος αὐτῷ, καὶ παντοδαπῆς κεκοσμημένος ἀγαθοῖς. id est, (inquit Bud.) Moribus nominis sui vim significarumque referens, & appositè sic huncupatus, quasi nomen eius, ad exitum eius omen fuerit. Idem lib.5, Πραΰλος πλὴν τῆς ὀνομασίας ἔσπευδε πολιτείαν, αὐτῇ τῷ ὄντι φερώνυμος. i. Qui vt πραΰλος vocatur, ita est re vera πρᾷος, id est Mitis & clemens. Sonat autem πραΰλος q.d. Clementulus. Et φερώνυμον ὄνομα quod Homerus & Hesiodus appellarunt ἐπώνυμον, vt multis suprà docui.

Φερώνυμος, Nomine verè ipsi rei respondente, Nomine rei congruo. Item φερωνύμως προσαγορεύειν, A similitudine congrua, rectè appellare: sequendo Budæi interpretationem, qui hæc verba Aristot. De mūdo, ὡσπερ γὰρ φερωνύμως αὐ κορυφαῖον προσαγορεύθη τοῦτο, ita vertit, Quē à similitudine sanè congrua κορυφαῖον mundi rectè appellaueris.

Φερωνυμία, Nominis conuenientia cum re, Nominis congruentia. Eustath. pag.776, διὸ καὶ πλὴν Λιλαιώτιδι ὁ πεντὴς ἐπώνυμον οὕτω καλεῖσθαι φησὶν, ἤγουν ἵνα ᾖ φερωνυμίαν, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, κατὰ ἐμφέρειαν ὀνόματος.

C. Ψευδώνυμος, υ, ὁ & ἡ, Mēdax nomine, (vt dixit Ouid. Mēdax cognomine) Nomen suum mentiens, Non respondens suo nomini, seu Nomen habens rei non respondens. Opponitur enim τῷ φερώνυμος, vt modò dixi. Æschylus in Prometh. vincto, pag.44 meæ editionis, Ἥξεις δ' ὑδρηλὸν παλαιὸν ψευδώνυμον. vbi schol. annotat hoc dici de fluuio cui Ἄραξις nomen est, impositum ei ἀπὸ τοῦ ἀράσσειν, à magno videlicet vndarum fragore. & quoniam ὦ ὀνόματι ἡ Ἄραξις σωφρόνως ἔδοξε, vocasse eū ψευδώνυμον. perinde ac si dixisset, Qui non immeritò vocatur Araxis.

Ψευδωνύμως, Mēdaci nomine, Falso nomine, Nomine rei non cōueniente. Æschyl. in Prom. vincto, pag.10 meæ editionis, Ψευδωνύμως σε δαίμονες Προμηθέα Καλοῦσιν. αὐτὸν γὰρ σε δεῖ προμηθέως Ὅτῳ τρόπῳ τις δυσμαθείᾳ τύχῃς.

Compositæ in ωνυμια desinentia, non præcedentibus adiectiuis in ωνυμος.

Ἀντωνυμία, ας, ἡ, Pronomen, Pars illa orationis quæ pro nomine ponitur. Extat passim apud grammaticos, & quidem cum alios, tum Eustathium: apud quem habes & αἰτωνυμία προσώπου, & κτητική, item αἰαφορική: necnon συνδετικὴ. Vide & suprà in Ἀντονομασία quædam eius verba de vsu αἰτωνυμίας.

Ἀντωνυμικὸς, ὴ, ὸν, q.d. Pronominalis, Ad pronomen pertinens. ITEM Ἀντωνυμικῶς (q.d. Pronominaliter) Habendo vsum pronominis, seu Obtinendo locū pronominis. Repetitur autem & nomen illud & hoc aduerbium apud grammaticos.

C. Μετωνυμία, ας, ἡ, Transnominatio. (si tamen formam vocis respiciamus, μετονομασία quidem est Transnominatio: at μετωνυμία sonat q.d. Transnominitas) A Fabio exponitur Nominis pro nomine positio. Cuius vis est (inquit) pro eo quod dicitur, causam propter quam dicitur, ponere. Sed vt ait Cicero, ἐπαναγλῶ rhetores dicunt. Hæc inuenta ab inuentore, & subiecta ab obtinētibus significat. vt Cererem corruptam vndis. &, Receptus terra Neptunus classes aquilonibus arcet. Vide plura ibidem. Is autē Ciceronis locus cuius hic meminit, habetur in oratore ad Brutum, vbi scribit, Mutata [verba, ea dico] in quib[9] pro verbo proprio subiicitur aliud quod idem significet, sumptum ex re aliqua consequenti. Quod quanquam transferendo fit, tamen alio modo transtulit quum dixit Ennius, — arce & vrbe orba sum: alio modo, si pro patria arcem & vrbē dixisset. Et, horridam Africam terribili tremere tumultu, quū dicit, pro Afris immutat Africā. Hanc, ἐπαναγλῶ rhetores dicūt, quia quasi summutātur verba pro verbis, μετωνυμίαν grāmatici vocāt quòd nomina trāsferantur. Eustathius ait in eo quod Homerus dicit Πανδαρίου κούρην, (id est Pandarei filiam) αἰτὶ τῆς ἀνδίνος (id est pro latinia) esse κατ' ἔξοχην μετωνυμίας vel μετωλένης. quem apud Pindarum esse frequentem, quippe

multorũ locorum mentionem faciẽtem qui ab heroidibus nomen acceperunt, de locis illis tãquam de personis loquatur. At Fabius non in illo libro ex quo verba quædam protuli, sed lib.9, cap.3, alium quendam vsum μετωνυμίας affert, quem apud eum vide.

Μετωνυμικός, ή, όν, Metonymicus, Ad metonymiam pertinens, vel Metonymiam habens, Per metonymiam positus. ITEM Μετωνυμικῶς, Metonymicè, Per metonymiam, Vtendo metonymia. vt μετωνυμικῶς δὲ πᾶν τὸ λέγεται.

De compositis in υμιος seu υμιον desinentibus.

In υμιος & υμιον desinentia composita sunt Παρωνύμιος & Παρωνύμιον, item Ἐπωνύμιον: sed de illorum quidem scriptura constat, at hæc suspecta est, vt in Παρωνύμιος docui, quod vide post Παρώνυμος.

ΟΝΟΣ, ου, ὁ, Asinus. Il. λ, Ὡς δ' ὅτ' ὄνος παρ' ἀρούρας ἰὼν ἐτίναξε παῖδας Νωθὴς, ὃς δὴ πολλὰ παρὲξ ῥόπαλ' αἰμασιὴς ἔαγεν. Vbi νωθὴς ὄνος qui Virgilio Tardus asellus, Ouidio Lentè gradiens asellus. Xen. Pæd.7, de Phœnicibus, πεζὸν ὄντα τὸν πολὺν βαρος τῶν κυρτῶν ταῦς, ὥσπερ οἱ ὄνοι οἱ καθήλιοι, asini clitellarii. Idem Pæd.1, ὄνοι ἄχθοι. contrà Plut. Alex. ὄνος ἥμερος. Athen. lib.5, ὄνων ἴλαι πίνω. Et lib. 10, ὅπου ὄνων ἅρματα κομιζόντων. At de ὄνου γνάθος, ὄνος πόκας, ὄνου σκιά: itẽ de ὄνος αἰτιώτιος, ὄνος ἄχθος μυσήεντα, vide Hesych. Vide & alia apud Suid. & Erasm. in Chil. Apud Nicandr. autẽ in Ther. ὄνος πτόλιος origani species quædam est, quasi ὀνόφυλλον, vt schol. tradit, Σκληρὸν καὶ ὄνος πτόλεος ὀρείχαλκον. Ὄνοι dicuntur etiam stellæ duæ iuxta φάτνην, id est præsepe, collocatæ, non lõgè à cancro, vt docet Proclus. Latini Asellos & Asinos nominãt. Plin. lib.18, cap.vlt. Sunt in signo cancri duæ stellæ paruæ, asselli appellatæ, exiguum inter illas spatium obtinente nubecula quam præsepia appellant. Festus Auienus, in cãcro, — qua duro concaua dorso Tegmina curuantur, geminus micat ardor in auras: Hos dixere asinos, ortos Thesprotide terra. Et mox, — hos itidem qualis præsepibus esse Forma solet, dispar chelarum forma coruscat. Vide plura de his asinis in comment. Germanici Cæsaris Phœnomenis addito.

Ὄνος sive Ὀνίσκος, piscis etiam nomen est. Ath. libro 3 ex Dorione, de piscibus quibusdam loquens quibus plura tribuuntur nomina, & speciatim de χαλκάρη, Καὶ γὰρ ἡ τοῦτον, ἵνα ὄντα ἰχθύα, πολλῶν ὀνομασιῶν τυγχάνει. καλεῖσθαι γὰρ καὶ βάκχον καὶ ὀνίσκον καὶ χαμαρίω. Sic Eustath. pag. 862, ὄνος, ἰχθὺς ποιὸς, ὁ καὶ ὀνίσκος & βάκχος. Apud eundem tamen Athen. libro 7, idem Dorion χαμαρίω sive χαμαείτη, speciem facit ὀνίσκου. nam de fluuiatili muræna loquens, ait, ἔχει μίαν ἄκανθαν ὁμοίαν τῷ ὀνίσκῳ τῷ καλουμένῳ χαμαρίᾳ. Sic Plin. lib.9, cap.17, Asellorum duo genera: callariæ minores, & bacchi, qui nõ nisi in alto capiuntur, ideóq; prælati prioribus. De lapillis autem quos ὄνος piscis in capite habet, lege quæ Athen. lib.7 ex Aristot. refert, & quæ Plin. lib.32, c.10. Sed notãdum Dorionem discrimen statuere inter ὄνον & ὀνίσκον, vt Athen. docet loco citato, hæc ex eo verba proferẽs, ὄνος, ὃν καλοῦσί τινες χάδον γαμπρίδας, ὃν καλοῦσί τινες ὀνίσκον τε καὶ μάξενον. alii tamen nullum ponunt, vt Euthydemus ibidem, de ὄνῳ loquens, οἱ μὲν βάκχον καλοῦσιν, οἱ δὲ χαλκαρίω, οἱ δὲ ὀνίσκον. & Archestratus, τὸν ὄνον, τὴν χαμαείαν καλέων. Quod verò attinet ad χαμαρίς, χαλκαείας, χαμαείας, & γαμπρίδας, eiusdem piscis nomen sunt, scripturam tantùm differentẽ habens. Vide & Ælian. Ὀνίσκοι Eustathio sunt εἴδος τι σκαρῶν, vt in Ὀνίας videbis. Est Ὄνος præterea genus quoddam locustæ, cui etiam nomen ἀσίφηνος. Dioscor. libro 2, capite 57, ἡ δὲ λεγομένη ἀκρὶς, ἀσίφηνος, ἣν ὄνος, ἄπληρός ἐστι καὶ μεγαλόκηφαλος.

C. Αἰπμάτωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Oppositã frontem habens. Xen. de decùrsu militari (id est) ἐκ αἰπματώπου loquẽs, ἔστιν γὰρ τῆς ἴσης τὸ, ἢ αἰπματώπους ἐκπλαύειν ἀπήλοις, χορτὸν, ἢ ἀπλατεῖς &c. Item naues αἰπμάτωποι, quarum frontes inter se sunt oppositæ. Et αἰπμάτωπος, suarum nauium frontes aliis oppositas habens. Xenoph. Hell. 4, ἀλλ' αἰπμάτωπος συνέρραξε τῇ πολεμίᾳ. vbi Cam. Aciẽ obuertit Thebanis. Dicitur autem μέτωπον metaphoricè de nauibus, vt frons à Latinis. de qua significatione admonui & suprà.

C. Εὐρυμέτωπος, ου, ὁ & ἡ, Latam frontem habens. vt βοῦς εὐρυμετώπους dixit Hesiodus in Theogonia, — ὅν ῥ' βόες ἦλασαν εὐρυμετώπους. Sic autem & Latinus quidã poeta dixit de boue Spatiosa cornua fronte, ad hoc epithetũ (vt suspicor) alludens. Sed homo quoque dicetur εὐρυμέτωπος, qui alio nomine μετωπίας. Pollux, εὐρυμέτωπος, ὁ καὶ μετωπίας, ὡς Ἀλκιβιάδης. Est autem εὐρυμέτωπος, Iouis etiam epithetum.

C. Ἰσομέτωπος, ου, ὁ & ἡ, Parem frontem habens, de acie dictum. Apud Xenoph. Hellen. 4, ἰσομέτωποι exæquata fronte. Cam.

Μετωπηδὸν, aduerb. Aduersa fronte. seu Aduersis frontibus. (Quidam verò & Aduersis rostris, pro eodem) vt Thucyd. lib. 2, ἀπὸ σημείου εἰὸς ἄφνω ὑπερέβαλλε τὰς ναῦς, μετωπηδὸν ἔπλεον, Aduersa fronte nauigabant. Vbi scholiast. scribit μετωπηδὸν πλεῖν, esse κατ' ἀλλήλους πλέειν

quòd prora vocetur μέτωπον. fuerit igitur μετωπηδὸν ἔπλεον, proras obuertebant hostibus. Vulgo autem redditur, Naues dirigebant, propter illam expositionẽ scholiastæ, dicentis esse κατ' ἀλλήλους ἔπλεον. Affertur autem in v.l. & ex Herodoto, μετωπηδὸν βρέψαντες pro In frontem dirigentes. Sed suspicor scribẽdum ῥρέψαντες, & dici μετωπηδὸν ῥρέψαντες, vt à Thucydide ὀπισρέψαντες τὰς ναῦς μετωπηδὸν ἔπλεον. Quid si verò dicamus μετωπηδὸν in illo quoque Thucydidis loco cum ὀπισρέψαντες iungi? Cæterùm legitur & κῦ μέτωπον pro μετωπηδὸν. Itidem autem frontes nauibus tribuit Maro, scribens, — iunctisque feruntur Frontibus.

Μετωπίας, ου, ὁ, Fronto, Cui frons est lata, vt dicitur fuisse Alcibiadi. Vide Εὐρυμέτωπος.

Μετώπιον, ου, τὸ, idem quod μέτωπον, Frõs: vel μεσόφρυον. (vtriusque significationis meminit & Pollux) id est Interstitium inter supercilia. Vtroque enim modo exponitur in isto loco Homeri, Il. λ, Τὸν δ' ἰθὺς μεμαῶτα μετώπιον οἴξεν ἀκωκὴ Νύξ', οὐδὲ στεφάνη. &c. Sic & Il. π, — βάλε δ' Ἕκτορος ἰθὺς ἰόντα Κίρκης ἰλλὸν ὀδόντα, τό ῥ' ἀγκλὴς Πριάμοιο, ἔπιπτε δὲ ἴλλ' ἐχόντα, μετώπιον ἐξεκάλυπτε. quibus subiungit Ἀμφοτέρας δ' ὀφρῦς σπιλάδι λίθῳ. Vult autem Eustathius, μετώπιον, si accipiatur pro μέτωπον, esse dictum eadem forma qua ἐσώπιον: vel esse derivatum à μέτωπον, sicut ἴχιον ab ἶχος: nequaquam autem esse diminutiuum. Affertur autem μετώπιον pro μέτωπον & ex Hippocrate in libro De supertæt.

Μετώπιον à nonnullis dictum fuit galbanum, teste Dioscoride. Eodem nomine vocatum fuit & vnguenti quoddam genus in Ægypto, quod Hippocrates Αἰγύπτιον μύρον appellauit, vt scribit Galenus in explicatione vocum Hippocratis. atque sic appellatur propter galbani mistionem. Nam lignum (inquit) in quo galbanum enascitur, μετώπιον vocant. Est igitur μετώπιον tum arboris, tum succi ex ea manantis nomen. Hæc Gorr. Annotatur autem ex eodem Dioscoride μετώπιον pro quodam oleo ex amaris nucibus confecto, cui adhibebatur galbanum. AT VERO Ὑπερμετώπιον Cam. existimat posse verti Frontale.

Μετωπὶς, ίδος, ἡ, Fascia qua deuinciebatur frõs. Hesychius ait esse ἰατρικὸν ὄπιδεσμον, id est medicinalem fasciam.

c.2. Μετωπὶς. ITEM Μετωπιδίον, Frontis pellis. Herodot. Polymnia, μετωπιδία δὲ εἶχον ὅπως τῶν κεφαλῶν, σὺν πολλῷσι ὠσὶ ἐκδεδαμμένα καὶ τῶν λοφίων.

Μετωπὶς ET Μετωπιδίον appellatur etiã id quo frontes equorum ornantur, interdum verò aliorum animalium: Frontale Liuio & Plinio. Dicitur autem eadem forma qua στερνιδίον, Pectorale. Athen. lib 5, ζεῦγος δισχίλιοι, ὁμοίως χρίμασι, χρυσίῳ, μετωπίδας χρυσᾶς ἔχοντες, καὶ αἱ μέσαι στρεπτοὶ, ἔτι δὲ καὶ αἰγίδας περὶ τὰ στέρνα. At μετωπιδίον, sicut & στερνιδίον, in hoc Xenoph. loco habetur. Pæd. 7, εἰ δέοι τινὰ μετωπιδίοις καὶ στερνιδίοις & διαπλοκιδίοις χαλκοῦς [ὡπλισμένους εἶναι.]

Alterũ COMPOSITVM est Πρόσωπον. (q.d. Quod est circa oculos, Pars quæ est circa oculos, ἢ περὶ τοὺς ὠφθαλμοὺς μέρος, vt μέτωπον esse dixi τὸ μετὰ τοὺς ὀφρῦς. Quod autẽ habet Aristot. lib. 3 De part. an. quasi πρόσωπον ἔσπερ, id longius petitũ mihi videtur, vt alia pleraque apud eundẽ quæ ad etymologias spectant) Facies, Vultus, Species oris. aut etiã Os, accipiendo pro vultu. Potest & Aspectus reddi. Gell. lib. 13, c. 28, Sicuti quidã faciẽ esse hominis putant os tãtùm & oculos & genas, quod Græci πρόσωπον dicunt. Pollux, ὃ δὲ ἐστὶ πρὸ μετώπου, (id est, quod fronti subest) πρόσωπον. Hesiod. Erg. Αἰσχρὸν, δίκαιος αἰδέμενος πρόσωπα. Apud Homerum alicubi pluraliter πρόσωπα pro πρόσωπον, quum de vno tantùm homine dicitur. sed Eustathius de heroe dictum putat magnificentius quiddam sonare. (Idẽ dixit Προσώπασι pro προσώποις à NOMINATIVO Πρόσωπας pro πρόσωπον per metaplasmũ) Vtuntur hoc nomine πρόσωπον & prosæ scriptores. X. Pæd. 2, ὡς ἦ εἶδον τὸ πρόσωπον τῷ ἀνδρὸς ἐξεβάλλετο αἷμα. Idẽ Symp. μάλα σφοδρῶς αἰσχυνόμενος τὸ πρόσωπον. Apud eundem, πρόσωπον ἡδέως ἡσθέντος. Thucyd. libro 1, ἐπὶ μὲν τὴν ἠπείρου τὸ πρόσωπον τοῦ πολέμου ἐποιοῦντο, γῆν ἀφ' ἧς ἐπῆλθον. Cicero apud Platonem

προσωπον vertit Os, (accipiēs videlicet hoc vocabulum Os in generaliori signif.) vt videbis p.38 mei Cic.lex. Et vt Latini In os pro Coràm, sic κατὰ πρόσωπον dicunt aliquando Græci, vt apud Diodorum Siculū, κατὰ πρόσωπον δὲ τῶν αἰχμαλώτων κοινολογησάμενος. Synes.epist.67, εἰς εἰ καὶ κατὰ πρόσωπον ἰδίᾳ λίαν ὀδυσσόμενα, συγχωρήσῃ θεός, Obiurgaui seu increpaui in faciem, vel In os. Talis est hic locus Pauli Apostoli ad Galat.cap.2, κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην. Exponitur tamen & Coram omnibus, quòd postea dicat ἔμπροσθεν πάντων. Apud Polybiū autem lib.5, ἐπεὶ παρῆσαν οἱ βασιλεῖς ἀμφότεροι καὶ πρόσωπον πρὸς αὐτοὺς πάξεις προσκαλεσάμενος, Camer. vertit Postquam fuere in conspectu ambo reges. Apud eundem libro 1, πρὸς μὲν καὶ πρόσωπον, πρὸς δὲ καὶ νώτῳ προσπίπτοντων, vertit, Quum alii aduersis alii auersis instarent. Illi autem priori Polybii loco subiungit hunc Thucydidis, lib.1, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι γνόντες καὶ πρόσωπόν τι τῷ ἐναντίῳ εἶχον ἐς ὁπλίτας. sed hic καὶ πρόσωπον reddi potius debet A fronte. ¶Sic autem & in acie pro fronte, id est αἱ πρὸ μετώπου. Xen. Pæd.1, καὶ εἴ σοι δοκεῖ φάλαγγος ἄγοντι ἄλλοθεν πῆ ἢ εἰ πολέμιοι φανεῖεν ἢ κατὰ πρόσωπον, πῶς αὖ πάλιν ἄγοις. quæ Bud. vertit, Quòd si in phalangem composito agmine incedēti, aliunde hostilis acies quàm fronte occurrerit, qua ratione obuersam aciem expediat in eos promouere. Sed & nauium vt μέτωπα, sic etiam πρόσωπα vocantur proræ, quòd sint earum velut facies. Dictæ verò sunt & παρειαί. Eust. ¶Aliquando verò Frons ea significatione qua vulgò dicitur frontispicium: apud Pind. Olymp.ode 6, quum dicit cuiuslibet operis πρόσωπον debere esse πλατύν. vbi redditur & Initium. ¶At Πρόσωπα θηρίων apud Theophrast. Plin. vertit Ferarum rostra.

Πρόσωπον, Persona. vt πρόσωπον κωμικὸν, & πρόσωπον τραγικὸν, Persona comica, Persona tragica. Item πρόσωπον κωφὸν, persona muta. quales & apud Homerū, scribēte Eustathio, eum πολλὰ τῷ προσώπῳ σωπῶντα εἰσάγει. Luc. in lib. De calumnia, τρισὶν ἢ ὅταν πρόσωπον, καθάπερ ἐν ταῖς κωμῳδίαις, τῇ δεξιᾷ σείσῃς, καὶ τῇ δεξιᾷ πάλιν, καὶ τῇ ἑτέρᾳ ὁτιοῦν ἐργάσῃ. Atque vt Cicero dicit, Personæ, tempora, actiones, cæteráque propter aliquā causam transferuntur, ita Græcè hic dici πρόσωπα annotat Budæus. Et εἰσάγειν πρόσωπον, vt in illo Eustathii loco: item ὑποκρίνεσθαι πρόσωπον ἄλλου apud Chrysostomū, ἥκει νῦν ἐκεῖνος δίκαιον πρόσωπον ὑποκρινόμενος κρατεῖ. Quinetiā πρόσωπα λέγεται ἀπὸ προσώπου θεοῦ, apud Philonem, Hoc dicitur ex persona Dei. ¶Πρόσωπον (inquit Camer.) significat & personam, quemadmodum Latinè dicitur Pacifica persona. Polyb. ἀλλ' εἴπερ ἦν ἡγεμόνα καὶ πρόσωπον ὡς ἐκεῖνοι ὅτῳ βοηθεῖν αὐτοῖς, ducis personā requirebant. Interdum certè πρόσωπον in Test. nouo refertur ad ea quæ à rhetoribus vocantur personæ attributa, & circūstantias, nimirum qualitates tum animi, tum corporis, tum etiam rerum externarum: vt genus, dignitatem, opes, necnon patriam, siue gentem. Sic Lucas cap.10, versu 21, οἰδαμῶν ὅτι ὀρθῶς λέγεις καὶ διδάσκεις, καὶ οὐ λαμβάνεις πρόσωπον. quam significationē retinet & in compositō προσωπολημψία, vt doctè annotat Beza. adeo vt quum dicit Paul. ad Rom. c.2, οὐ γὰρ ἔστι προσωπολημψία παρὰ τῷ θεῷ, (quæ sonant ad verbum, Non enim est personarum acceptio apud Deum) perinde sit acsi diceret, Homines non metitur Deus ex genere, vel patria, vt eos amplectatur vel repudiet. Idē alibi πρόσωπον docet esse externam speciem, & quam vulgò appellamus apparentiam. (Pertinet autem hæc significatio ad eam quam mox exponam, qua videlicet πρόσωπον pro προσωπεῖον ponitur, id est larua, quæ & persona) Hoc alioqui constat, à Paulo πρόσωπα dici & simpliciter pro ἀνθρώποις, homines, (vt quū Gallicè dicimꝰ, *Il n'y a qu'une personne*, vel *Il y a plusieurs personnes*) 2 ad Corinth.cap.1, v.11. Affertur autē & ex Phocylide πρόσωπον pro homine, vbi dicit, — ἀδίκως μὴ κρῖνε πρόσωπον. Sed hic fortasse nō itidē simpliciter vsurpatur. ¶Πρόσωπον, Persona, id est Larua: alio nomine προσωπεῖον. Lucianus vno eodémque in loco vtrique significationem eandem tribuit. Ad hanc autem pertinet (vti modò dixi) ea qua ponitur pro specie externa, quam vulgò apparentiam appellare consueuimus. ¶Πρόσωπα apud theologos in trinitate pro personis, quæ & hypostases. Greg.orat. εἰς τὰ ὑπαπαντή, ἰδιότητας & ὑποστάσεις & πρόσωπα idē valere ostēdit, scribens, ἣν δὲ ὅτε εἶπα, ἐνίοτε καὶ ἀδιαιρέτως καὶ μιᾷ πρὸς μὲν, καὶ τὰς ἰδιότητας, ἔστι ὡς ὑποστάσεις, ἔστι φίλον καλεῖν, ἔστι πρόσωπα. (ἀδιαίρετα γὰρ τὰ ὀνόματα ζητήματα χρησόμεθα, ἕως ἂν πρὸς τὸν αὐτὸν ἐννοίαν αἱ συλλαβαὶ φέρωσιν) ἔστι δὲ, καὶ πρὸς τῆς οὐσίας λέγειν, ἔστ' ἂν ὦσι πρόσωπα. Hinc autem ὁ τρισυπόστατος, SICVT ET τρισυπόστατος, vocatus fuit, vt annot. Bud. ¶Idem verò & ex Suida δία πρόσωπα ψυχῆς dicta fuisse tradit quæ & ὑποστάσεις & ἄτομα & χαρακτῆρες, videlicet ψυχὴν, λόγον, αἵρεσιν. ¶Πρόσωπον denique apud grammaticos Græcos idem quod Persona apud Latinos.

ITEM Πρόσωπος masculino genere pro πρόσωπον Platonem comicum vsurpasse testatur apud Eustath. Aristoph. grammaticus. Hesychius autem HABET Πρόσωπ. Illum verò dativum προσώπασι cuius antè meminī, quidam dixerunt esse ab illo singulari NOMINATIVO Πρόσωπας.

C. Προσωπολήπτης, ου, ὁ, q.d. Qui personas acceptat, pro Qui personarum habet rationem: & inter eas discrimen aliquot statuit. Act. Apost. capite decimo, οὐκ ἔστι πρόσωπον προσωπολήπτης ὁ θεός. ET Προσωπολαπτῶ, Personarum rationem habeo, Personas respicio. Epist. Iacobi capite 2, εἰ δὲ προσωπολαπτεῖτε, ἁμαρτίαν ἐργάζεσθε. ITEM Προσωπολημψία, Respectus personæ: quum videlicet magis huic fauemus quàm illi, non ob ipsius rei sed personæ discrimen. Paul. epist. ad Ephes. cap.6, προσωπολημψία οὐκ ἔστι παρ' αὐτῷ. Quid autem hic significet πρόσωπον, dixi suprà, quū huius nominis significationes percenserē.

c.1. Ἀπροσωπολήπτως, Citra personarum respectū. Epist. Petri 1, cap.1, τὸν ἀπροσωπολήπτως κρίνοντα.

C. Προσωποποιὸς, οῦ, ὁ, Qui personas seu laruas fabricatur. Poll. libro 2, ἡ δὲ νέα κωμῳδία καὶ προσωποποιὸν ἔφηκεν ὃν ἡ ἀρχαία σκυροποιὸν ἐκάλει. Itémque lib.4, cap.18, σκυροποιὸς δὲ ὁ προσωποποιός. ΑΤ Προσωποποιία, Personarum confictio, figura est oratoria, quam Cic. appellat personarum fictam inductionem, lib.3 De orat. Morum ac vitæ imitatio, vel in personis, vel sine illis, magnū quoddā habēs ornamētū orationis & aptū ad animos conciliandos vel maximè, sæpe autem etiam ad commouendos: personarum ficta inductio, vel grauissimū lumen augendi. Quint. lib.9, cap.2, Illa adhuc audaciora & maiorum (vt Cicero existimat) laterum, fictiones personarum, quæ προσωποποιίαι dicuntur. Et mox, Ac sunt quidam qui has demum προσωποποιίας dicant in quibus & corpora & verba fingimus. Rutil. Lupus, προσωποποιία fit quum personas iis rebus constituimus quæ sine personis fiunt, aut eorum hominum qui fuerunt, tanquam viuorum & præsentium, actionem ac sermonem deformamus. Aquila, Προσωποποιία est personæ confictio. Hæc figura plurimum in se continet dignitatis, quum remp. ipsam loquētem inducimus, aut defunctos aliquos quasi excitamus ab inferis, & in conspectu iudicis collocantes, oratione hos circundamus. Exempla vide apud vtrunque. At προσωποποιίαι θηρίων καὶ, quæ vulgo moralitates dicuntur. Bud. ET Προσωποποιῶ, Personas fictas induco, Personas fingo, seu confingo. Damasc. οἷδε δὲ ἡ γραφὴ καὶ προσωποποιεῖν, καὶ ὡς ὅτε ἐμψύχων, ὡς τὸ, ἡ θάλασσα εἶδε, καὶ ἔφυγε ὁ Ἰορδάνης.

C. Ἀμφιπρόσωπος, Vtrinque faciem habens. Sic Ianus appellatur à Plutarcho in Numa, qui à Latinis Bifrons, vt à Virgilio. pag.133 meæ editionis, καὶ διὰ τοῦτο πλάττουσιν αὐτὸν ἀμφιπρόσωπον.

C. Ἀντιπρόσωπος, Oppositam faciem habens seu obuersam. Et ἀντιπρόσωποι dicuntur qui ita inter se oppositi sunt vt alter in alterum versam faciem habeat. Athenæus, καὶ τοὺς ἰδιοξένους ἅπαντας καταλιπὼν ἀντιπροσώπους ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις συμφοίτοις. Et Xenoph. Hellen.6, ἀντιπρόσωποι μαχόμενοι, directa acie præliantes.

C. Ἀπρόσωπος, Qui faciem pulchram non habet. οὐκ εὐπρόσωπος, vt Hesychius expon. ¶Item Qui personā, hoc est laruam, non habet. ὁ προσωπεῖον μὴ χρώμενος, eidem;

¶A grammaticis autē ἀπροσώπα ῥήματα dicuntur quæ à Latinis verba impersonalia.

C. Ἀπροσώπατος, Non personatus. Lucian. Tim. εἰ δὲ ἀπροσώπατον οἰόμενον ὁρᾶν τὸ κάλλος, ἐρῶσι, καὶ ἐπαλλωὶ μὴ ἐντυγχάνοντες, Opinantes videre se faciem non fictam, sed apertam, Existimantes eum personam non habere: de eo qui προσωπεῖον, θεάτρου ἐσχηματίσθαι. Et ἀπροσωπία φύσις, quum quis natiuam & veram alicuius faciē cernit, non fictam & personatam. Basil. in Hexaēm. de Mose, ὁ τῆς ἀπροσωπίας τοῦ θεοῦ λόγος τὸ θεῖον ἐξίστησι τοῖς ἀγγέλοις ἀξιώμασι. quē alii dicūt ἀπρόσωπον τὸν θεόν. Et ἀπροσώπα scripta, in quibus auter ex persona sua docet, nulla persona extrinsecus assumpta: quæ & ἀπροσήγορα. Ammonius initio sui comment. in Categor. Aristot. τῶν συντάγματος τοῦ (videlicet συγγραμμάτων τοῦ Ἀριστοτέλους) τὰ μὲν, ἀπροσώπατα καὶ ἀκροαματικά· τὰ δὲ, διαλογικὰ καὶ ἐνσωματικά. in dialogis enim autor ἐπροσωπόπους loquitur, non ἀπροσώπως, hoc est, sub aliena persona, non sub sua. Item ἀπροσωπος ὑποκρίτης, qui sine persona agit. Athen. lib. 10, de Cleone quodam qui cognomento μίμαυλος vocabatur, ὃς ὥσπερ καὶ τὸν Ἰταλικὸν μίμων ἄριστος γέγονεν ἀπροσώπως ὑποκρινόμενος. Sed ἀπροσωπος ὑποκρίτης dici etiā possit qui αὐτὸς ὑποκρίνεται, qui ipse fabulā agit, vt Plut. in Solone, p. 173 mex editionis, ἐδιδάσκετο τὸ θέατρον αὐτὸν ὑποκρινόμενον, ὡς ὥσπερ ἦν πάλαι. Ità aliquis ἀπροσωπος in theatrū induci dicitur, cui sua ipsius facies affingitur. solebant enim οἱ προσωποποιοὶ siue σκηνοποιοὶ τὰς τῶν κωμῳδουμένων ὄψεις εἰκάζειν καὶ σχηματίζειν, siue ὁμοίας προσωπεῖα ποιεῖν τοῖς κωμῳδουμένοις. Hermog. ἀπροσώπους εἰσάγειν τινὰς τοὺς κωμῳδουμένους, τὸ νόμῳ ἐπάγεται ὡς ὀνόματι κωμῳδῶν. Præterea dicitur aliquis facere quidpiā ἀπροσώπως, quū ipse coràm, non absens per nuntium aut epistolam facit: quod vulgo In propria persona dicunt. Synes. epist. 144, καθάπερ τὰ μὲν ἀπροσώπως ἀφ' ἡμῶν, ἃ δὲ δι' ὧν ἐκέμισεν ἐπιστολῶν, partim coràm & suis verbis, partim per literas quas attulit. VND. E Ἀπροσώπως, In vel sub propria persona, Coràm. Synes. epist. 139, τὰ ἀπροσώπως αὐτῷ ἐπαγγέλλεσθαι, coràm attrectare. Idē epist. 142. θεὸς ὃν ἀπροσώπως πεῖσαι προσῆκας, quem coràm salutare. Et ἀπροσώπως μάρτυρεῖν apud cōm. Demosth. ad differentiam τοῦ κατὰ συγγραφὴν μαρτυρεῖν, id est, in iudicium prodire & testificari B.

C. Δευτεροπρόσωπος, Qui secundæ personæ est. ET Δευτεροπροσωπέω, Sum secundæ personæ. Voces grammaticorum.

C. Διπρόσωπος, Duas habens facies, Bifrons, Biceps. idem cum ἀμφιπρόσωπος, Anceps, vt apud Luc. διπρόσωπος εἰκών, Imago ancipitis aspectus, seu bifrons, qualis Iani bifrontis. de quo Herodianus lib. 1, διπρόσωπον δὲ αὐτοῦ ἱδρυται τὸ ἄγαλμα, ἵνα δὴ εἰς αὐτὸν ὁ ἀὴρ αὐτὸς ἄρχηται τε καὶ παύηται. vbi Polit. vertit Biceps imago. Aliam autem rationem affert Plutarch. in Numa cur ἀμφιπρόσωπος fingi solitus fuerit: quam videre poteris p. 135 mex editionis. Ex Galeno autem ad Glauc. διπρόσωπος ἔμπλαστρος affertur pro Biforme emplastrum. Gorr. esse dicit emplastri genus à duplici facie seu colore sic nomi natum, alio nomine διχρωμον.

C. Δυσπρόσωπος, Qui deformi facie est, Turpis aspectu: cui OPPONITVR Εὐπρόσωπος, Pulcher aspectu, Qui formosa facie est. Δηϊδής. Aristoph. Pluto, μισῶ γὰρ ἄνδρα δυσπρόσωπον καὶ κακόν. Anaxandrides apud Athenæum libro 13, de Theolyte meretrice, μιᾷ δυσπρόσωπος καὶ καλὴ γυνὴ ἐνοικεῖ. Et δυσπρόσωπόν τινα ἔρωτα in loco quodam quem Plut. in Polit. præc. citat. Impropriè autem δυσπρόσωπος λόπη dicitur à cumico quodam apud Athen. lib. 7. ¶Item δυσπρόσωπος, Specrosus, Honesti speciē præferens. Demosth. Pro Corona, λόγους δυσπροσώπους καὶ μύθους σκληροὺς καὶ διεξελθεῖν. Et δυσπρόσωπος αἰτία, (inquit schol. Sophocl.) ἡ πικρὰ καὶ δυσχερής. ¶Εὐπρόσωπος dicitur etiam qui hilari & læto vultu est, Qui lætis oculis aliquem aspicit, seu Hilaris aspectu. Soph. Aiace, Ἦ που Τελαμὼν σὸς πατὴρ εἶναί σ' ἔμπα δίχα δείξαι' ἂν εὐπρόσωπος ἡλίκῳ; Vbi schol. ann. εὐπρόσωπος dici pro ADVERB. Εὐπροσώπως, ἱλαρῷ προσώπῳ, Hilari vultu, Læta frōte. ET Εὐπροσωπία, Bonus aspectus, B. ITEM Εὐπρο-

A ωπέω, Aspectu meo alicui placeo. Chrysost. in epist. ad Ephes. cap. 6, ἵνα μὲν ἐξῇς, ἐκεῖνος ἢ ἀρτὶς τοῖς ἀνθρωπαρεσκοῦσι τοιούτοις, αἰσχύνεται τοὺς σκληροὺς. Vbi nota opponi sibi ἀνθρωπαρέσκους & λυπηρούς. A Paulo autem ἀνθρωπάρεσκοι ἐν ὀφθαλμοῖς dicuntur quibus voluptates corporis placēt, seu Qui voluptatibus corporis acquiescūt, veluti φαιδρῷ προσώπῳ: ad Gal. 6, εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκί.

C. Ἐμπρόσωπος, Quem in oculis gerimus. ἐμπρόσωπος ἄλλοις, qui aliis exemplo est & spectaculo. Phalar.

B C. Ἑτεροπρόσωπος, SIVE Ἑτεροπροσωπικός, Qui alius seu diuersæ personæ est. VNDE Ἑτεροπροσωπικῶς, In alia persona seu diuersa. v.l. ET Ἑτεροπροσωπέω, Persona differo. Vsitata grammaticis.

C. Μονοπρόσωπος, Qui vnius solummodo personæ est. vt μυριοπρόσωπος αὐτουμία. qualis est ἐκεῖνος. nec enim pluribus personis accommodari potest, vt αὐτός. VNDE Μονοπροσώπως, Sub vna solùm persona.

C. Ὁμοιοπρόσωπος, Qui eiusdem personæ est. ET Ὁμοιοπροσωπέω, Eiusdem personæ sum.

C Πλατυπρόσωπος, Qui lata facie seu fronte est. Ælian. de murium in Cyrenaica regione generibus, εἰσὶ γὰρ αὐτῶν πλατυπρόσωποι τινές, καὶ αὖ πάλιν ἄλλοις ἴχνη δύς, ὀξείας ἀκαίνης ἴχνεσι. de quibus Plin. Alii lata fronte, alii erinaceorum genere pungentibus pilis.

C. Σεμνοπρόσωπος, Qui grauitatem aliquam vultu præfert. VNDE Σεμνοπροσωπία, Grauis persona, seu Grauitas, Dignitas oris, quæ & σεμνοπρέπεια. ET Σεμνοπροσωπέω, Vultum grauem ostento, Grauitatem vultu seu facie præfero, Grauis videri volo. Aristoph. Nubibus, ἐν ἡμῖν σεμνοπροσωπεῖς. id est σεμνύῃ. Synes. epist. 154, ἃ τὴν δηλα σεμνοπροσωποῦσιν ὑπὸ τοῦ Ξενοκράτους εἶναι. Agathias l. 2 epigr. Σεμνοπροσωπήσας ἐς σοβαρὸν ὀφρύσι, vultu ad grauitatem compositio.

C. Ταυτοπροσωπικῶς, In eadem persona.

C. Τετραγωνοπρόσωπος, Quadratus aspectu. seu Formam oris quadratam gerens, Qui quadrata facie est.

C. Τειπρόσωπος, Tres habens facies, seu Triceps. Idem cum τρίμορφος. vt ὁ τῆς ἥλιος τειπρόσωπος. Item, In quo tres siue trinæ personæ sunt. Vide Πρόσωπον, col. 1401.

C. Φαινοπροσωπέω, Faciem meam ostendo, & conspiciendum me præbeo: vt ii faciunt qui in publicum prodeunt. φαινοπροσωπῶ Bud. interpretatur In medium prodeo, Non secedo nec publico careo. Vtitur autem eo verbo Cicero in epist. ad Atticum 10, l. 7, Nec enim conquisitores φαινοπροσωπεῖν audent, quum ille adsit contrà, quum dux noster nusquam sit. Et sub finem libri 14, φαινοπροσωπότερον ergo, & ἐπὶ τὸν in castra millies mori melius, huic præsertim ætati. vbi Camer. annotat φαινοπροσωπότερον significare vel Vultum fingendū, vel ante ora hominum versandū esse. Simile huic EST Δεινοπροσωπέω, Terribili vultu seu aspectu sum, Atrocem vultum præfero. Cam. δεινοπροσωπῶν interpr. Vultu esse tristi & minaci.

Προσωπικὸν, Personale. Cui opponitur ἀπρόσωπον, impersonale, apud gramm.

C. Ἀπροσωπίζομαι, Faciem purgo, Faciem sordibus repurgo, Sordes facies abstergo. Pherecrates (teste Poll.) ἀπροσωπίζεσθαι dixit τὸ καθαίρειν τὸ πρόσωπον, scribens, νῦν ἀπροσωπίζεσθαι καιρός. quomodo & ἀπυρίσμα dicitur & ἀπόνιψις & ἐξόμμασις. Hesych. autē ἀπροσωπίζεσθαι exp. ὀνομαλοιᾶσθαι τὸ πρόσωπον: vel ἰσοπλειζεσθαι.

Προσωπεῖα, Personata: pro προσωπίσεις (facta 'cōtractione, & mutato ις in η, more Attico, sicut in οἰκοῦσα & μαλακοῦσα) à masc. προσωπίς. Atticis autem προσωπεῖα dicebatur vas æneum echino simile, leonum bovumve imagines seu facies in oris ambitu pictas habens. vnde & nomen sortitum est. χαλκεῖον ἀγγεῖον, (inquit Pollux) ἐχῖνῳ ὅμοιον, περὶ τὸ στόμα ἔχον προσωπεῖα λεόντων ἢ καὶ βοῶν, ἀφ' ὧν καὶ ὠνόμασται. Hesychio est πολύμυον ἀγγεῖον χαλκοῦν, ἔχον ὅτι τοῖς χείλεσι προσωπεῖα, ἐν ᾧ πίνεται ἔσπερ.

Προσωπεῖον, SIVE Προσώπιον, ET Προσωπὶς, Persona, Larua: quo modo & πρόσωπον vsurpatur. Poll. lib. 4. de instrumento histrionum, προσωπεῖον, προσωπεῖον, προσωπὶς,

μορμολύκειον, γοργόνειον. Et lib.2, καὶ προσωπεῖον τὸ μορμολύκειον τὸ δι' αὐτὸ καὶ πρόσωπον καὶ προσωπίς. Et mox, τὸ δὲ πρόσωπον, καὶ προσώπιον, ὡς παρὰ καὶ μορμολύκιον. quo loco reponēdū existimo προσωπεῖον, ὡς παρὰ τὸ μορμολύκειον. paulo antè autē, προσωπεῖον, τὸ μορμολυκεῖον. vt innuat dici & προσώπιον & προσωπεῖον, sicut μορμολύκειον & μορμολυκεῖον. reperitur enim in manuscriptis quoque libris tam μορμολυκεῖον quàm μορμολύκειον. at verò μορμολύκιον nusquam inueni. ¶ Dicuntur autem πρόσωπα siue προσωπεῖα, quemadmodum Latinè Personæ, vultus ficti & simulati, quibus vera histrionum facies tegitur, plerunque ἐκπλήττοντες παῖ τὴν ὑπαπειλούμενον ὄψιν, vt obiter in ὄψις & αὐτοπρόσωπος etiam dictum est. Demosthenes De malè gesta legatione, ὃς ἐν ταῖς πομπαῖς αὐτῷ προσωπείου καμάζει, sine persona. Athenæus libro 14, ex Semo Delio, de ἰδιοφάλλοις, Προσωπῶν μεθυόντων ἤρισι. mox ex eodem docet τοὺς φαλλοφόρους προσωπεῖα οὐ καμεῖσθαι, personas non gestare. Hermog προσωπεῖον εἰσάγει, personam inducere. Chrysost. τὰ προσωπεῖα ἀφελόντες, personas detraheptes. Item προσωπεῖον ὑπουκίας, pro Simulatio & quasi persona ficta quam aliquis induerat siue gesserat. Theodorit. Histor. eccles. lib. 3, de Iuliano loquens, τὸ μὲν τῆς ὑπουκίας ἀπέδυσατο προσωπεῖον, τὸ δὲ τῆς δυσκολίας ἐνέδυσατο πρόσωπον. Aliquanto verò antè dixerat, παῤῥησιάσεται μᾶλλον ἢ αἰδεσθήσεται τὴν δυσκολίαν ὑποδύεται, τῆς ὑπουκίας ἀποθέμενος προσωπεῖον. Hesychio προσωπεῖόν est χρῆμα πομπικόν, & ἐν γυναῖ (inquit) καλοῦμεν τὴν γυναικῶν προσωπίδα.

A QVO Πρόσωπις est DIMINVT. Προσωπίδιον, Parua persona seu larua. quod Pollux numerat inter τὰ ἐν γυναικωνίτιδι σκεύη, sicut & Hesych. προσωπίδα. citat autem ex Danaidibus Aristophanis. AT Πρόσωπον ab Hesychio esse dicitur insula quædam Ægypti: Stephano AVTEM Πρόσωπις est Ægypti ciuitas: cuius ἐθνικὸν esse DICIT Προσωπίτης. sic προσωπίτης νομός, præfectura oppidi illius. Plin. lib. 5, cap. 9. FOEMIN. Πρόσωπις. vt προσωπῖτις νῆσος, (eadem quæ Πρόσωπις Steph.) apud Thuc. l. 1, p. 35. de qua vide schol.

SED ET Πρόσωπον eidem Stephano est insula non procul Carthagine: cuius gentile esse DICIT Προσωπίτης, VEL Προσώπιος.

Προσώπιον, SIVE Προσωπίς, à quibusdam dicitur τὸ ἄρκιον, quòd eo veteres in tragœdiis personas sibi conficerent: quamobrem apud Latinos quoque personatæ nomen inuenit. Solebant verò & σαμοφόροι personarum loco quibusdam herbis sibi faciem obtegere, vt Athen. lib. 14, ex Semo Delio refert. Dioscor. lib. 4, c. 107, Ἄρκιον οἱ δὲ προσωπίδα, οἱ δὲ προσώπιον καλοῦσι. Plin. libro 25, c. 9, Quidam arcion, personatam vocant, cuius folio nullum est latius, grandes lappas ferentem. Aliquanto pòst, Persolata quam nemo ignorat, Græci verò ἄρκιον vocant, folia habet minora etiam cucurbitis & hirsutiora, nigroráque & crassiora. Sed & alibi apud eum Persolata habetur.

AT COMPOS. Δυσωπία, (cui & inter aliqua præcedentia locus dari potuit) Pudor qui nos obtueri seu in faciem intueri non sinit eos qui aliquid à nobis postulant. Hac enim aut simili periphrasi vtendum esse puto ad exprimendam Græci huius verbi vim, simúlque ostendendum eius etymum. quæ sanè minimè patere possunt ex vulgatis interpretationibus, quibus δυσωπία dicitur esse Vitiosus pudor, seu Immodicus pudor, aut Immodica verecundia, aut etiam Stupida verecundia, (quæ interpretatio est Erasmi, sicut & duæ primæ) A Budæo autem redditur Verecundatio, & Vehemens oris confusio. Quæ tamen interpretationes nequaquam falsæ sunt: (reuera enim immodicus est ac nimius pudor ille quem descripsi) at falsa est ista quæ additur in vulg. lex. Inutile & pernicioſum silentium. Plut. circa initiū libri quem de hoc δυσωπίας vitio scripsit, ὡς γὰρ τὴν καταφορὰν ἐκείνην [λύπην καίτοι ἔλαττον ποιοῦντες, οὕτω τὴν αἰσχυντηλίαν μέχρι τοῦ μηδὲ αἰσθάνεσθαι τῶν ἁμαρτημάτων, δυσωπίαν αὐτὴν ἐπονομάζομεν. quæ verba ita vertit Erasmus, Quemadmodum enim καταφοράν [quam Pronitatē aut Putiditatem Latinè possis dicere] definiunt, dolorem in nobis afficientem vt vultū demittamus: sic pudorē adeo nos afficientē vt non audeamus obtueri quos oporrebat, δυσωπίαν appellāt [voce compesita] &c. In quibus verbis vt omittam valde insolentem nobis dari interpretationem vocis καταφορά, Plutarchicā certè descriptionē δυσωπίας minimè assequi videntur, quum ὑπήκοον aptè non redda tur, multo verò minus τοῖς δεομένοις. Hoc enim voluisse Plutarchum dico, Verecundiam (sonat tamen potius αἰσχυντηλία habitum quendam animi ad verecundiam propensi) quæ adeo succumbit iis qui à nobis aliquid petunt, vt eos ne obtueri quidē possimus, vocatā esse δυσωπίαν. Dixerat autem Plut. antea, ὑποβολὴ τὸ αἰσχύνεσθαι, τὸ δυσωπεῖσθαι. διὸ καὶ οὕτω κινοῦσι, ὅταν τινὰ τῶν φοβερῶν τὴν ψυχὴν συνδήγτρεπόμενοι καὶ συνεξαπορεῖν ποιῶσι. Legitur autē hæc vox δυσωπία & in aliis plerisque eius dēopusculi locis: ex quib⁹ est hic, αὐτὸς ὁ τῆς δυσωπίας ἥττων ἡμῶν ἡμῖν ἀπολογήσεται, καὶ μίαν ἡμέραν αἰσχυνθῆναι δοὺς, ἀπολείπει τὸν οἶκον. Cæterùm quum δυς potius difficultatem significet in compositione, hoc in vocabulo non difficultatem solùm, sed impossibilitatem (vt ita dicam) declarat. neque enim est solùm Difficultas intuendi præ pudore; sed significat Non posse intueri, &c. Malè autem Erasmum fingere αἰσχύνη ex quo componat hoc vocabulum, præcedentium compositorum series docet.

Δυσωπία, Difficultas aliquid certò comprehendēdi; recurrente semper addubitatione, vt euenit in rebus dubiis. Philo de mundo, ἅπερ δυσωπίας ἀπηδιφάκησεν ἔοικε τὰς ἐν τοῖς δυσπορήτοις. Bud.

Δυσωπῶ, ῶ, Pudore afficio: sed propriè eiusmodi pudore qui facit vt is à quo aliquid peto, ne obtueri quidem me possit, tantùm abest vt id mihi denegare ausit. (Vnde ponitur pro Exoro, Flecto, Persuadeo) Generaliùs etiā pro Pudore afficio, Pudorem affero. Plut. in Homero, καὶ αὐτὸν τὸν Ἀγαμέμνονα δυσωπεῖ. Idem in libro de defectu orac. ἀλλὰ τί μᾶλλον τὸ δυσωπεῖ τὸν ὑπὸ Κατομέρου πεπεμμένον; Quid eorū potissimū te pudore afficit? Quid facit vt te pudeat? Aut etiā resoluēdo per verbū neutrū, Cuius te pudet? Itidémque pass. Δυσωποῦμαι, Pudore afficior, Pudore confundor, Erubesco, Præ pudore oculos auerto, seu oculos attollere nō audeo. Demosth. Phil. 3, καὶ πῶς εἰς τοῦθ' ἥκετε ἅπαντες ὑμᾶς ὁρῶν, οὐκ ὀρρωδῶ, ἀλλὰ δυσωποῦμαι. Plut. ὥσθ' ὁ μὲν Ἐνσίπτῳ ποτέ τινες πρὸς ἀδελφὸν ἔχοντι; μὴ δυσωποῦ, μηδὲ προσέχου σαυτῷ. Vide & suprà in Δυσωπία quæ idem Plutarchus de hoc verbo dicit. Interdum adiunctum casum habet, & quidem vel datiuum, vel accusatiuum: & hunc quidem frequentius. Plut. in Cat. εἰ τοῦτο μὲν δυσωπεῖ μοναρχίαν. Basil. ἀλλὰ δυσωποῦμαι αὐτοῦ τὸ προσβεβηκός. At verò δυσωπῶ pro Exoro, Flecto, Persuadeo. & δυσωποῦμαι pro Exoror, Flector: (quam significationem ex illa prima nasci docui paulo antè) vt δυσωπῶ τινὰ τοῦτο apud Synes. Et apud Basil. παρακαλέσαι καὶ δυσωπῆσαι. Chrys. ὁ δὲ οὐ μόνον ἐδυσώπησε τοῖς ῥήμασι πείσας. Vide Bud. pag. 688. ¶ Δυσωπεῖν in vul. lex. ex Plut. affertur & pro Sedare: quæ significatio aliquid affinitatis cum illa exorandi & flectendi significatione habet.

Δυσωπῶ, Visum perstringo, Intuitum retundo, Horribili specie terreo. Plut. τὰ δυσωποῦντα τὸν ὄψιν dixit Visum perstringentia, vt res admodum splendidæ (inquit Bud.) Sed obserua, quum addat Plutarchus accusatiuum ὄψιν, part. δυσωποῦντα sonare simpliciter Perstringētia. Vide autem apud eundem Bud. & alia exēpla, pag. 688.

Δυσωπῶ neutraliter positum, Hæreo, Hæsitabundè aspicio, Restito. Item Suspicor, Vereor. Xenoph. ἐπεὶ δὲ ὁ Γλαύκων ἐδυσώπησεν. Et δυσωπούμενα ῥᾴω apud eundem. Vide plura apud Bud. pag. 688.

Δυσώπησις, ιως, ἡ, (q.d. Pudefactio) Ipsa actio afficiendi quempiam pudore, seu efficiendi vt quis verecundetur. Item exoratio. Et COMP. 2, Ἀδυσώπητος ET Εὐδυσώπητος. Est autem Ἀδυσώπητος, Qui pudore affici nequit, seu confundi, Qui talis est vt non verecundetur. Plutarchus in illo περὶ δυσωπίας libello, τὸ δὲ πρὸς αἰσχρὰ καὶ ἀδυσωπήτους ὄντας ἀποτρέπεσθαι ὡς ἀδυσωπήτῳ χρῆσθαι καὶ χαρίζεσθαι τοῖς αἰσχροῖς αἰσχυνόμενον, ὀρθῶς ἔδοξεν ἡμῖν ἀνόμασθαι τοῦτο τῷ τοιούτῳ ἔοικότως. Accipitur

autem & pro Inexorabilis, Qui flecti nequit, ſicut δυσπαίθεια pro Exorari & Flecti dictum eſt accipi interdū.
ADVERB. Ἀδυσωπήτως, Sine vlla verecundatione, Sine vlla erubeſcentia, Sine vllo pudore, Inuerecundè. Eius exemplum habes in Plutarchi loco proximè præcedente.
CONTR. Ἐυδυσώπητος, Qui facilè pudore afficitur, ſeu confunditur, Qui leui de cauſa verecundatur. Itē Facilè exorabilis. Et ADVERB. Εὐδυσωπήτως, Facilè erubeſcendo, Cum erubeſcentia, ſeu verecundatione quam res leuis affert.

c.2. Καταδυσωπῶ, Idem quod δυσωπῶ, niſi quòd præpoſitio vim aliquam ſignificationi addere videtur. Luc. καταδυσώπησε τὸν θεόν, exorauit. Vide B.p.638.

ΟΦΘΑΛΜΟΣ, οὐ, ὁ, Oculus. pro quo Doricè ὄπλος. ambo autem eiuſdem originis, nimirum ab ὄπομαι, vnde & ὄμμα & ὄψις & ὄπωπα, quæ itidem pro ὀφθαλμὸς vſurpantur. Il.ω, ὀφθαλμοῖσιν ὄπωπα. Od.κ, Ἐδράκον ὀφθαλμοῖσιν. Odyſſ.ω, — ὄπωπε ἰδὼν ὀφθαλμοῖσι. Od.ο, ὀφθαλμοῖσι σὺν ὁρῶντο, ſuis oculis videbant. Iliad.ω, τὸν δὲ σὺν ἴσκον ὀφθαλμοῖσιν. Odyſſ.υ Σοῖσιν δ' ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι, tuis oculis aſpicies. Heſiod. Erg. Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς, cuncta Iouis cernens oculus. In præcedentibus autem Homeri locis ὀφθαλμὸς emphaticum eſt, ſicut & apud Æſchin. contra Cteſiphontem, ὁρᾶτε τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς ἐκείνου λιμῶντας. At Syneſ. epiſt. 6, εἰ πάνυ ὀφθαλμοὺς ἡμᾶς οὐ βλέψεται. Rurſum Hom. Il.ω, Οὐ θαλμοὶ δ' ἄρα οἱ πιερὶ λάμπετο. Pro quo Od.τ, πὰρ δ' ὀφθαλμοῖσιν δάκρυα. Iliad.π, ἀμφὶ δ' ὀφθαλμῷ κὰτ' ἀχλὺς. Sic Iliad.υ, κατ' ὀφθαλμῶν χέεν ἀχλύν. Contrà Il.ε, Τοῖσι δ' ἀπ' ὀφθαλμῶν νίφας ἀχλὺς ὥσεν Ἀθήνη. Item Od.η, ὀφθαλμῶν ἄμεσσε, oculis priuauit. Et Odyſſ.α, ὃν ὀφθαλμὸν ἀλάωσεν. Ariſtoph. Nub. ξυστὴν τὸν ὀφθαλμὸν λίθῳ. Sic Demoſth. Pro cor. ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένος ὁ Φίλιππος, cui Plutarch. in Alexand. dicit ἐμπεσεῖν καπνὸν βύλος εἰς ὀφθαλμόν. Athen.13, ἐξέκοψαν αὐτῷ τὸν ὀφθαλμόν. Plut. Lyc. de Alcandro, τὸν βασιλεία παραξας τὸν ὀφθαλμὸν ἐξέκοψαι. Idem in Artoxerxe, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξεκέντησε. (Sic apud Pollucem, ὀφθαλμοὺς κοιλαίνειν, βαθύνειν, κατακωῦν, σβεννύειν: item καταφλύειν, ὑπὸ πυθμένων αἴλλειν, ſiue αἰάσσειν, pro eruere) Idem Symp. 2. πέρωσιν ὀφθαλμῶν. Et apud medicos ὀφθαλμῶν ἔκπτωσις, procidentes oculi. ὀφθαλμῶν τάραξις, oculorum perturbatio. & ὀφθαλμῶν ῥεύματα. & αἱ ἐν ὀφθαλμοῖς οὐλαὶ, cicatrices in oculis. & αἱ ὠδῖνες ὀφθαλμῶν, dolores oculorum, pro effoſſionibus, (vt inquit Camerarius) apud Herodotum in Terpſichore, de pulchris mulieribus, αἰτίας ἵζειν αἰ ὠδῖνας τοῖσι ὀφθαλμῶν, illas mulieres ibi coram aſſidere, facereque vt oculi ipſis doleant. ſicut ait Phormio Terent. Vin' facere quo tuo viro oculi doleant? At ὀφθαλμοῦ βολὴ apud Muſæū, quod Cicero dicit Oculi coniectus. Et dicitur βάλλειν ὀφθαλμούς, vt Lucr. lactare oculos. In vitio autē Ariſtophanes Nub. πὼ ὀφθαλμὼ δεδάκται, vt apud Plutarchum, ὄμμα δεδακὼς δίκην δίκελλα. vnde δεδακὼς qui diſtortis oculis intuentur, ſeu obliqua tuentur, vt Virg. loquitur. Pingere oculos Græci ὑπογράφειν dicūt. Herodian. lib.5, ὥσπερ τι ὑπογραφόμενος τοῖς ὀφθαλμοῖς, pictis prodibat oculis. vnde apud Philoſtr. epiſt. 39, ὀφθαλμῶν ὑπογραφαί. Item cum epithetis. Athen.13, τοῖς ὀφθαλμοῖς μεγάλοις ἦν. Et lib.7, ὀφθαλμοὺς μείζονας ἢ καθ' αὑτὸν ἔχων. Xenoph. Symp. ὀφθαλμοὶ καλοὶ & ὀφθαλμοὶ ὀξυτάτοι, ibidē. | Æſchyl. apud Plut. in Erot. φλέγων ὀφθαλμός. Sic πυρώδεις, igniti & flammei, μαρμαρυγὰς ἀφιέντες, ſcintillantes & micantes. & αἴγλιοι ſiue αὐγλοῦ ἀφέντες, nitidi ſiue renidentes. λάμποντες, clari. φωσφόροι, illuſtres: ſicut & φωστῆρες ὄμματα. item σέλας ἔχοντες, ſplendentes & θυμηδεῖς, iracundi ac minaces. contrà ἡδεῖς, blandi, & apud Catull. melliti. ὑπογλαυκοὶ ſiue ὑπόγλαυκοι, amabiles: de quibus ὑγρὸς fluere dicitur. Idem oculi ἅλλεσθαι dicuntur, id eſt Salire. præſagientes ſe viſuros quod deſiderant. vt paſtor apud Theocr. in Amaryll. Ἅλλεταί μοι ὀφθαλμὸς μου δεξιός. ἆρά γ' ἰδέω Αἰνεάν. Itē cū præpoſitionibus. Plat. Symp. ὅτι οὐδεὶς ἔστι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἔχοντα αὐτὰ καθεῖν Σωκράτην, Ante oculos, ſeu In oculis. (cōtrà quidā apud Plut. Ἀπόκρυφον γὰρ ἦν τὸ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἡμῶν, procul ab oculis meis) Poly. 3, ἐπὶ ὀφθαλμῶν ἦλθε τὸ μὴ

γῆρας τὴν ἀπόκρισιν, ante vel ob oculos poſita magnitudine eorū quæ euentura erāt. pro quo dicitur etiā ἐπὶ ὀμμάτων. Sed & ἐν ὀφθαλμοῖς interdū capitur pro Ante oculos, Ob oculos. vt Odyſſ. ϑ, Θαυμάζω δ' Ὀδυσῆα ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὁρᾶσθαι. Et Iliad. μή σε ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι Ἑκτορίδην, ante oculos meos. niſi quis fortè malit ἐν hīc ſuperfluum eſſe. Et ἐν ὀφθαλμοῖς τίθ dicuntur nō tātùm ea quæ videntur & ante oculos noſtros ſunt ſeu eis obuerſantur, verumetiam quæ magni à nobis fiunt. ſicut & apud Ciceronem, Templum in oculis quotidianóque aſpectu populi Romani poſitum. Idē, Etſi in oculis ſis multitudinis. Idem, Ferebant in oculis hominem. Sic ab Ariſtot. Polit. 7, ἐν ὀφθαλμοῖς τίθ & παρεχέσθαι ſibi opponuntur. Eurip. Medea, Δίκην γὰρ οὐκ ἔχουσιν οἱ ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν, pro Oculi hominum non rectè iudicant: Cam. Alii ſic, Iuſtitiam non habent mortales in oculis. Et ἐξ ὀφθαλμῶν ἡφανίσθαι dicuntur quæ oculis noſtris quaſi ſubtrahuntur & ἀφανίζονται, vel ab eis abſunt. vt Cicero, Abfuit ab oculis veſtris. Idem de libris, Nunquam ab oculis meis abfuerunt. Herodor. Terpſich. καί σύ μοι οὐδὲν ἦλθες ἐξ ὀφθαλμῶν, neque te videre licuit. Xenoph. Hierone, ἴδοις ἂν ὡς πάντα ἐξ ὀφθαλμῶν σοι ἥξοντα, hoc illi iucundiſſimum futurum ſit ſi a te abeūe liceat. Camer. At ἐπ' ὀφθαλμοῦ θεραπεύειν, pro Oculis obſeruare. Plut. De ſoler. anim. οὐκ ἐν ὄψει, ἀλλ' ἐπ' ὀφθαλμοῦ θεῖς φυλάττωσιν. Cui loco non abſimilis eſt hic Syneſii epiſt. 55, ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὑμᾶς, ἐφ' ὅσον ἔξεστιν, ἕψομαι πομπεύων, oculis vos meis proſequutus ſum. Quū verò εἰς ὀφθαλμοὺς alicui venire dicimur, reddideris potius In conſpectum quàm In oculos. Il. ω, Πᾶς ἴδηλος ὅτ' ἦσθα Ἀχαιοῖς ἐν ἡμῶν εἰς Ἀΐδρος ἐς ὀφθαλμούς, Ibidem, ἐν δ' Ἀχαιῶν Ὀφθαλμοὺς ἔστην. | Xenophon autem ἐπὶ τὸν ὀφθαλμὸν vocat domini præſentiā.

At regū ὀφθαλμοὶ dicebantur qui quæ viderent, ad eos referebar, vt ſunt viſores ſiue exploratores, & nūtii. quod hominum genus Plutarch. ἀτίους nominare videtur, de quo ſuprà. Heſychio ὀφθαλμὸς βασιλέως eſt ὁ πεμπόμενος κατάσκοπος. Pollux l.2, ὀνομάζουσι δέ τινες ὦτα καὶ ὀφθαλμοὺς βασιλέως, οἱ τὰ λεγόμενα διαγγέλλοντες καὶ τὰ ὁρώμενα. Qui verò ὦτα vocabantur, ſunt potius delatores & coryczi, qui ſubauſcultabant quid quiſque loqueretur, & ad regem deferebant. Xenoph. Præd. 8, pag. 124. de Cyro loquens, qui τοὺς ἀπαγγείλαντας ἅτα καιρὸς αὐτοῦ εἴη πλείστου, magnis afficiebat muneribus, πλοῦτόν τε ἐπίκτητον ἀβίωτον καὶ ἀπαρκοῦν καὶ καταβάλλειν τὸ αὐχεῖν τοῖς ἀφελήσασι βασιλέα. ὅθεν δὴ καὶ πολλοὶ ὑπομιμνῆσκον βασιλέως ὀφθαλμοὶ ἢ πολλὰ ὦτα. Dixerat verò paulo antè τοὺς βασιλέως καλουμένους ὀφθαλμούς. Itidē Ariſtot. Pol. 3, ὀφθαλμοὺς πολλοὺ οἱ μόναρχοι καὶ πάντων ἀκοὰς, καὶ ὦτα καὶ χεῖρας καὶ πόδας. (Ouidius quoque dixit, An neſcis longas regibus eſſe manus? Plut. Artoxerxe, Ἀρπαγὰς ὁ βασιλέως ὀφθαλμός. Meminit idem Plutar. in libro περὶ πολυφαγμοσύνης, & Lucian. ex lib. περὶ τῶν μισθῶν συνόντων. Ariſtoph. autem ex ambiguo luſit in Acharnenſibus, vbi πρέσβεσι dicentibus, Καὶ νῶν ἄγοντε πομπὸν ξυδάρτα Τὸν βασιλέως ὀφθαλμόν, reſpōdet Δικαιόπολις, — ὦ κάκιστε γὰρ Κόρυζ παράκειται τὸν γὰρ σὸν τὸν πρέσβεως. | Ὀφθαλμοὶ dicebantur etiam quidam comportationum præfecti, quorū curatio erat vt æquabiliter potaretur, quique cœnantibus lychnos ſubminiſtrabant, alio nomine σιτόπλαι appellati, Latinis Modiperatores, vt nonnulli exiſtimant. Vide Οἰνόπλαι.

Ὀφθαλμὸς, Genus deligationis apud Hippocratem, ὁ παρὰ κατ' ἰνσχύν: quod oculo adhiberi conſueuit, vel quum procidentia periclitātur, vel vt quæ impoſita ipſū ſunt, contineantur. Sunt autem variæ huius generis differentiæ in lib. De faſciis explicatæ. Gorr.

Tranſfertur & ad alia. Dicitur enim ψυχῆς ὀφθαλμὸς, vt Oculus mētis apud Latinos. Lucian. in vit. auct. τυφλὸς γὰρ ἦν τῆς ψυχῆς τὸν ὀφθαλμόν: ad eum qui dicebat οὐχ ὁρᾷ ταῦτ' ἀνὴρ λίχνος τὰ θαυμάσια. | Adhæc à tragicis poetis ſol dicitur αἰθέριος ὀφθαλμὸς, teſte Suida, quem Ariſtophanes αἰθέριος ὄμμα itidem appellat. Latinè dicere queas Lux, ſiue Lumen. Et Pind. Σικελίας τ' ἐσθλὸν ὀφθαλμὸν, Oculus Siciliæ, ſeu Lux & decus. oculis enim in corpore nihil excellentius. Cicero quoque

dixit, Hi duos oculos oræ maritimæ effoderunt. Alibi A villulas suas appellat ocellos Italiæ. Et Catullus, Insularum ocellus. Item Euripides Androm. ὀφθαλμὸς βίου, vitæ lux. Εἷς παῖς ὅδ' ἐμὶ μοι λοιπὸς, ὀφθαλμὸς βίου, vnica vitæ meæ lux & præsidium. Et Soph. Œd. tyranno, μίαν ὀφθαλμός. itidémque in Phœniss. Euripidem dixisse volunt ὄμμα Κιθαιρῶν, pro καλλιστεῦον ὄρος. Latini autē Oculus & Ocellus pro deliciis interdū vsurpāt, vt Plaut. in Pseud. Vbi isti sunt quibus vos oculi estis, quibus vita, quibus deliciæ estis, quibus suauia mellita. Et in Curc. B Bene vale ocule mi. Et in Asin. Dà meus ocellus.

In triremibus ὀφθαλμοὶ dicuntur foramina per quæ remi trahuntur, quia oculos orbiculari sua rotunditate referunt. Eust. p. 1931, λέγονται δὲ ὀφθαλμοὶ ῥητορικῶς ἐπὶ τῶν πεπλεόνων αἱ ὀπαὶ ὧν αἱ κῶπαι διείρονται.

Ὀφθαλμοὶ vitibus etiam tribuuntur. Theophr. ἔνια δὲ καὶ ῥιζοῦται ἐσπῖ, καθάπερ ἡ ἄμπελος. ἀμβλοῦται δὲ οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς ἀφορπήσεως. Quæ sic Plinius, Ægrotant & quum alsere, lasis vredine arconsarum oculis. Aliud exemplum cum eiusdem Plinii interpretatione vide in Ὄζος. In arbore quoque cui inseritur surculus c aliquis, foramen illud cui inseritur, ὀφθαλμὸς dicitur, vt in ἀφορθαλμισμὸς videre licebit. Theophr. De caus. pl. l. 1, cap. 6, de insitione, ἰδίως δὲ (videlicet χάριν ὑγρότητος) ὀφθαλμὸς ἔχων, ἀμύδρως βαθίζων καὶ ἀφ' ὧν ἔχει, ἀποδιδοὺς τὴν οἰκείαν βλάστην.

Ὀφθαλμὸν à Naz. dici etiam primam fontis scaturiginem, annotatur in v.l. At in fluuio ὀφθαλμὸς dici potest τὸ στόμα. os, siue ostium, vt apparet ex iis quæ Nili τυφῶνια appellantur, teste Eust. p. 160, vbi ait, οὐ γὰρ ἁπλῶς τὸ στόμα τυφλόν. ἀλλ' ἐμφαίνει χαρακτὴρ τὸ τυφλόστομα, ὡς δηλαδὴ καὶ ὀφθαλμὸν καὶ στόμα εἰπεῖν τὸ πρὸς ἀνάπλουν. D

Ὀφθαλμὸς dicitur piscis etiam quidam, vt testatur Camerarius, autorem non proferens.

C. Ὀφθαλμοξύλαιον, ου, Oculos iacto, seu conficio. Sic enim Lucr. & Cicero. Ausi etiam Græci fuerunt (inquit Camer.) facere Ὀφθαλμοβολῆσαι, oculos in aliquam conicere amantes.

C. Ὀφθαλμοδουλία, ας, ἡ, Seruitium gnauum & diligens, præsente hero: quasi Seruitus ad oculum. Solet enim E seruos ὁ τῶν δεσποτῶν ὀφθαλμὸς, ad labores acrius subeundos excitare, contrà eius absentia, ignauiores eos reddere. Paul. Eph. 6, iubēs seruos auscultare dominis suis, μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλίαν ὡς ἀνθρωπάρεσκοι. pro quo ad Col. 3 dicit, μὴ ἐν ὀφθαλμοδουλείαις ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, nō seruiētes ad oculum. Sic Gallicè dicitur, *Seruir au doigt*, & *a l'oeil*.

C. Ὀφθαλμοφανὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Qui oculis cernitur, seu Qui oculis apparet, Sub oculorum sensum cadens, Oculis patens. ad differentiam τῷ νοητῷ apud Chrysostomum. F Accipitur ὀφθαλμοφανὲς pro eo etiam quod ante oculos est & manifestum. (vt Cicero, Non vti demōstraretur quod ante oculos est) Strabo, ὀφθαλμοφανῆ ταῦτα ἰδιώτῃ οὐκ εὐδιάψαφά ἐστι τῆς μαθηματικῆς σημειώσεως, Quæ vel idiota suis oculis cernere potest, Quæ idiotis quoque manifesta & perspicua sunt. V N D E Ὀφθαλμοφανῶς, Manifestè, Perspicuè, More eorum quæ oculis cernuntur. Chrysost. De sacerd. ὀφθαλμοφανῶς ἰδεῖν, Manifestè cernere, seu Oculis suis videre, quod Hom. dicit ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν. G

C. Ἀντιφθαλμος, ου, ὁ ἡ, Aduersis oculis intuens. Pro Oppositus oculis, Aduersus, ἀντὶς τῆς ὄμμασι, citatur ex Epigramm.

Ἀντιφθαλμία, ας, quod & ἀντωπῶ, Intuentem obtueor. vt exponit Budæus hoc in loco, εἰ ὁ ἀβλεπουῶπις, καὶ αἰδούμενοι ἀντιφθαλμεῖν πρὸς τὸν Φίλιππον, ἐβοήθουν. Gaza in Somnio Scipionis Solem aduersum intueri interpretatus est ἀντιφθαλμῶσαι τῷ ἡλίῳ. Citatur ex Sapientiæ cap. 12, ἀντιφθαλμῶσαι δυνήσεταί σοι, pro Te obtueri. Metaphoricè autem ἀντιφθαλμεῖν capitur pro Obniti, Reluctari. pro ἀντιβαίνειν καὶ ἐναντίοῦσθαι, inquit Budæus, vt vulgò dicunt Oculum erigere, & audacter obtueri. Verbi gratia, si ostendere volumus aliquem esse nobis valde formidabilem, & cogi nos ei cedere, nec audere vllo modo reluctari, dicimus nos non audere oculum H leuare contra illum. Polyb. lib. 1, ἐπέλαβεν Καρπήσας πρὸς δεῖσθαι πρὸς Ῥωμαίους, δι' ἣν αἰπτοφθαλμεῖν δυνήσεται τοῖς πολεμίοις. idem lib. 4, in eadem significatione iunxit præpositioni πρὸς habēti accusatiuum, οὔτ' αὐτὸν δι' αὑτὸν αἰπτοφθαλμεῖν ἐδύνατο τοῖς πρὸς πάρες τῶν πολεμίων. id est Impetum hostium sustinere. Act. Apost. cap. 27, nauis itidem dicitur αἰπτοφθαλμεῖν τῷ φέρομαι, pro Obniti seu obluctari vento.

C. Ἐξόφθαλμος, Qui oculis est prominentibus, seu Cui oculi quasi extant & ὀπτῆρες sunt: oppositum habens κοιλόφθαλμος. Quanuis autem Aristot. hos ἐξοφθάλμους dicat visu esse hebetiore, Xenophon tamen in equis magis probat. τὸ ἐξοφθάλμου quam τὸ κοιλόφθαλμον: in lib. De re equ. τὸ ἐξόφθαλμον τῇ ὄψει ἐγκύρους μᾶλλον φαίνεται τοῦ κοιλοφθάλμου. (Polybius autē (inquit Cam.) transtulit ad euidentiam hoc vocabulum lib. 1. Ῥωμαῖοι δὲ πολὺ μᾶλλον χρῶνται πρὸς, ἀλλὰ τὸ δοκεῖν ἐξοφθάλμου τὴν ἀλήθειαν τῆς Corsicas. Quidam tamē vbi ἐξόφθαλμος interpr. Inconsideratus.

C. Ἐπιφθάλμιος, Oculo impositus, seu Supra oculum situs. Galen. τὰ ἐπιφθάλμια ἐπιδέσεται, partes quæ supra oculos sunt. C O N T R A Ὑποφθάλμιος, Qui oculis subiacet. Plural. ὑποφθάλμια, Genæ, vt nōnulli interpr. Ὑπόπια (inquit Camer.) quæ alio nomine ὑποφθάλμια, ossa iuxta nasum subiecta oculis: fortasse genæ (vt Cic. ait) ab inferiore parte subiectæ leuiterque eminentes. Idē, Nominat Pollux genas ὑποφθάλμιον φενακίν, id est oculorum custodiam. Plinius autem genas vocat quæ Dioscor. Κλίφακες, vt in Ὀφθαλμικὸς videre poteris. Sed inter Κλίφακες & ὑποφθάλμια magnum discrimen est.

C. Ἐπιόφθαλμος, Qui alterum tantùm ex duobus oculum habet: id est Orbus altero oculo: μονόφθαλμος autē, cui vnicum natura oculum dedit, vt cyclopibus. hoc enim discriminis inter hæc duo statuit Ammonius. Quidam apud Plut. in Polit. præc. μὴ ποιοῦσι μονόφθαλμον τὴν Ἑλλάδα. Budæus ἐπιόφθαλμος interpr. Luscus. Idem annotat, in Hippiatria ἐπιόφθαλμος ἵππος vocari equos qui varios oculos habent: quod vitium D E C I T V R Ἐπιοφθαλμία, In Hippiatr. οἱ ἐπιόφθαλμοι τῶν ἵππων ἐκ τοῦ αὐτοῦ βλέπουσι τοῖς ὀφθαλμοῖς. ὅταν γοῦν ὁ ἐπιστρέφων καὶ ὁ ἐπὶ τὰς σκάζει καὶ λείπηται τοῦ τρόπου, οὕτω καὶ οὗτοι τοῦ ὁράματος εἰσὶ δὲ καὶ πυρροὶ, καὶ ἑτερομήδιοι διὰ τὴν ἐπιοφθαλμίαν. His igitur ἐπιόφθαλμοι, siue luscі, dici videntur qui altero oculo minus vident.

C. Εὐόφθαλμος, Pulchros habens oculos, Qui venustis oculis est. Xenophon. Pæd. 8, pag. 122, τυγχάνειν δὲ πως ὀφθαλμοῖς τοιούτοις, ὡς δοκοῦσι μόνοι φαίνεσθαι ἡδέως. Dicūtur autē εὐόφθαλμοι nō tantùm qui pulchros habent oculos, sed etiam qui oculis alienis grati sunt & iucundi aspectu: vt & Eustathius docet pagina 1389, Εὐῶπες, οὐκ ἐξαίσιος εἰ καλοὶ ἢ αἰσχροὶ τὰς ὄψεις, ἀλλὰ καὶ οἱ τῆς ὁρώντων ὀφθαλμοῖς πιθανοὶ, ὡς δῆλον, ὅτι ἦ, Χρυσοῦς ἢ ἄργυρος, καὶ τὰ τοιαῦτα τοῦ δοκοῦντος εὐόφθαλμον τι καὶ ἀστεῖον. Aristot. autē Polit. 2, εὐόφθαλμον ἀκοῦσαι dixit pro Honestum siue bellum auditu, vt Camer. interpr. οὐκ ἔστιν ἀσφαλὲς τὸ νομοθετῆσαι, ἀλλ' εὐόφθαλμον ἀκοῦσαι μόνον. quem locum quidam sic verterunt, Legem ferre non est tutum, sed solùm primo aspectu quum auditur, apparet bonum. Suidas εὐόφθαλμος idem est C V M Εὔοπτος. quod tamē εὔοπτος passiuè potius capi videtur pro eo qui facilè videtur seu cernitur: Qui est conspicuus. εὐόφθαλμος, inquit, τὸ εὔοπτον. dixerat verò antè, εὔοπτος αἰήρ, καὶ εὐόφθαλμος. V N D E Εὐοφθαλμία, Cum quadam oculorū venustate & gratiâ, seu Decorè, Decenter εὐοφθάλμως, vt Harpocr. exponit apud Antiph. ἐν τῷ περὶ παώνων. quorū pauonum pennis Plinius quoque oculos tribuit, libro 13, cap. 15. Si pauonum caudæ oculos imitentur.

C. Κοιλόφθαλμος, Qui cauis oculis est, Cui oculi in cauo recessu subsident. ὁ κοίλους ἔχων ὀφθαλμούς. Opponitur ei ἐξόφθαλμος quod vide suprà. V N D E Κοιλοφθαμία, Oculorum cauitas. Alex. Aphr. Probl. lib. 1. E T Κοιλοφθαλμάω, Cauis oculis sum. seu Oculi mihi subsident & cauitatem quandam habent.

C. Λευκόφθαλμος, Qui candidis seu albidis est oculis. Est & gemmæ nomen, de qua Plinius lib. 37, cap. 9, Leucophthalmos, rutila aliàs, oculi speciē cādidam nigrām-

que continet.

C. Μεγαλόφθαλμος. Qui magnis est oculis. Vide sequens.

C. Μελανόφθαλμος, Qui nigris est oculis. In Geopon. de vaccis & bobus, ἀκάλλιστον μεγαλοφθάλμους, μελανοφθάλμους. Pro his Varronis, Obseruare debet vt sint hæ pecudes oculis magnis & nigris.

C. Μονόφθαλμος. Cui vnicum natura oculum dedit, vt cyclopibus. ἑτερόφθαλμος autem is dicitur qui alterutro orbatus est, vt Ammon. tradit. Sic Cratinus μονόφθαλμον vocauit τὸν κύκλωπα, teste Phryn. qui hoc vocabulo pro altero ἑτερόφθαλμος vti vetat.

C. Ξηρόφθαλμος, Siccoculus, vt Plautus in Pseud. loquitur. VNDE Ξηροφθαλμία, Oculorū siccitas. vel poti⁹, Lippitudinis aridæ genus. Sic enim Celsus lib. 6, cap. 6, Est etiam genus aridæ lippitudinis. ξηροφθαλμίαν Græci appellant. neque tument, neque fluunt, sed rubent tantùm, & cum dolore quodam grauescunt, & noctu prægraui pituita inhærescunt. Scribonius Largus interpr. siccam oculorum perturbationem sine tumore. sic enim ille, cap. 4, Collyrium psoricum ad caliginem & aspritudinem oculorum, siccámque perturbationē sine tumore, quam ξηροφθαλμίαν appellant. Act. lib. 7, cap. 2, καληρεσθαλμία ἢ καὶ ξηροφθαλμία καινὸν ὅτι πάσης βλεφάρων καὶ ἀπὸ τῆ ὀφθαλμοῦ. Actuar. libro 2, περὶ διαγν. παθ. cap. 7. ξηροφθαλμία ὅτι δυςκινησία τῆ ὀφθαλμῶν μετὰ πόνου, χωρὶς τινες ὑγρότητος ἐκρύσεως. diuersam autem hanc facit à ῥωμοφθαλμία.

C. Πλατυόφθαλμος, Latos seu amplos habens oculos. At πλατυόφθαλμον, à nonnullis vocatur stimmi, vt Dioscor. tradit libro 5, cap. 99, de stimmi loquens, τῆ τοὶ μὲν εἰσὶ, οἱ δὲ πλατυόφθαλμον, οἱ δὲ λαφθασον ὀνομάζουσιν. Nominis causam Plinius exponit lib. 33, cap. 6, itidem de stimmi siue stibio, Vis eius, adstringere & refrigerare, principalis autem circa oculos. nanque ideo etiam plerique πλατυόφθαλμον id appellauere, quoniam in calliblepharis mulierum dilatet oculos.

C. Σκληρόφθαλμος, Qui durus est oculis, seu Qui dura lippitudine laborat. NAM Σκληροφθαλμία nonnulli interpretantur Lippitudo dura, sicut Celsus ξηροφθαλμίαν esse dicit aridæ lippitudinis genus. Quid autē sit σκληροφθαλμία, definit Paul. Ægineta lib. 3, cap. 22, ἡ μὲν σκληροφθαλμία, σκληρότης καὶ δυςκινησία ὅλου τοῦ ὀφθαλμοῦ καὶ ἑρύθους. χωρὶς ὑγρασίας. Gorræus σκληροφθαλμίαν esse dicit quum non ipse modò oculus durior est, & ad motum pigrior, dolénsque simul & rubicundus, sed ipsæ etiam palpebræ duriores sunt & rubicundæ, adeo vt nihil vnquam humoris remittant, sed in earū angulis grandes concrescunt paruæ, contortæ & subaridæ, nec facilè post somnum vel aperiri vel inuerti possint propter duritiē. differre autem ἀπὸ τῆς ξηροφθαλμίας sola magnitudine, q̄ quum hæc propter siccitatē, dura etiam necessariò sit, multo tamen quàm illa minus dura sit, & leuiorem dolorem moueat.

C. Τριόφθαλμος, (q. d. Trioculus) Cui tres sunt oculi. Gemmæ nomen, de qua sic Plin. l. 37, c. 11, Triophthalmus cū onyche nascitur, tres hominis oculos simul exprimēs. At τριόφθαλμοι homines qui fingūtur, περατώδεις sunt. Plutarch. περὶ πολυπραγμ. Περὶ τῶν τῆ περάτων ἀγρεῖν αἱ περιφέρονται, τοὺς ἀκεφάλους καὶ τοὺς γαλεάγρας καὶ τοὺς τριοφθάλμους καὶ τοὺς τριοὺτοφάλους καλουμένους καὶ ζητοῦσιν.

C. Ὑγρόφθαλμος, Qui humidis est oculis, Cui oculi fluunt. cui opponitur ξηρόφθαλμος. Ac sicut à ξηρόφθαλμος fit ξηροφθαλμία, ita & ab hoc formari potest ὑγροφθαλμία, Lippitudo.

Ὀφθαλμοειδής, Oculi speciē gerēs. Oculeus autē paulo alio sensu vsurpauit Plautus, vt in Παιδίῳ videre licet.

Ὀφθαλμικός, ή, ό, Ad oculos pertinens, Ocularius. Dioscor. lib. 1, cap. 11, de malabathro, ὠφελεῖ τὰς ὀφθαλμικὰς φλυκταίνας ἁρμόζει δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὠτίων, καὶ λεῖον ἐπιχριόμενον. pro quibus Plin. lib. 23, c. 4, Oculorum epiphoris vino expressum vtilissimè imponitur. Et ὀφθαλμικὰς ἐπιχύσεις, oculorū circūlitiones, quas easdē fere cū calliblepharis esse existimat Marcel. apud Dioscor. Et ὀφθαλμικὰ φάρμακα, medicamenta oculorum. nam quod Dioscor. lib. 5, cap. 84, de cadmia dicit, χρησμεύει ὃ ὠφελεῖ μὲν τὰ ὀ-

φθαλμικὰ φάρμακα ἀβοτρυῶδες δὲ ὀνυχίτης καλουμένη, id ita Plinius lib. 34, cap. 10, de Botrytide cadmia, Oculorum medicamentis vtilissima. Interdum ὀφθαλμικὰ absolutè ponitur pro ὀφθαλμικὰ φάρμακα, vt apud eundem Dioscoridem lib. 2, cap. 7, de mitulis, ἰδιαίτερον ἡ πλινθίτης ὡς μόλιβδος, χρησιμεύουσι εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ σὺν μίλτῳ ἐκτήκουσι παχύτητας βλεφάρων, καὶ σὺν χύμει λευκώματα. quæ verba idem Plinius sic Latinè reddidit, Lauantur quoque mituli plumbi modo, ad genarum crassitudines, & oculorum albugines. Ὀφθαλμικὸς vocatur etiam Ocularius medicus, vt Corn. Celsus appellat: ὁ ὀφθαλμῶν ἰατρὸς, Herodoto & Luciano. Vtitur autem eo vocabulo Martialis lib. 8, Hoplomachus nūc es, fueras ophthalmicus olim: Fecisti medicus quod facis hoplomachus. In hoc autem ὀφθαλμικὸς absolutè potito subaudiri potest ἰατρός. Vtitur & Gal.

Ὀφθαλμίδιον, Ocellus. Aristoph.

Ὀφθαλμίας, Plauto piscis ille quem Plin. oculatam nominat. Sunt qui eundem cū μελανούρῳ esse velint. Plin. tamen l. 32, sub finem, diuersos facit hos duos, oculatam & melanurum.

C. Ἀφοσιόω, siue Ἀφοσιοῦμαι, Facio aliquid animi religione soluendi causa. Animos enim obstrictos religione habere se dicebant quum aut legitima statáque sacra suo die non peracta fuerant, aut non ritè peracta: aut quum piaculum quouis modo admissum augures aruspicésve nuntiabant. Plato libro 9 Leg. ἀφοσιούμεθα ὑπὲρ αὐτοῦ τι καὶ ὑπὲρ τῆς συγγενείας ὅλης, vt se huius accusationis cædis religione, τὸ πιωρεῖν τῷ φονδλήτῃ, & totã cognationem liberet. Hæc Bud. pag. 284. Exponitur non solùm Religione libero, sed etiam Expio, Procuro tristem aliquam expectationem ob numen violatum, aut alias infensum & minabundum. Æschin. πόλιν τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἀφοσιῶ, ciuitatem expio & religione obstrictam absoluo. Plato, ἢ μὴ ἀφοσιώσῃς σεαυτὸν τι καὶ ὁκεῖνον. Plutarchus Cæs. ἀφοσιωμένους τὸ ψεῦδος ὅρκωμα, vt expiarent fœdus violatum. Idem in Camillo, καλέσας τοὺς τῶν προεστώτων ἄχρις τὴν σύγκλητον εἰς ἕνα τὸν αἴτιον πρίασθαι, ὑπὲρ ἄλλων ἀφοσιώσασθαι, iubentes piaculum in vnum qui autor fuisset, conuertere senatum, & pro aliis expiare. Greg. ὅσα δίχα χοῶν τι καὶ ἀπαρχμάτων ἢ σιτμάτων καὶ αὐλίων ποδρίπτων ἀφοσιοῦται τοὺς ἀπαθόντας ἀβρώτους, B expiant mortuos. Pass. signif. vsus & Plato in Phædro, πρὶν εὖ ἐξ ἀτιμίας πρὸν αὖ ἀφοσιώσασθαι, antequam expier. Budæus pag. 285, & 286. Item Iusta facio, Iusta persoluo. Herodianus libro 4, πομπεύσαντας ὡς χρὴ τῷ μισήμονι τῶν ἀπολωλότων, ἀφοσιωσαμένους τὰ πρὸς ἐκεῖνον, Honore habito illius memoriæ, iustisq; omnibus persolutis, Quum iusta funeri persoluerimus. Non quòd ἀφοσιοῦσθαι (inquit Budæus pagina 288) priuatim significet iusta facere (licet quidam τὰ ὅσια & τῷ ὁσίᾳ pro iustis funerum intelligant) sed quòd ἀφοσιοῦσθαι in vniuersum significet τὰ δίκαια καὶ ὅσα ποιοῦσι πρὸς πατρίδα, hoc est Officia non negare, cultum debitum ita exhibere ne reprehendi possit negligentia. Igitur Ἀφοσιοῦμαι, Defungor. vnde qui defunctus alicuius imperio est, dicit ἀφωσιωσάμην, vt & Chrysost. docet cõm. in epist. ad Ephes. capite 4, vbi post verba in Ὀμὼξ citata, dicit, τοιοῦτον, οὐδὲν ὀφείλω αὐτοῖς λοιπὸν, οὐκ εἰμὶ ἔτι δοῦλος. οὕτως ἐκεῖνος ἡμῶν λέγει καὶ τὸ Ἀφωσιωσάμην, καὶ ὅσα παῦται, τοιοῦτόν τι ὃ μηδὲν ὀφείλω, Officio defunctus sum, Nihil debeo. vt qui iusta funeris fecit mortuis, iam dicere possit, οὐκέτι ἔστι δοῦλος λοιπὸν εἰμὶ αὐτοῖς. Herodot. Melpom. ἀποωμόσαντο ἢ ἐξοίσεσθαι, defungi iurisiurandi religione volens, vt Budæus interpretatur pag. 286, vbi in simili loquendi genere ex Liuio affert, Defuncti regis imperio: Græcè reddens, ἀφοσιωσάμενοι τὸ τῆ βασιλέως προστάγματι: (Vbi etiã N O T A Ἀποσυόμενος Ionicè vsurpatum pro Ἀφοσιούμενος) At Herodianus lib. 2, μετὰ τὸν ὕστερον τῆς Περσέπτας βασιλείας ὅρκον ἀφοσιώσασθαι, iuratus fidem principi, interprete Politiano. (at Bud. p. 288 sic, Quũ in verba ipse augusti adactus milites etiam iureiurando adegisset. hoc est, Quum rectè atque ordine in ea parte reip. officio functus esset) Budæus ea pagina, quum ex Basil. epist. attulisset, ἀλλ' οὕτως ἀφοσιωσάμενος τὸ καθ' ἡμᾶς ἀπλῶς, interpretatúsq; esset, Sese existimans defunctum officio mei conueniendi, quòd semel tantùm domum meam venerat: addit, Et Ἀφοσιώσασθαι est Defunctoriè agere & strictim quidpiam tractare, non planè nec exactè. Plato lib. 6 De leg. ἀφοσιώσασθαι δεῖ τῆς χαίρας λῶν ὡς κατπιπίζειν. Item pagina 183, Verumenimuero ἀπὸ τῆς ὁσίας deriuatum est Ἀφοσιοῦσθαι, E quod ὁσίας ἕνεκα ποιεῖν τι significat, hoc est ἕνεκα τοῦ ἀμέμπτου καὶ ἀνεπιλήπτου. hoc est, hactenus vt reprehensione careat qui fecerit. quòd qui faciunt, perfunctoriè agere & defunctoriè dicuntur. est enim ἀφοσιοῦσθαι, Non animi intentione, non ex animi promptitudine & cum intentione agere, sed quouis modo, & quasi prævaricari, καὶ παραίτιος εἶναι, ea tantùm gratia ne incusemur ob rem neglectam. Gregorius εἰς Βασίλειον, de laudatione eius loquens, ἐμοὶ τὸ ὀφειλόμενον τοῦτο χρέος ἱκανῶς ἀφωσιωμένον, mihi enim hoc debitum hactenus erit persolutum vt quidem eo defunctus esse videar. In eadem oratione, πῶς ἀφοσιοῦται πως ἑαυτὸν, quodammodo vt vnum se fecit ex populo, licet apertè planéque & bona fide Christianum non egerit. Idem, ἵνα τι τοῦ ἡμέτερον ἀφοσιώμεθα πόθου, καὶ τῷ παντὸς ἐπιτρέψει τὸ εἰκὸς ὁκπληρώσωμεν, vt & desiderio nostro aliquãtum satisfaciamus, & multitudinis frequenter circunfusæ expectationi respondeamus. Isæus, οὐκ ἀφοσιούμενος, ἀλλ' ὡς οἷόν τε ἄριστα παρασκευαζόμενος, nec prævaricabundè nec perfunctorie aut quolibet modo, sed quàm fieri potest optimè omni apparatu instructus. Quicquid igitur non enixè, non bona fide & strenuè, sed perfunctoria fit opera, ἀφωσιωμένον dicitur. Hæc Bud. p. 283 & 284 & 186, Et pag. 284, ex Plutarchi Pericle, περὶ τὴν κατηγορίαν ἅπαξ διασῆναι μόνον, ὡς ἂν ἀφοσιούμενον, quasi prævaricãtem. Et pag. 288 ex Plat. Phædone, περὶ ἀφωσιῶσθαι ποιήσαντα ποιήματα, vtcunque finxisse poemata & carmina: vbi ἀφοσιοῦσθαι interpret. Leuiter aliquid agere & defungẽdi gratia. Et paulo antè ex Synes. ὥστε ὀμολήσας φορτίον ὅσον ἀφοσιώσασθαι τῷ μετὰ σώματος βίῳ, hactenus in curis versatus vt curare vtcunque corpus quirem ad vitam tolerandam. Ἀφοσιωσαμένη τὴν δεᾶν ex Herodoto pro Soluẽs primitias deæ & honores exhibẽs. Ἀφοσιοῦσθαι (inquit Bud. pag. 287) Abominari auersarique, & velut atrum infaustumque detestari. Plutarch. Cæsare, πάντως ἦν ἀφοσιώσασθαι τὴν ἡμέραν, hoc die tanquam infausto nefastóque nihil agere, & ἀπραγμόνως τὴν ἡμέραν ἀγαγεῖν. Et de Mithridatis defuncto ad Pompeium allato, οὐχ αὑτῷς ἰδὼν ὑπέμεινεν, ἀλλ' ἀφοσιούμενος τὸ μίασμα τὸν, εἰς Σινώπην ἀπέπεμψε, inuidiam facinoris detestatus & ἀποδιοπομπούμενος. Et in Publicola, ἀφοσιούμενοι τὸν Ταρκύνιον, detestantes Tarquinium, seu Abhorrentes à Tarquinio. Et in Numa, ὥσπερ ἀφοσιούμενον τὸ μὴ λιμοδοξῆσαι, ceu piaculum esse ducãt. Inde fit vt pro Recusare & repudiare munus oblatum ponatur. vt apud eundem Plutarchum in Antonio, ἀφοσιούμενος δ' αὐτὸ καὶ δεδοικὼς λαβεῖν. Idem in Numa, βιαίοις λόγοις ἀφοσιοῦται τὴν βασιλείαν, huiusmodi verbis regnum abnuit. Et in Pericle, ἀφοσιούμενος ἀπεχώρησε, repudiata accusatione discessit. Cui significationi vicina est ea qua pro Deprecari ponitur. Plutarchus De defectu oraculorum, ἃ δρῶσιν αἰσχυνόμενοι, μιάσματα δαιμόνων ἀφοσιούμενοι καὶ παραιτούμενοι, quæ agere solent homines damonum illorum iracundiam deprecantes atque placantes. Idem Sympos. 4, τὸν δ' ἀφοσιωσάμενον, καὶ καλέσαντα καθ' ἑαυτὸν ὁρᾶν καὶ προσεύξασθαι τοῖς θεοῖς, rem deprecatũ & auersatum. Ἀφοσιοῦμαί σοι τὸ χρέος ex Constant. Lascar. gramm. pro Remitto tibi debitum.

Ἀφοσιόω, Consecro, Dico. Athen. lib. 12, καὶ τοὺς ἁπλῶς τὴν ἐπιμελουμένας ἑαυτῶν κόρας ἀφοσιοῦντας, quibus mos est puellas suas Veneri meretrici prostituere atque consecrare. quod Strabo dicit αἰσχύνεσθαι. Locum citat Budæus pag. 287. Ἀφοσιούμενα Hesychio ὅσον πατεύμενα. Idem, Ἀφοσιῶται, ἀπαξίωται ὁσίων χαίειν. Item, Ἀφοσιούμενος, τοὺς τῶν ξυσίαν. Et Ἀφοσιούμενοι, οἱ ὑπὸ κείνου ζωπυρούμενοι, πεμπόμενοι. Item ex Thyeste secũdo Sophoclis, Ἀφωσιωμέναι, κἀόσιαι, ἅπερ ἐστὶ τὰ ὁσίοις γεγωνυμένα.

Ἀφοσίωμα, Piaculum. Ἀφοσιώματα Hesychio, καθάσματα, καθάρσια.

Ἀφοσίωσις, Expiatio, seu Expiatio quæ fit animum exoluendi religione gratia. Plutarch. ἀφοσιώσεως χάριν τὰ τοῦ βασιλέως ἀποδιοπομπούμενοι, Vt soluant animum religione, Ne infestẽtur conscientia admissi piaculi. Bud. pag. 285 & 286. Idem Plut. χρῶνται δὲ μάλιστα αὐτῷ ὅτι πρὸς ἀφοσιώσεις καὶ θείους καθαρμούς. Et ἀφοσιώσεως ἕνεκα, pro quo suprà, ὁσίας χάριν, siue ὁσίας ἕνεκα, dicis causa. A Budæo exponitur, Vt me religione absoluerem. Ponitur etiam Parua siue defunctoria libatio. Et ἐκ ἀφοσιώσεως, Defunctoriè, Languidè, Remissè.

C. Ἐξοσιόω, Sanctum reddo. Hesych. ἐξοσιοῖ exponit δικαιοῖ & ἐξοσιοῦσθαι, ὅσιος γενέσθαι. Item Expio. vnde

οἱ ἐξιασάμενοι, Expiati. At ἐξιασώσασθαι τὰ θεῖα, apud Plut. redditur Expiare diuina: intelligit autem is (vt opinor) Pro curare & expiare ea quæ à diis significãtur. in lib. De deo Socratis, εὐχαριστεῖν δεῖ παρὰ θεοῦ εὐχὴ πάλιν, ἀλλ' ὅσιον ἐξιασώσασθαι τὰ θεῖα. ‖ Ἐξιασμένον, Dicatum, Consecratum. Gaza, ἐξιασμένα δῶρα καὶ κυριωτέρας καὶ ἀγιωτέρας τῆς ἱερᾶς ὄντα. ‖ Ἐξιασθῆναι καὶ φρουρεῖν ἀκοίμητον τὸ πῦρ ex Plut. Camillo, Ignem sacrum habere ac perpetua vigilia seruare. A

C. ΚΑΘοσιόω, Sanctum sceleriſque purum reddo. quod theologi Sanctifico. Suid. ὁ ἑαυτὸν δι' ἁγνείας καὶ ἔργων ἀγαθῶν καθοσιώσας καὶ τῷ θεῷ ἀφιερώσας, quem esse ὅσιον dicit. Et καθοσιωμένος, sceleris purus, ex can. 18 concil. Sardicensis. ‖ Καθοσιόω, Expio. Plut. Solone, καθοσιώσας τὴν πόλιν καθαρμοῖς, qui vrbẽ expiationibus ad religionem instituit. ‖ Exponitur etiam Sacrifico. Aristoph. Pluto, πόλλα καὶ θεοδύμαλα καθωσιώθη. nisi malis Consecrata & dicata sunt. ‖ Nam Καθοσιόω accipitur etiã pro Consecro, Dico, vt καθιερόω. Synes. epist. 67, καθοσιώσας τῷ θεῷ τόπον ἀλλότριον. Vnde τὸ καθοσιωθῆναι & καθωσιωμένον, consecratum & dedicatum, seu dicatum. Plut. de deo Socr. ἱερὸν ὄντα καὶ θεοῖς θεῶν καθωσιωμένον. Homo etiã aliquis alicui καθωσιωμένος dicitur cui deuotus & addictus est. Herod. lib. 7, τῷ τε Μαξιμίνῳ καθωσιώθησαν, ὑφ' οὗ καὶ πλεῖστα ἠγαπήθησαν ἐπὶ τοῦτο, principi suo deuoti. Aliquanto antè, φίλτατόν τε ὄντα καὶ καθωσιωμένον τῷ Μαξιμίνῳ, carissimum deuotissimúmque Maximino. B

Καθοσίωσις, εως, ἡ, Sanctificatio. ἡ πρὸς θεὸν καθοσίωσις Suid. dicit, exponens quid sit ὁσιότης, id est Sanctitas, Sanctimonia. ‖ Ab eodem Suida καθοσίωσις exponitur δικαίωσις, κατάκρισις, ὥσπερ τὸ κῦρ τοῦ ὁσίου γίνεται, id est κῦρ τοῦ βασιλέως. cuius significationis hoc exemplũ affert, de Symmacho, δεδιὼς τὸ τῆς καθοσιώσεως ἔγκλημα, ὃ τοῖς ἐπὶ ἐκκλησιῶν σπουδαῖς προσκαπτόμενον. Et de Christo, ὃς γὰρ τόμως αὐτὸν παρεδώκαμεν καὶ εἰς καθοσίωσιν οὐχ ἡμάρτομεν. C D

ΟΣΤΕΟΝ, ΕΤ Ὀστοῦν, Os, ossis. Od. α, Ἐγκατὰ πᾶσαν ἄρηρας καὶ ὀστέα μυελόεντα. Od. σ, ὀστέα δ' ἐνθάδε ἔλασσεν. Iliad. π, Ῥῆξεν δ' ὀστέον ἔγχος. Iliad. ψ, Αἶψα μὲν χρόα πᾶν ἐπέδραμε, σὺν τ' ὀστέ' ἔδαξε. Rursum Iliad. ω, κάδον δὲ ὀστέα λευκά. Od. γ, & alibi, λίπεν δ' ὀστέα θυμός. Iliad. η, σὺν δ' ὀστέα πῦρ ἐφύσσεν. Odyss. α, οὐδέ που λοιπὰ ὀστέα πύλησι θύρῃφι. Iliad. ψ, Ὀστέα Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο λίξωμεν, colligamus ossa Patrocli. Sic Iliad. ω, Ὀστέα λευκὰ λίγοντο κατ' ἀμφιπυρα. Iliad. ψ, Ὡς δὲ καὶ ὀστέα τοῖιν ἀμὴν σορὸς ἀμφικαλύπτοι. Vsurpãt prosæ quoque scriptores tam ὀστέον & ὀστέα, quàm ὀστοῦ & ὀστᾶ. Plut. Probl. Rom. κατάγμης ὀστέον. Athen. lib. 10, πλεύμονος δ' αὐτῇ καὶ καρδίας οὐκ ἐχούσης μίαν ὑδρίαν τὰ ὀστέα. Et lib. 9, ὀφρῦς ὅση πλῆς ὀστέων ὑπερκύπτουσα. Idem lib. 6, πρὸς τοὺς ὀστοῦ κρέας. Paul. Attic. τὰ ὄντα τοῖς χρῶσι ὀστᾶ. Plut. Symp. 2, πεπλατύσθαι τὰ ὀστᾶ. Plato Phædro, ὅπου ὀστέων ὀστᾶ προσχρῶνται. Et apud medicos ὀστοῦν ἱερόν, os sacrum: quod duobus modis à Galeno vsurpatur: vno quidem, latius, vt coccygem etiam comprehendat: (vt lib. 12 De vsu part. quum scribit os sacrum constare ossibus quatuor, tribus videlicet propriis & coccyge) altero autem, specialius, eam tantùm partem significans quæ reuera sacra est, id est magna & lata, quantum nimirum huius cum osse ilii per synarthrosin iungitur. hac enim sola parte reuera ἱερὸν est, id est magnum atque latum: tunc neque eius reliquum gracilescens semper ac tenuatum, donec in tres cartilagines acutissimas desinat, coccygem appellat. Plura vide suprà in Ἱερός, tomi primi col. 1644, litera F. Genit. poet. ΕΣΤ Ὀστίφιν, vt κεφαλῆφιν. Od. ξ, Ὑπὸν ἀπ' ὀστίφιν ἐρύσαι. Et Od. μ, πολιὸν ἀμφ' ὀστίφιν ἧκε Λίθρων πυθομένων, pro ἀμφ' ὀστᾶ. ‖ Dithyrambica verò audacia quidam γῆς ὀστᾶ vocãs τοὺς λίθους, (i. Lapides, Saxa) dixit, γῆς ὀστέοισιν ἰσχεμοθεὶς ἐπόδεσσι, hoc est λίθοις περικόψας. ‖ Ὀστᾶ teste Suida dicũtur etiã οἱ λογισμοί: quoniã ipsa ὀστᾶ φύσιν ἔχουσι στερεωτέραν καὶ φέρει τὸ ζῷον. E F G H

C. Ὀστοθήκη, ης, ἡ, Ossium theca, Loculus vbi mortuorũ ossa conduntur.

C. Ὀστώπης, Ossa tundens. vt ὀστώπης ὀδύνη, ossium dolor quo veluti tunduntur: species lassitudinis inflammatoriæ, quum non solùm musculi, sed tendones etiam & nerui per exercitationem nimium excalfacti, attraxere quippiam ex circunfusis sibi excrementis. Dicitur autem ὀστώπης, eo quòd tẽdones ipsis ossibus adhærentes infestans hæc affectio, videatur in imo ac circa ipsa ossa consistere. Latini dicunt Ossifragus. Pro eodem ex Hippocrate AFFERTVR Ὀστεώδης.

C. Ὀστολόγος, Qui ossa legit seu colligit. ὀστᾶ λέγων: vt qui crematorum cadauerum ossa inter cineres colligit. Ὀστολόγοι nomen tragœdiæ Æschyli apud Athen. lib. 15. ET Ὀστολογέω, Ossa lego, Ossa colligo. Suidæ ὀστολογεῖν est ἐξετάζειν, ἐξιχνιάζειν, Perquirere, Indagare: sumpta metaphora ab iis qui in crematorum corporum cineribus ossa perquirebant & cũ diligentia aliqua colligebant. AT Ὀστολογία apud Galen. in Medico, pro Liber de ossibus, Sermo seu tractatus de ossibus.

C. Ὀστομαχία, VEL Ὀστομάχιον, Quum ossiculis certatur ludendo, Ossiculorum certamen, seu ludus, Auson. in epist. ad Paulinum, Simile vt dicas ludicro quod Græci ὀστομαχέτι vocauere. ossicula ea sanè ad summã quatuor figuras geometricas habet. sunt enim æquilatera vel triquetra, extentis lineis, aut rectis angulis vel obliquis. ἰσοπλευρᾶ ipsi vel ἰσόπλευρα vocant, ὀρθογώνια quoque & σκαληνά. Harum verticularum variis coagmentis simulantur species mille formarum, elephantus bellua, aut aper bestia, anser volans, & mirmillo in armis subsidens, venator & latrans canis: quin & turris & cantharus, & alia huiusmodi innumerabilium figurarum, quæ alius alio scientius variegãt. Sed peritorum concinnatio miraculum est, imperitorum iunctura ridiculum. Sueton. Ossiculis ludere dicit in Augusto, cap. 83, Modò talis aut ossiculis nucibúsque ludebat cum pueris minutis, quos facie & garrulitate amabiles vndique conquirebat. Sic enim Brodæus ibi legit: Turnebus verò Ocellatis legendum putat. Beroaldus in quodam codice veteri scribi ait Castellaris, (de quo ludo Iul. Capitolinus in Galieno, Qui castella è pomis strueret) in alius codicis sinceriori margine Oscillaris.

C. Ὀστοφανίω, Ossa ostendo, Ossa conspicienda præbeo. In Hippiatria de hydriasi, αἱ πλάκες παρ' ἑκάτερα τοῦ ὤμου ὀστοφανοῦσι. vbi Bud. interpr. Ossa habent eminentia præmacie. nam macilenti ossa sua veluti ostendunt.

C. Ὀστάγρα, ας, ἡ, Forceps seu volsella qua ossa eximuntur, λαβὶς qua ossa extrahuntur. Gorræus dicit esse instrumentũ chirurgicũ quo ossa vel attolluntur vel deprimuntur, vel omnino loco mouentur. Galen. Therap. lib. 6, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς ὀστάγρας αἰσθήσεται ἢ ἀναπλάσασα ἐνίοτε τὴν ἰχῶρος σωπεύσαν ἰσχάν. Non malè interpretabimur Volsella seu forfex qua ossa eximuntur. vt Celsus lib. 7, cap. 12, de dentibus, Protinus autem vbi plus sanguinis profluit, scire licet aliquid ex osse fractum esse. Ergo specillo conquirenda est testa quæ recessit, & volsella protrahenda est. Et aliquanto pòst, Quotiescunque dente exempto radix relicta est, protinus ea quoque ad id facta forfice, quam ῥιζάγραν Græci vocant, eximenda est.

C. Ἄοστος, Exos, vt Lucr. & Plautus loquuntur, id est Ossa non habens, vt μαλάκια & quædam reptilia. Vide ὀστρακόδερμα. Hesychio ἄοστος est ὁ θαλάσσιος πολύπους, σκώληξ. Sic apud Hesiod. ἄοστος ὃν πόδα πάτει. De quo vide Erasm. in Prouerb. Exos suum rodit pedem.

C. Δίοστος, Gemino osse constans.

C. Μονόστος ET Μόνοστος, Vnico & solo osse constans: cui opponitur πολυόστης. Aristot. lib. 4 De part. anim. οἱ δὲ λύκοι καὶ λέοντες μόνοστον τὸν αὐχένα ἔχουσι, collum perpetuo osse rigens.

C. Ὁλόστιος, Qui totus osseus est, vel Ex solido osse constãs. AT Ὁλόστιον herba per antiphrasin sic nominata. Plin. lib. 27, cap. 10, Holosteon sine duritia est herba, ex aduerso appellata à Græcis, sicut fel dulce: tenuis vsque in capillamenti speciem: longitudine quatuor digitorum, ceu gramen, foliis angustis, astringens gustu. Apud Dioscor. autem lib 4, c. 11 (vnde Plinius hæc desumpsit) in vulg. edit. SCRIPTVM Ὁλόστιον.

C. Περιόστιος, Ossibus circundatus, vel Ossa circũdans, Ossa

ambiens. vt φελέσιν ὑμέναις apud Gal. Membranæ quæ ossa cingunt, seu tegunt.

C. Πολυόστιος, Multiplici constans osse, Multa habens ossa: oppositum τῷ μόνοστος siue μονόστιος. Πολυόστιον dicitur etiam superior pedis pars prope digitos: alio nomine πέλλον & ὄρος vocata. sunt enim reuera multa ibi ossa. Vide Ὄρος.

Ὀστώδης, ους, ὁ καὶ ἡ, Osseus, Osse abundans vel Ossi similis. vt ὀστώδης γλῶττα, Lingua ossea, Lingua duritie ossea. Athen. lib. 7, ex Aristot. de labracibus, μανήρεις εἰσὶ καὶ σφυροφαγοῦσι· γλῶσσαν δ' ἔχουσιν ὀστώδη καὶ πρόσπφυκυῖαν. Et lib. 6, ὀστώδεις κρέας, Caro cui multa ossa insunt.

Ὀστίνος, Osseus, hoc est Ex osse factus. ET Ὄστινος, pro eodem. v. l.

Ὀστίτης μυελός, Medulla quæ in ossibus est, Ossium medulla. Ruf. Ephesius, ὁ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις ὀστίοις μυελός, ὀστίτης, ἐάν τι ἐν μεγάλοις ᾖ κοιλώμασιν, ὡς τὸν ἐν μηροῖ καὶ βραχίονι· ἐάν τι ἐν σπονδύλοις, ὡς τὸν ἐν πλευραῖς καὶ κλισίν.

Ὀστάριον, ου, τό, Ossiculum. Epigr. lib. 2, ὡς ἐμὰ κίχλαι Αἱ νέκυες ξηραῖς ἥκατε χερσὶν ὀσταρίοις, siccis ossiculis.

C. Ἐξοστίζω, Exosso (vt Plaur. — hic me vt murænam exossare cogitat. Vtitur Colum. quoque & alii pro Ossa eximo) Vnde ἐξωστιωμένος, Exossatus, Cui ossa exempta sunt. Vel ἐξηρθρωμένος, Luxatus. AT Ἐξόστωσις, Ossis eminentia & extuberatio, quacunque corporis parte præter naturam contigerit. Peculiari tamen nomine ossium tubera quæ in genis continguntur, σατυρισμοὶ nominantur. Gorr.

Ὄ'ΣTPAKON, ου, τό, Testa. Dicitur vel de testa quæ ex figulina terra conficitur, vel de ea qua pisces quidam intecti sunt. De figulina hæc addam exempla. Herodianus libro 7, αἱ ἀπὸ δῶτις εἰς τὰ δώματα, τῷ τε κεράμῳ βάλλοντες αὐτούς, καὶ λίθων βολαῖς τῷ τε ἄλλων ὀστράκων, ἐλυμήναντο αὐτούς, regularum testarumque iactibus. Plutarch. De sera num. vind. Τοὺς Ἀδωνίδος κήπους ἐν ὀστράκοις ποιοῦσι λιπαίνουσι καὶ θερμαίνουσι. Et Hippocr. περὶ χωμαγκίης φύσιος, in fomento sicco, seu ἐν τῇ ξηρᾷ πυέλῳ, adhibet ὄστρακα θερμὰ καὶ διάπυρα, testas calentes & ignitas. Alexander Aphrod. lib. 2 Problem. ὀρέγονται ὀστράκων, testas appetunt. Item ὄστρακα καλλίνα Galeno, Testæ ex calai lapide. Aliud exemplum cum Plinii interpr. habes infrà in ὀστρακίτης. Porro & de piscium testa dicitur, vt suprà monui. Aristoteles de platea aue conchas deuorante, εἶτ' οὕτως τὰ κρέα μὲν ἐσθίει, τὸν δ' ὀστράκων μὴ ἀπέπτυσε. pro quibus Plinius, Atque ita ex iis esculenta legit, testas excernens. Rursum Aristot. de purpuris, τὰς μὲν ἐν μικρᾷ μετὰ τὸν ὀστράκων κάθυσιν, τὸν δὲ μείζονων ἀφελόντες τὸ ὄστρακον, ἀφαιροῦσι τὸ ἔδεσθαι. pro quibus iterum Plinius, Et maioribus quidem purpuris, detracta concha auferunt: minores trapetis frangunt, atque ita demum rem eum excipientes Tyrii. Vbi nota eum ὄστρακον interpretari Concha. Plut. De exilio, οἱ κοχλίαι ζῶντες ὀστράκοις συμφυεῖς ὄντες. Aristophanes Ranis, ἢ τοῖς ὀστράκοις κρούσας μᾶλλον Εὐριπίδου. ex quo loco Didymus apud Athenæum lib. 14 colligit, εἰωθέναι ζωγράφους ἐπὶ τῆς λύρας κοχλίαν καὶ ὄστρακον συμφοῦντας, εὔρυθμον ἦχον ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχουμένοις. Ὀστράκου κεστροειδοῦς, genus ludi qui alio nomine dicitur ὀστρακίνδα, vt Pollux scribit lib. 9, pag. 494: citans Plat. in Phædro, vbi ait, φυγὰς δὲ γίγνεσθαι ὀλίγους τινάς, καὶ ἀπιστεῖσθαι ὑπ' αἰσχύνης, ὁ πρὶν ἐφασκεν, ὀστράκου μεταπεσόντος ἐστὶν ὃ τοῦτο ἐποίησεν. ὁ δὲ αἰσχύνεσθαι διώκειν αἰφνιδίων καὶ ἐπιθαίων. Metaphoricè verò de subita rerum mutatione dicitur & conuersione repentina, qualis est eorum qui ludunt ὀστρακίνδα. Eunap. ὥσπερ ὀστράκου μεταπεσόντος, ὅτι τὸ βέλτιον ἐχώρησε Ῥωμαίοις, veluti ostraco conuerso res Romanæ in melius cessere. Plura vide apud Erasmum in prouerb. Testulæ trãsmutatio: item in Ὀστρακίνδα & Ἐπιστρακισμός. Porro de ipso ludo hæc Platonis comici verba citat Eustath. pag. 1160, ἔξεστι τοῖς παιδικοῖς πύπτειν εἰ ἑκάστοτε χαμαιλεὼν ὀφθῇ τῶν ἐδῶν ἐφεζόμενος, διαπεμπόμενοι δι' ἑαυτῶν, ἐρωτᾶν αὐτόν, εἰ μὲν ἐκεῖθεν τῆς γραμμῆς, οἱ δ' αὖ ἐκεῖθεν. εἰς δὲ ἀμφοτέρωσε ὄστρακον αὐτοῖς αἴνιττον εἰς μέσην ἰέναι. κἂν μὲν πίπτῃ τὸ λευκὸν ἐκποδών, φθάνει τὸν πρὸς ἑσπέρας δεῖ, πρὸς ὃ διώκειν· δὲ αἰφνιδίως τὸ ὄστρακον, ὅπερ λέγουσι, νὺξ ἢ ἡμέρα. vbi τὸ λευκὸν & ἡμέρα vocatur τὸ ἀπίσσωτον, ea ostraci pars quæ pice oblita non est: νὺξ autem, τὸ πισσωτὸν seu πεπισσωμένον, & μέλαν, imitatione Homeri, qui dixit νέφος μέλαν ἠύτε πίσσα. Erat etiam ὄστρακον quoddam cui in comitiis nomina eorum inscribebat populus quos ob potentiam & gloriam ferre non poterat. De quo sic Plutarch. in Aristide, nõ ita procul ab initio, ὄστρακον λαβὼν ἕκαστος, καὶ χαράξας ὃν ἐβούλετο μετοικῆσαι τῶν πολιτῶν, ἤνεγκεν εἰς ἕνα τόπον τῆς ἀγορᾶς περιφραγμένον ὑπὸ κύκλῳ δρυφάκτοις. οἱ δ' ἄρχοντες πρῶτον μὲν διενεῖμαν τὸ σύμπαν ὑπὸ ταῖς τῶν ὀστράκων πλῆθος· (εἰ γὰρ ἑξακισχιλίων ἐλάττους οἱ φέροντες εἶεν, ἀτελὴς ἦν ὁ ἐξοστρακισμός) ἔπειτα τῶν ὀνομάτων ἕκαστον ἰδίᾳ πλάττοντες, τὸν ὑπὸ τῶν πλείστων γεγραμμένον ἐξεκύρωσαν εἰς ἔτη δέκα, καρπούμενον τὰ αὑτοῦ. (Idem docet Pollux lib. 8, pag. 425) Meminit & in Alcibiade pag. 358 meæ editionis, vbi dicit τὸ ὄστρακον ὀπφέρειν, hoc est Ostracum contra aliquem mittere, Concha seu testa in vrnam missa damnare & exterminandum iudicare. vtebantur enim iis testulis loco ψήφων, hoc est calculorum: vt & Erasmus docet in Prouerb. Testulæ transmutatio. Idem Plutarchus Fabio, p. 347 meæ editionis, de Pericle loquens, εἰς φυγὴν ὑπ' αὐτῶν καὶ τοῦ ὀστράκου ἐκπεσόντας. vbi τοῦ ὀστράκου dixit pro ἐξοστρακισμοῦ. Moris autē fuisse vt nomina eorum inscriberentur quos relegatos volebat populus, ostendit ille apud Plutarchum rusticus illiteratus qui ὄστρακον ἔχων προσῆλθε τῷ Ἀριστείδῃ (ignorans tamen esse Aristidem cui ὄστρακον dabat) καὶ δοὺς ἐγγράψαι τὸ ὄνομα τὸ Ἀριστείδου. Latini quoque testulis vtebantur in sortibus & suffragiis, vt ex his verbis Liuii lib. 5 Belli Punici manifestum est, Testulis datis tribuni populum summouerunt: sitellàque allata est vt sortirentur vbi Latini suffragium ferrēt. Dubium est autem cuiusmodi hæc ὄστρακα fuerint, figulináne an ostreorũ. ¶Sed & ea testa qua oua integuntur, ὄστρακον dicitur, (vnde ὀστρακόδερμα vocantur ipsa oua) alio nomine κάλυφος, putamen. vt, — ἀρτιγενὲς ὀστράκων, recèns excusum è testa: qui locus ex Epigr. citatur. Sed & apud Hesychiũ habetur, mutilus. Ὄστρακον, vt & ὄστρεον, Eustath. scribit deriuari ab Ὀστέον, ac in eo pleonasmum esse τοῦ ρ, sicut in σκῆπτρον.

C. Ὀστρακόδερμος, Cui testa loco cutis est, Qui testa integitur vt cætera cute. Plur. num. ὀστρακόδερμα, Testis concluſa duris. vt Plin. suprà in Μαλάκια interpretatur: genus piscium: de quo Aristot. τὰ ἄλλα ζῷα πάντων τῶν ζώων πλὴν τῶν ὀστρακοδέρμων, ᾗ ἔστι πάμπολυ ἀτελὲς, ἰχθύος ὀφθαλμοῖς. Quæ sic Plinius interpretatus est, Non omnibus animalium oculi, ostreis nulli. Athenæus lib. 8, κήρυκες καὶ πάντα τὰ ὀστρακόδερμα, buccina & cuncta testis concluſa duris. Et ὀστρακόδερμοι ἰχθύες Suidæ, vt ὄστρεα, πορφύραι, κήρυκες, στρόμβοι, ἰχθύες: in quibus sexus discrimen non esse scribit. Ὀστρακόδερμοι ἰχθύες verò & ὀστρακόδερμα in præcedentibus locis idem significant. Plin. lib. 11, c. 37, pro ὀστρακόδερμα dicit, Quibus testacea operimenta: lib. 9, cap. 11, Quæ integuntur silicum duritia, vt ostrea, conchæ: quo in loco varia quatilium integumenta enumerat. Horat. testas etiã vocat, (id est ὄστρακα: Græci ὄστρια potius appellarent) Epod. 4, lib. 2, Sed non omne mare est generosæ fertile testæ: Murice Baiano melior Lucrina Peloris: Ostrea Circæis: Misenо oriuntur echini. Et ὀστρακόδερμον νῶτον, dorsum testa intectum. Athen. lib. 7, ex Aristotele de nautilo, ἔχει δὲ τὸν νῶτον ὀστρακόδερμον. Oua quoq; dicuntur ὀστρακόδερμα, quia putamine continentur testaceo. sic in Ὄστρακον suprà pullus iam excusus dicitur γυμνὸς ὀστράκων.

C. Ὀστρακότοπος, Tergum habens testaceum, Cuius tergũ testa opertum & intectum est. Pro quo Aristot. paulo antè dicit ὀστρακόδερμον νῶτον ἔχον. Athen. l. 10, ex Teucri ἐρεσιμοῖς, de cochlea, Ζῷον ἄπουν, αἰόκαυλον, αἰόστεον, ὀστρακότοπον.

C. Ὀστρακοφορία, Ostraci lato, Quum suffragia ostraco in vrnam immisso feruntur: quod Plutarchus suprà vocat ὄστρακον ὀπφέρειν. Plutarch. Alcibiade, τῷ Ὑπερβόλῳ κατὰ τὴν ὠστρακοφορίαν ἐπῆρεν. Hyperbolus enim iste populum concitabat vt Alcibiadem ἐξοστρακίζοι.

C. Λεύοστρακος, Læui testa intectus: λεύοστρακα autē substantiuè exponitur Læues testæ.

C. Μαλακόστρακος, Molli testa intectus, Molli testa opertus. vel (vt Plin. suprà in Μαλάκια interpr.) Contectus crustis tenuibus. Idem Plin. lib. 11, cap. 37, dicit, Crusta fragili inclusa, Quibus fragilia o- rimenta. Idem hæc Aristotelis verba, ... ἐστὶν ὀστράκινα, sic interpr. Mollia & crusta intecta, vocē nec sonum vllum habent.

C. Σκληρόστρακος, Testa dura intectus.

Ὀστρακώδης, ους, ὁ καὶ ἡ, Testaceus, Qui testam imitatur. Exemplum habes in Ὀστράκινος.

Ὀστράκινος, Testaceus, hoc est E figulina terra factus, vt testæ. Lucil. Lib. 2 Epigr. ἡ δ' ἔφερεν πήλινον ὀστράκινον, Sartaginem testaceam, seu fictilem. Et ὀστράκινα σκεύη apud Paul. in Epist. 2 ad Cor. cap. 2 & 4, Vasa testacea seu fictilia, id est Testæ, vt Horat. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu. Alexan. Aphrod. ὀστράκια ἀγγεῖα, itidem Testacea seu Figlina vasa. Lexiphanes vero Lucianicus dicit ὅσα ὀστράκινα τὰ δέρματα pro ὀστρακόδερμα.

Ὀστρακεύς, Qui testas conficit, Figulus. in Epigr.

Ὀστράκιον, Fictile, vt Gaza interpr. Significat etiā Parua testa, Cōchula, forma diminutiua, vt infrà in Ἐπιστρακισμός. Nominari item ὀστράκια possunt τὰ ὀστράκινα τὰ δέρματα siue ὀστρακόδερμα, vt μαλάκια. Plin. certè scribit quosdam Ostracium vocare quod aliqui onychen appellant, vt in Ὄνυξ suprà docui.

Ὀστρακίς, ίδος, ἡ, dicitur nux pinea, ipséque eius nucleus eodem nomine appellatur: à testacea duritie. Mnesitheus enim Atheniensis medicus in lib. De edulibus, ὀστρακίδας vocat τὰς κώνων τοὺς πυρῆνας, ἢ δὲ κώνους, teste Athen. lib. 1. Hesychio ὀστρακὶς est ἀγαλμάτιόν τι Ἀφροδίτης.

Ὀστρακίτης, ου, ὁ, Testaceus, Testam referens. vt ὀστρακίτης λίθος. Dioscorid. lib. 5, cap. 165, λίθος ὀστρακίτης ὅμοιός ἐστιν ὀστράκῳ, πλακώδης καὶ βύσσος, ᾧ χρῶνται αἱ ἀπὸ κισσήρεως πρὸς τοὺς τοίχων λόφους αἱ γυναῖκες. Quæ verba Plinius sic interpretatur lib. 36, cap. 19, Ostracitæ similitudinem testæ habent: vsus eorum pro pumice ad læuigandam cutem. Ab eodē Plin. ostracites SIVE Ὀστρακίας inter gēmas etiam numeratur: lib. 37, cap. 10, Ostracias siue ostracites est testacea: durior altera, achatæ similis, nisi quòd achates politura pinguescit. Duriori tanta inest vis, vt aliæ gemmæ scalpantur fragmentis eius. Ostraciti ostrea nomen & similitudinem dedere. Georg. Agricola in Germania inueniri scribit, ostreorum testis similem, coloris rubei. Fœm. ab Ὀστρακίτης EST Ὀστρακίτης. Dioscorid. lib. 5, c. 84, καλεῖται δέ τις καὶ ὀστρακίτης, ἰσχὺν καὶ ὡς ὑπόπολυ μέλαινα· γλαφὺς δὲ καὶ ὀστρακώδης καὶ χρῶνται ὑπὸ τοὺς ἀφρούς. φαύλη δὲ ἡ λευκή. Plin. lib. 34, cap. 10, Ostracitis, tota nigra, & cæterarum sordidissima. Idem, lib. 37, cap. 10, Cadmitis eadem esset quam ostracitin vocant, nisi quòd hanc cæruleæ interdum cingunt bullæ.

Ὀστρακίνδα, Ostracorū lusus, vt Eras. interp. in prouerb. Testulæ transmutatio, de eo hæc ex Poll. tradens, Pueri, ducta in medio linea, duas in partes se distribuebant: quarū altera intra ostracum, altera extra dicebatur. deinde mittente quopiam ad lineam testam, vetus partis superior extitisset aliquis, hunc insequebantur qui illi adhærebāt, reliquis in fugam conuersis. Cæterùm è fugientibus qui comprehensus esset, is considebat, asinus dictus; testáque proiecta dicebat, Nox, dies. nam interior testæ pars pice sublita erat, quæ nocti respondebat. Sed Pollucis sensum Erasmus non satis clarè expressit, vt tum ex eius verbis intelligitur, lib. 9, pag. 494, tum ex his Eustath. pag. 1160, vbi quum mentionem fecisset prouerbii ὀστράκου ἀπεστροφή, subiungit, ἀλίχθην δὲ καὶ αὐτὸ ὅτι παιδιᾶς εἶδός ἐστιν. παῖδες δύο γραμμὴν τινὰ μεσολαβοῦσιν ἀλλήλων, ὄστρακον ἐφ' ἑκάτερα ἀφιέντες, οὗ θάτερον μὲν μέρος πεπισσωμένον ἐστίν, τὸ ὄπισθεν δηλαδή· τὸ δὲ ἕτερον, ἀπίστατον. διώκεται δὲ ὑπὸ τῶν συμπαιζόντων, ἵνα τὸν μὲν ἐπὶ τὸν πίσσαν ἔχοντα, ἵνα τὸν δὲ τὸν λοιπόν. καὶ ὅταν φεύγοντα καταβάλῃ τὸ ὄστρακον πρὸς ὃν μὴ ἐστὶ τὸ κάτω τοῦ ὀστράκου, ἔφθηκεν, οἱ δὲ ἀπολωλέναι. καὶ ἐλέγετο τότε ἀπεστροφὴ ὀστράκου, καὶ ἡ παροιμία, ὀστράκινδα ἐκλελεῖφθαι. Vide & Platonis comici locum suprà in Ὀστρακισμός super hac re citatū ex eodem Eust. Vide item Ἐπιστρακισμός.

Ὀστρακόω, ῶ, In testā seu testaceam duritiem verto, Testacea seu silicea duritia obduco. Aristoteles in Probl. pag. 11, τὰ δὲ ὄνυχα ὅτι σκληρὰ καμπύλον τὸν ὄνυχα ἔχει, καὶ δέρμα ἔχει καὶ ὀστρακοῦται. Pass. Ὀστρακοῦμαι, In testam mutor, In testaceam naturam abeo, In testæ modū indurescо. Ex Lycophr. verè ὀστρακωθὲν pro Putamine oui contecta. Paulo aliter Æschylus apud Athen. lib. 1, ... ναῦν ἐμὴν κάρα Πλαγχθὲν ὀστρακωθὲν ὠκεανοῦ δρόμῳ, naufragium passa est & in testas contrita, videlicet matula in caput impacta. Pro quo Sophocl. locum illum in suam fabulam transferens dixit, ... ἐμὴν κάρα Κατάγνυται τὴν πῦχες. vide in Οὐρέω.

C. Ἀποστρακόω, ῶ, In testā muto, seu verto, vel Induro in testæ modum. Ἀποστρακόομαι, οῦμαι, Pass. In testam mutor, seu vertor. vel Induror in testæ modum, Testaceam quandam duritiem assumo. Sic in Hippiatria, οἴδημα γίνεται περὶ τὸν τόπον μέγα, καὶ ἰχῶρα ἔχει, καὶ ἀποστρακοῦται. Et Dioscor. ἐὰν δὲ δεῖ ἀποστρακοῦσθαι τὸ φάρμακον.

Ὀστρακίζω, Testulis in vrnam coniectis damno, Relego: de qua consuetudine suprà in Ὀστρακισμός. Aristoteles Polit. lib. 3, οὔτε γὰρ κτίσειν ἂν φυλακὴν οἷόν τ' ὀστρακίζειν δύπου τὴν ἰσχὺν φέρειν ἔοικεν. Ibidem, ... ἰσχὺν δυνάμει δὲ πλοῦτον ἢ πολυφιλίαν, ἢ τινα ἄλλην τοιαύτην ἰσχύν, ὡς ὀστρακίζουσί τινες καὶ μᾶλλόν τι ἐκ τῆς πόλεως χρόνιος ὀστρακισμός. Et pass. apud Thuc. lib. 1, ἔτυχε γὰρ ὠστρακισμένος. Et lib. 8, pag. 285, ... τῶν Ἀθηναίων μοχθηρὸν ἀνδρῶπον ὠστρακισμένον. Vtitur & Andocid. p. 27.

Ὀστρακισμός, οῦ, ὁ, Relegatio illa, quum populus testulis in vrnā missis aliquem relegat. Aristot. Polit. 3, ... ἔχοντα τοὺς ὀστρακισμούς: quibus ibidem dicit κωλύειν τοὺς ἰσχύοντας καὶ φυγαδεύειν.

C. Ἀποστρακίζω, Relego, &c. vt dictum est in Ὀστρακίζω. Exp. ἐξορίζω. Passiua vox Ἀποστρακίζομαι, Relegor, In exilium mittor, ἐξορίζομαι. quia relegationes olim ὀστράκοις inscribebātur, inquit Suidas: (& dabātur iis qui relegabantur, vt addit Hesychius) Citat idē Suidas verbi ἀποστρακισθῆναι pro ἐξορισθῆναι, exemplum hoc, ... Κίμωνα τὸν ἀδελφὸν Ἐλπινίκης συνοικήσαντα τοῖς Ἀθηναίων.

C. Ἐξοστρακίζω, idem cum ἀποστρακίζω, & simplici ὀστρακίζω. Quidam interpr. Testarum suffragio in exilium mitto. Plutarch. Alcib. ἐξοστρακιζόμενοι καὶ ἀποχειροτονούμενοι καὶ καταδικαζόμενοι πολλάκις. Idem, φεύγοντος ἐξοστρακισθῆναι. Item, ἐξοστρακισμὸς ἐπὶ τῷ δήμου.

Ἐξοστρακισμός, οῦ, ὁ, idem cum ὀστρακισμός, Relegatio, Quū populus testulis in vrnam missis aliquem relegat, cuius nomen in iis ipsis ostracis inscriptum est. Plutar. Themist. τὸν ἐξοστρακισμὸν ἐπισείοντα κατ' αὐτοῦ.

C. Ἐπεξοστρακίζω, Concham mitto per superficiem aquæ. Suid. VNDE Ἐπεξοστρακισμός, οῦ, ὁ, Ludus quo conchæ per superficiem aquæ mittuntur, & saltus ipsi cōcharum proiectarum numerantur priusquam mergantur, ex ipsoque saltuum numero victor pronuntiatur: vt Pollux plurибus docet lib. 9, vbi ETIAM Ὑποστρακισμός vno in loco scribitur, sed malè. nam ὑποστρακίζειν agnoscit Suid. & ὑποστρακισμὸν Eustathius, scribens esse εἶδος παιδιᾶς, καθ' ὃ ὀστράκια πλατέα, ὀκτωεπίμοιρα ἐπὶ θαλάσσης, φασίν, κατὰ τὴν ὀπτασίαν τῆς ὑγροῦ. καὶ ὅτι πρίγκεται οὐκ πολλάκις, ἕως ἀπίσσωται τὰ δίνια ἐν θαλάσσῃ, ἰδίᾳ τοῦ ὕδατος, ἐφέστηκε. vnde dicit manasse illud ... ὑποστρακισμοὶ, prouerbium, ὀστράκου ἀπεστροφὴ, siue ὀστράκου ἀποστρακίσις vel μεταπτώσις: id est, τῶν πραγμάτων ἀλλαχῇ πεσόντων ὡς ἔτυχε, rebus forte fortuna immutatis. Exemplum ex Eunapio citatur in Ὀστρακίνδα. Sed idem Eustathius ibidem dicit, etiam ab eis qui ὀστρακίνδα ludunt, prouerbium hoc ortum fuisse.

Ὄστρεον SIVE Ὄστρειον eiusdem cum ὄστρακον originis esse, hoc est ambo deriuari ex ὀστέον, pleonasmo literæ ρ, docet Eustathius, vt suprà quoque admonui. Dicuntur autē Ὄστρεα SIVE Ὄστρεια, ipsi pisces qui ὀστράκοις integūtur, τὰ ὀστρακόδερμα. sicut & Plin. suprà in quodam loco Aristotelis ὀστρακόδερμα vertit Ostrea: Latius tamen

aliquando patet ὀστρακόδερμα quàm ὄστρια, vt ex Galeno discimus: qui libro 11 Simpl. ait, τὰ δὲ ἄλλων ὀστρακόδερμων ὄστρεα πανδηλοτέρα μᾶλλον ἢ τὰ ὀστρέων, ἅπερ καὶ πορφύραν τε καὶ πορφυρώδη. Marron apud Athen. lib. 4, describens cœnam Xenoclis, Βολβοὺς, μίσυος ἐκπόματά τε καὶ ὄστρεα μυκάδεστερα. Idem Athen. lib. 3, τῷ αὐτῷ τὰ ὀστρέου. Et apud Plutarch. cum aliis in locis, tum in lib. De solert. anim. ὀστρέου μυκήσεως αἰσθάνεται. Vtitur & Luc. Galen. l. 11 Simpl. ὀστρέων τὰ ὄστρεια πανδηλότερα ὁμοίως δὲ καὶ δυσπέπτους τῶν πλατυτέρων ὀστράκων. Alterius autem scripturæ per diphthōgum ει, hæc sunt exempla. Athen. lib. 1, οἱ μὲν οὖν ἰχθύων, μᾶλλον καὶ ὀστρείων ἐχῶσιν. Sic & apud Eustathiū scribitur: indémque apud Athen. rursus lib. 3, αὐ ἐγκαθῆ τι τῶν ὀστρείων: vbi tamē frequentius sine diphthōgo, vt ὄστρια θαλάσσια, & ὄστρια ἐδώδιμα: item τὰ ὀπλὰ τῶν ὀστρίων, ostrea quæ torrētur. Ibidem, οἱ ἀφύες τῶν ἐψωμένων ὀστρίων χάριες πιόνων. Ibidē, ex Mnesitheo, ὄστρια καὶ πέτρακες καὶ μύες. Sed & ipsi poetæ vtuntur alii sine diphthongo, alii contrà. vt Nicander in Georg. Ἡ δ' ὄστρια πάσσα βυσοῖς ἀ, τὰ βόσκεται ἅλμης, Νηλὲς ὀστράκου τι, πλωτοκάδες τι, βύσσος τι. Cū diphthōgo verò Archestr. apud Athen. libro 3, Τοὺς μῦς Λίνος ἐχθρὸς μεγάλως, ὄστρεα δ' Ἄβυδος. Cratinus, — πίννην καὶ ὀστρείων ὁμοῦ. Epicharmus, Ὄστρεα συμπηγνύτω. Annotat Athen. loco citato solos veteres vsurpasse ὄστρεον, recentiores verò ὄστρειον sicut ὄρτυξ et ὄρτειον: cuius exempla ex Platone affert. Galenus autem lib. 11 Simpl. tradit ὄστρεα à quibusdam vocari omnia ea quæ Aristoteles ὀστρακόδερμα nominauit: ὄστρειον (vt vulgò sine ι in secunda syllaba vocitant) ab eis sub ὄστρεον velut sub genere collocari. sub quo contineri etiam κήρυκας, πορφύρας, χήμας, πίννας, & quæ his similia sunt. Id tamen non vsquequaque verum esse, ex præcedentibus patet: quibus qui cōtentus non est, Athen. consulat lib. 3. Latini dicunt non solùm Ostreum, sed etiam Ostrea, singulari num. quo & Cicero vtitur. Porro ὄστρειον siue ὄστρεον appellant etiam ostrum, id est colorem qui ex concharum sanie conficitur. seu ostrinum colorem, vt Propertius vocat. Vitruu. l. 7, c. 13, Ea conchylia quū sunt lecta, ferramentis circa scinduntur: è quibus plagis purpurea sanies, vti lacryma, profluens, excussa in mortariis, terendo comparatur. &, quod ex concharum marinarum testis eximitur, ideo ostrum est vocitatum. Plato in Cratylo, ὡς ἔφη οἱ ζωγράφοι βουλόμενοι ἀφομοιοῦν, οὐ τοῦτο μὲ ὄστρεον μᾶλλον ἐπέτυχας, οὐ τοῦτο δὲ ὁποῖῳ ἄλλο φαρμάκων. Et cum diphthongo apud Athenæum lib. 5, τὰ δὲ σώματα οἱ μὲν ἐπέχριεν ὀστρείῳ, ἔνιοι δὲ μίλτῳ καὶ χρώμασιν ἑτέροις. Eodem modo accepisse videtur Hesychius, qui quum ὄστρια exposuisset καρχήλια, subiungit, Λάκωνες αὖθις: innuens nimirum, ὄστρεον Lacones vocare conchyliorum florem, vt Aristoteles, πορφυρᾶν αὖθις, Plinius purpurarum florem: id est purpuream saniem quæ è purpuris excipitur. vide in Ὄστρεον.

C. Ὀστρεοχαφής, ίος, ὁ καὶ ἡ, Ostro pictus. Mamercus apud Plutarchum in Timol. Ταῖς ὀστρεοχαφέσι καὶ χρυσοπάστοις πορφυρίσι Ἀσιάδας ἀποδύσεις ἐλόμενοι ἁπαλάς. Virgil. autē dicit Superbo ostro laboratæ vestes, & Vestes perfusæ ostro: Propert. Tunica ostrina.

C. Λεύστρεια, Ostreæ læues, Ostrea quæ scabra non sunt.

Ὀστρώδης SIVE Ὀστρειώδης, Ostrea referens, Qui ostrea imitatur: vel qui ostrum. τὰ ὀστρώδη siue ὀστρειώδη, Quæ ex ostreorum genere sunt.

Ὄστρειος, Purpureus. v. l. sine exemplo. In iisdem αἱματόπυρος PONIT VT Ὄστρειος etiam pro puſce simul & colore. SED ET Ὄστρεον, quod in iisdem Græcè scribitur, ego potius Latinis solis vsitatum existimo.

ΟΤΡΥΝΩ, Incito, Instigo, Adhortor, Adhortando impello, Vrgeo. Iliad. μ, ὅτε μ' ὀτρύνουσι πίεσθαι. cui similem locum afferam in composito Ἐποτρύνω. Iliad. τ, Ὀτρύνων ἵππους τε καὶ αὐτοὺς αἰσυλήτας. Il. β, τί με κνίδοντε καὶ αὐτὼ Ὀτρύνετον; quid mihi currēti calcaria subdis et equo enim sua sponte citato calcaria addenda non sunt. Odyss. π, Ὄτρυνον Ὀδυσῆα πολεμιστῆσιν ἑταίροις, Ὄφρα τάχιον ἔλθῃσι. Aliquando cum infinitiuo iungitur. Il. ξ, ἔνθα τοι αἴκε Ἥμεῖς ὀτρύνομεν ἐλθέμεναι. vbi nota vocem passiuam. Actiua verò Il. σ, Οἷς ἵππους τίλλοντα καὶ ὀτρύνοντα μάχεσθαι. Il. κ, Νέστορ, ἴθι ὀτρύνων καὶ ἐπεύχεο καὶ σὺ μὲν ἀνδρῶν δ' ἔμμεν ἐπιφροσύνη. Eodem libro, aliquanto pòst, Ἔκτορ, ἴθι ὀτρύνων καὶ ἐπεύχεο καὶ σὺ μὲν ἀνδρῶν Νηὸς ἀπουρήων ἐλάαν ἐλπόμενος. Et Odyss. ξ, ὄτρυνον τέκεσθαι. Itidem ex Euripide, ὀτρύνων φίλους. At Iliad. ϑ, cum participio loco infinitiui, ἴθι νυ Τρῶσιν ὀτρύνων ἀγγελίην ἐνίσπῃς, pro ἀγγελίαν, vt hæc nuntiatum iret. Nonnunquam cum præpositione aliqua, & tunc subaudiri etiā potest infinitiuus ἰέναι siue ἐρχέσθαι. Odyss. ρ, Τηλέμαχ' ἦ ῥα σὸν ὄτρυνον ἰμὸν πρὸ δόμον γυναῖκας, instiga mulieres vt domum meam redeant. Od. α, Ἑρμείαν Νύσσαν ἐς ἀγχίαλον ὀτρύνομεν. Iliad. τ, Νέστορ' ὦτρυνε θοὸν Γερήνιον ἵππον Ἀχαιῶν Τρωσὶ μαχεσσανύμενον. Odyss. ο, τὸν δ' ὀτρύνουσι πάλιν οἶκον δέμεν. At Odyss. ο, Νῦν μὲν ἐς πόλιν ὀτρύνω καὶ πάντας ἑταίρους, vrgere vt in vrbem eant. Sed & iter ac profectionem aliquam ὀτρύνειν dicitur qui illam vrget, festinans nimirum & maturans. Od. ϑ, Πέμπειν δ' ὀτρύνει, καὶ λίσσεται ἔμπεδον εἶναι. Vtitur & Aristoteles hoc verbo in libro De mundo, ὑπὸ μιᾶς ῥοπῆς ὀτρυνομένων ἀπάντων γίνεται τὰ οἰκεῖα, quum ab vna vi impulsrice cieantur omnia. Fut. ε σ τ Ὀτρυνέω. Vt Odyss. α, Νέστου ἰπποδάμοιο κασιγνήτους τε νέεσθαι, instigatura & incitatura vt proficiscar. Aliàs Ὀτρυνέω in præsenti quoque vsurpatur pro ὀτρύνω. vt Od. β, Τοῦτο δ' ἐγὼ ὀτρυνέω Μέντορ ὁδὸν ἠδ' Ἀλκίμους, cum incitat ad iter susciendum. Od. ψ, τί τ' ἄρ σοι μᾶλλον μὰλ' ὀτρυνέουσα κελεύω Εἰπέμεν, quid me vrges & iubes vt dicam?

Ὀτρυντήρ, ῆρος, ὁ, Incitator, Qui instigat & vrget. ὀτρύντης. Hesychius exp. κελευστής: item κήρυξ, σαλπιστήρ. omnes enim hi instigant, hortantur & vrgent.

Ὀτρυντύς, ύος, ἡ, Hortatio, Instigatio. Hesychio φροντὶς, παρακέλευσις: Eustathio, ὁπόταν τὸ παροτρύνειν γένηται ὁρμὴ ἐκ θυμοῦ. Vtitur Homerus Iliad. τ, μετὰ τὴν ἄλλων Λαῶν ὀτρυντὺν πεπιδήμενος ἰφθίμοισιν. A τ Ὀτρυντὺς nomē proprium ex ὀτρύνω factum. Iliad. υ, Ὃν νύμφη τέκε νηὶς Ὀτρυντῆ πολεμήρῃ.

C. Ἐξοτρύνω, Exhortor, Extimulo. Eurip. & Thuc.

C. Ἐποτρύνω, Instigo & hortor ad aliquid. Vel simpliciter Incito, Instigo, Vrgeo, vt ὀτρύνω: sed amplius aliquid significans quàm ὀτρύνω, vnde Iliad. ρ, Pallas ἔγχει quidem αὖθαι ἕκαστον, sed in primis Menelaum ἐποτρύνουσα ἑταῖρον. Iliad. ζ, Θυμὸν ἐποτρύνων καὶ αἰόλλων. Iliad. β, Τηλέμαχον δ' ἐξαῦτις ἐποτρύνουσι ἑταῖροι Οἶκόνδ' ἐρχόμενοι· οἱ δ' ἐποτρύνουσι ἄνεσθαι. (vbi nota simplex ὀτρύνω & compositum ἐποτρύνω eodem significato vsurpari) Repetitur idem distichon Od. ο, bis, non tamē iisdem omnino verbis. Porro sicut ὀτρύνω cum infin. copulatur, ita & ἐποτρύνω. Iliad. υ, ἴσ' ἐπὶ σφῶν ἐποτρύνων μαχέσασθαι, ad pugnam se instigat & inuitat. Sic Il. ν, Θαρσύνων δ' ἐπέρεσσι καὶ ἐποτρύνεσκε μάχεσθαι. Item cum præpositione, vt & ὀτρύνω. Od. ε, Ἐρρίπτει δ' ἔμμεν κῆτος ἐποτρύνων καὶ ἀέλλας Πόντιος ἐκ δ' ἀπέφυγον. Vsus huius verbi & in prosa. Herodot. ἐποτρυνόντος σφι Θεοῦ. Deo ipsos instigante & incitante, Dei instinctu. Thuc. lib. 7, pag. 240 cum infinit. καὶ τὸν ἐκεῖ πάλεμον ἔτι μᾶλλον ἐποτρύνειν γίγνεσθαι, id est ὀτρύνειν, vrgeant. Idem rursus pag. 220, lib. 6, cum accusatiuo rei, καὶ σαλπιγκτὴν ξυνέβαινεν ἐποτρύνειν τοῖς ὁπλίταις, tubicines armatos suo clangore inuitabant vt cōgrederentur, παρόρμων δηλονότι τὸ συμμίξαι. vt scholiastes ibi exponit.

C. ΠΑΡοτρύνω, Inuito, Instigo, Inhortor. παροτρῦνῶ Hesych. παροτρύνων exponit διηγείρων, id est Excitat, Incitat.

Ὀτραλέως, Celeriter, & more eorum qui ab aliis instigati aut suapte sponte incitati, aliquid maturant. ὀξέως, θρασέως, ὀτρηρῶς, vt Hesychius exponit. Vtitur Homerus Iliad. γ, ἐκάλεον δ' ἑταίρους Γερηνίους ζαθρυόμους· τοὶ δ' ὀτραλέως ὑπάκουσαν. Odyss. τ, de Eurynome quæ sellam afferre iussa fuerat, ἡ δὲ μάλ' ὀτραλέως κατέθηκε φέρουσα. Il. τ, δῖπνον ἔπειτα Αἶσα καὶ ὀτραλέως.

Ὀτραρός, Celer, Citatus. ὀξύς. Odyss. η, Ὀτραρὸς ἦεν ἐπ' ἔργοις Μηρεύς. id est πρόχειρος, εὐκίνητος, θρασύς. Aristophanes Avibus, πάντες ἐφεδρεύουσι διδάσκαλοι μουσικῶν ἦσάν τινες ὀτραροὶ κατὰ τὸν Ὅμηρον. quem ludens Pisthetærus dicit, Οὐκ ἐτὸς ὀτραρὸν καὶ λαθίκιον ἔχεις, quoniam vestis erat πτερωτή.

ΟΥ, ET Οὐκ, SIVE Οὐχ, AVT Οὐχὶ, Non. Homerus Odyss. ψ, Οὐκ ἴδον, οὐ πυθόμην, οὐδ' εἶπεν ὅτις

ἄκουσα. Eiusdem Odyss. h, Ξεῖνος δὴ οὐκ οἶδ' ὅστις ἀλώμενος ἵκετ' ἐμὴν δῶ. Et cum nominibus, vt Odyss. t, — παρ' οὐκ ἐθέλων ἐθελοῦσιν. Sic οὐκ ἄκοντι non semel apud hunc poetam. Thucyd. lib. 3, pag. 94, οὐκ ὀπισθοδρόμως ἡγεῖσθε εἰς ὑμᾶς καὶ οὐκ εἰς τὸν πρὸ ξυμμάχων χάριν μᾶλλον εἰδέναι· οὐ σκοποῦντες ὅτι, &c. Et statim post, οἱ οὐκ ἐξὸν αὐ χαλεπαίνεσθαι βλαπτόμενοι αὐτοὶ ἀκροῶνται ὑμῶν. Idem eodem libro, pag. 110, καὶ τὰς εἰς σφᾶς αὐτοὺς πίστεις οὐ τῷ θείῳ νόμῳ μᾶλλον ἐκρατοῦντο, ἢ τῷ καινῇ τε σοφίᾳ ὠμῆσαι. Et paulo post, ἐχρῆν φύλακα εἶναι εἰ σωφρονοῖεν, καὶ οὐ φλυαρεῖσθαι. Sed huius vulgaris vsus exempla cum alibi passim, tum in hoc Plutarchi habes loco, in suo περὶ ἀδυμίας libello, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, τοῦτ' οὐ πείσομαι· ἀλλ' ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, τοῦτο οὐ ποιήσω, οὐ ψεύσομαι, οὐ ῥᾳδίως ἐξαπατηθήσομαι. Inuenitur interdū positum priore quidem loco cum verbo habente sequentem particulam μὴν, posteriore autē, cum verbo cui subiūgitur particula δέ. Vt apud Dem. Pro cor. p. 119, οὐκ εἶπον ἐγὼ τοῦτο; οὐκ ἔγραψα δέ; οὐδὲ ἔγραψα μὲν, οὐκ ἐπεχείρησα δέ· οὐδὲ ἐπεχείρησα μὲν, οὐκ ἔπεισα δέ Θηβαίους· ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἅπαντων ἄρχειν τῆς πλάνης διεξῆλθον, καὶ &c. Quem huius particulæ vsum imitans Synesius dixit, in prolixa illa aduersus Andronicum epistola, καὶ οὐκ εἶπε μὲν οὕτως, οὐκ ἐποίησε δέ, ἀλλὰ Βαβυλωνίους βασιλεῖς, &c. Ad verbum, Et non dixit quidem ita, non fecit autem. Pro, Atque vt dixit, ita & fecit. Iungitur in prosa quoque cum nominibus, vt οὐ δικαίως, & οὐ καλῶς, & οὐκ ὀρθῶς. Item cū aduerbiis, vt οὐκ ἀσόφως, & οὐκαλῶς. Nonnullis verò & annectitur: ΥΤ Οὐκέτι ΕΤ Οὐχημοσα. quæ tamē & disiunctim scribuntur, præsertim verò hoc posterius, potius quàm coniunctim.

Οὐ & μὴ interdum eundem habere locum possunt: sic tamen vt μὴ pro οὐ ponatur, at non contrà, vt tradit Budæus pag. 910, scribens, Licet enim κυρίως τὸ Μὴ ἀπαγορευτικὸν sit, & τὸ Οὐ ἀφηγηματικὸν, tamen τὸ Μὴ πολλάκις ἀντὶ τοῦ Οὐ ἀκούεται, non item contrà. Quæ reprehendens nescio quis in vulg. lex. & Budæum errare dicēs, turpissimè errat ipsemet, falsoque illum accusans, suā interim insciitiam prodit, quippe qui οὐκ esse ἀπαγορευτικὸν velit in hoc Isocratis loco in oratione ad Nicocl. καὶ νομίζε πλείους δίκας ἀσεβουμένην, οὐκ ἐκ τῶν ἀπόντων ἀλλὰ μὴ παρόντων λαμβάνειν· ἀλλ' ἐκ τοιούτου ὦ σῶ καὶ παραβαίνων ὡς τάχιστα ἐκ τῆς παρούσης, αἰσχίων ὀφθήσῃ καὶ μισητὸς ἁπάντων ἀποβὰς. Nisi fortè ἀπαγορευτικὸν quidvis potius quàm quod significat, ille significare existimauit.

Οὐ cum quibusdam verbis, suo (vt ita dicam) loco moueturs: vt in interpretatione Latina postponenda sit verbo Latina particula Non, huic respondens, quæ contrà præponitur. Pausan. in Corinth. εἰσὶ δὲ οἳ τοῦτο οὐ νομίζουσι, pro νομίζουσιν οὐκ εἰσί, quò ingredi non licet instituto patrio. Sic apud Demosthenem, οὐκ οἶδ' εἰ δεῖν οὐδὲ τοῖς πένησι τοὺς γιγνομένους ἀποδοῦναι. pro οἶδ' εἰ δεῖν οὐκ ἀποδοῦναι πένησι οὐδὲ τοῖς γιγνομένοις. hoc est, Ne vsuras quidem ciuiles censes te reddere oportere. Huc pertinet vsitatissimum illud Οὐ φημι, id est Non dico, pro Dico non, hoc est Nego. De quibus vide Budæum pag. 954, & 955. qui addit & οὐκ ἀξιῶ pro Indignum censeo, ex Thucydide. Sed & PARTICVLAE Μὴ huic vsus ostenditur ibidem, in μὴ φάσκω & μὴ λέγω pro Nego: ac μὴ προσποιοῦμαι pro Simulo non, hoc est Dissimulo. Necnon in μὴ ἀξιῶ posito (sicut & illud οὐκ ἀξιῶ) pro Indignum censeo.

Οὐ geminatur interdum, elegantiæ & ornatus gratia. Demosthen. in Midiam, οὐ μὰ Δί' οὐχὶ δημοσίᾳ κρίνειν αὐτόν. Synesius, καὶ τῷ πιστεύων, οὐμὰ τὸν ὁμόγνιον τὸν ἐμόν τε καὶ σόν, οὐ μεμνόωμαι ἐφ' οἷς οὐ πεποίηκεν ὁ ἄνθρωπος. Itidem sequente VOCVLA Οὐδέν. vt apud Demosthenem, πρῶτα δὲ πρὸς ἐκεῖνα, καὶ οὐ πρὸς ἐμέ, οὐδέν μοι δοκεῖ παράνομα οὐδὲν ἀνάξιον ἐμοῦ πεπονθέναι, οὔτε τῶν παρόντων. vbi οὐδὲν ἀνάξιον pro οὐκ ἀξίως posuit. Alioqui absque οὐ dicendum fuisset, καὶ οὐδὲν ἀνάξιον παθούσας πρὸς ἐμέ. His etiam verbis quæ sunt per se negantia, i. ἀποφατικὰ, & iis quæ ἀπαγορευτικὰ. Attici negationem addunt: vt τῷ Ἀπαγορεύω, & τῷ Ἀρνοῦμαι, & τῷ Κωλύω, & τῷ Ἐπέχω, ac similibus. Subiungit autem Budæus exempla nonnulla in quibus habetur PARTICVLA Μή, nōnulla etiā in quibus LEGITVR Μὴ οὐ, sequente ex illis verbis quopiam. Affert enim ex Demosthene, ἔστιν ὅπως νόμους οὓς πάλιν αὖθις ἐξαρνος ἔσῃ μὴ θήσεσθαι. Ex eodem, κωλύσαι τοὺς ὀπλίτας μὴ ἐξάγειν τὰ ὅπλα οἰκεῖα τῆς ἐφόδου, vetare quominus exportent. Ex Æschine autem, οὔτ' αὐτὸς ἐξαρνοῦμαι, μὴ οὐ γεγενέσθαι ἐρωτικὸς, neque eo inficias me in amorem procliuem fuisse. Alia & cum aliis etiā verbis exempla huius vsus istarum particularum, vide apud eundem Bud. pag. 936: inter quæ habes istud ex Xenophonte, in quo articulus τὸ præfigitur hisce particulis, in Sympolio, ἀλλ' ἀδύνατόν ἐστι, ὦ ξένε, εἰ πλείω τὸ μὴ οὐ λέξει ὁ, τι ἕκαστος ἡμῶν πεφύκασιν ἄξιον ὄντα, at nullus tibi contradicit quominus vnusquisque dicturus sit quod se nosse putet maximè prædicandum atque commendabile. (Ibidē verò & de μὴ οὐχὶ pro Nisi, & pro Quin) Idem pag. 934, Duæ negationes geminatæ (inquit) affirmant interdum, vt apud Latinos. Aristoph. οὔφασιν ἐκ τοῦ ὑγιὲς ὑμῖν οὐδενὸς κοὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἔχει τι μοι τὰ χρήματα. Idem in Nubibus, ὦ δέ μοι μὴ λέγε, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἐξελῶ κἀκ τῆς οἰκίας, Quòd si discere nolit, nullo pacto fiet vt eum non abdicem, Nullo modo non eiciam domo. Id est, Omnino eiciam & abdicabo. Greg. οὐκ ἔστιν ὅπως μὴ μέρος τι σώματος μιχθήσῃ τῇ αἰκίᾳ τῆς ὕβρεως, nulla nō in parte corporis. His igitur in exēplis geminationis negationum planè diuersum considerare vsum oportet: quum in his posterioribus nimirum nimirè dici possit altera πλεοναζειν, id est abundare, sicut in illis. Sed hoc addendum est, hunc πλεοασμὸν & alibi inueniri: nimirum vbi tres negationes pro duabus ponuntur. vt in isto Isocratis loco in Panegyrico, οὐδεὶς γάρ ὅ, τι περὶ τοιούτων οὐκ ἀξίως εἶναι μὴ παθεῖν, εἰπὼν μηδὲν περὶ ἄλλων διαφέρων, οὕτω μεγάλας τὰς ὑπερβολὰς ποιοῦμαι, Nulla est enim huiusce modi nota qua non ego dignus sim mulctari atque affici, si, quum ego cæteris non præstem in dicendo, vsqueadeo ingentia pollicer sustinuerim. Sed & alia proferuntur exempla in quibus abundare videmus non ex tribus aut duabus vnam, sed illam quæ alioqui sola posita est, vt apud eūdem Isocratem in Areopagitico, μικρὸν ἀπολιπεῖν τὸ μὴ ταῖς ἐφάπταις συμφοραῖς ὠφεληθῆναι. Sic & in isto Herodoti loco, vbi οὐ particulam ἤ sequitur, Κατεσκευάσθη τε τῷ λόγῳ οὐδὲν μᾶλλον Αἰολίδων μαντὸν τῆς Ἰλιάδος χώρης ἢ οὐ καὶ ἔστι, καὶ ὡς ἄλλοις ὅσοι Ἑλλήνων συμπαρέζευξαν Μενελάῳ τὰς Ἑλένης ἁρπαγάς. Cui loco adiungam duos Thucydidis planè similes quod ad negatiuæ particulæ vsum attinet. quorum alter habetur lib. 3, pag. 93 meæ editionis, in fine, ὡμὸν τὸ βούλευμα καὶ μέγα ἐγνῶσθαι, πάλιν ὅλως διαρθῆναι μᾶλλον ἢ οὐ ὡς αἰτίους. Alter extat lib. 2, pag. 67, οὐδὲν εἰκὸς χαλεπώτερον φέρειν αὐτῶν μᾶλλον, ἢ οὐ κτᾶσθαι καὶ ἐγκαλλώπισμα πλούτου ὡσαύτως ἑαυτῷ νομίσαντας φιλοχρηματίᾳ. Nec tamē ignoro scholiastem in illo quidem priore loco pro me facere, scribentem nimirum esse Κατεσκευάσθαι ὠφελῶ: at in posteriore non itē. quippe qui scribat ambas hasce particulas ἢ οὐ esse positas pro ἀλλά. Verùm neque hoc præterēundum est circa πλεοασμὸν huius particulæ: eam interdum non solam πλεοναζειν, sed & aliam non eiusdem generis particulam secum habēre, πλεοναζουσαν itidem. vt apud Aristophanem in Ranis, οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς. pro ἔχω γὰρ κακῶς, vacante non solùm οὐ, sed & ἀλλά. Sic & apud Platonem in Euthydemo, οὐ γάρ τι ἀλλὰ τὸν γε τὸν λόγον πολλοῦ δεῖ καὶ πολλάκις ἀκηκοὼς, αἰσχύνομαι. At de pleonasmo huius negationis ante μὰ dicam in Οὐμά. non multo post. ΑΤ Οὖ oxytonum quibus adhibeatur locis docebo infrà, vbi agam de Οὔμοσον.

De particula οὐ aliis particulis iunctā: in quibus recensendis alphabeticus seruatur ordo.

Οὐ γάρ, Non enim. Geminantur autem interdum hæ particulæ οὐ γάρ, vel potius ἐπαμφιλόγως ponuntur. Herodot. lib. 1, οὐ γὰρ μοι ἀπίσκεται. οὐ γὰρ οἱ δίκαιοι ἦσαν. Plato in Apologia, τί ποτε οἴεται ὁ θεὸς λέγειν, φασκων ἐμὲ σοφώτατον εἶναι; οὐ γὰρ δήπου ψεύδεται· οὐ γὰρ θέμις αὐτῷ. Et in Sympolio, χαιρέτω δή· οὐ γὰρ ἔτι ἐγκωμιάζω τὸν τοῦτον. οὐ γὰρ αἰσθάνεται. Alia præterea exempla Budæus affert pag. 940, quæ ex Æschine deprompta sunt. (Sed οὐ γάρ dicunt etiam interrogatiuè pro Nónne: de quo harum vocularum vsu differam infrà, quum venero ad Οὐ habentem per se

etiam,hoc ſignificatum.)

ITEM Οὐ γὰρ ἀλλά,Enimuero, At verò. Interdum verò pro Enim ſimpliciter. vt apud Ariſtophanem in Nubib.— οὐ γὰρ ἀλλ' ἦν βίᾳ ἕλκει σὲ καὶ σὺ τὼ ἱμάδε τῆς φρονπίδος. vbi ſcholiaſtes annotat accipi Atticè has particulas οὐ γὰρ ἀλλά pro καὶ γάρ. Et affert ex Callim. εἰσόκεν Ἰπποῦχος. οὐ γὰρ ἀλλ' ἔτι, pro καὶ γὰρ ἔτι. Dicitur ETIAM Οὐ γάρτοι ἀλλά à Platone, vt omnes dicunt οὐ μέντοι ἀλλά,inquit Budæus: afferens hunc eius locum, οὐ γάρ τι ἀλλὰ τοῦτό γε τὸν λόγον πολλοῦ δεῖ καὶ πολλάκις ἀκήκοας, ἀεὶ διαιωνίζω. vbi οὐ γάρτοι ἀλλά reddit Etenim. Cæterùm οὐ γὰρ & οὐ γάρτοι ἀλλά, ſiue reddas Enimuero, aut At verò, ſiue ſimpliciter Enim, vel Etenim, erit πλεοναστικὴ negatiuæ particulæ, qui à me paulo antè oſtenſus fuit cum in aliis loquendi generibus, tum in hoc ipſo, cuius aliud ex Ariſtophane exemplum proturi.

AT Οὐ γάρ τοι,Alioqui non, Alioqui nequaquam. Ariſtoph. Pluto,Πῶς οὖν ἂν τὸν πάντα μοι χρ. Πρὸς δεκάπεχυ, Ἢ λιπὼν τὴν πόλιν. οὐ γὰρ ἄν ποτε ἐνίκησας ἡμῶν οὐδὲν ἠδικημένων, alioqui nequaquam nos ita inclamantes.

Dicitur ETIAM Οὐ γάρ ποτε, vt apud Plut. Publ. 5, καὶ οὐδέτεροι αὐτῶν φιλοπαιδίας. οὐ γάρ ποτε ἐπὶ μᾶλλον τιμῶν ἔφυσε τὸ θῆλυ καὶ μᾶλλον ἐτίμησε. Cui ſimile eſt iſtud Herodoti, (vſurpatis IONICE Κοὶ pro ποτὶ) Ὦ παῖ Καμβύσεω, σὲ γὰρ θεῶν ἐπορῶν. οὐ γάρ κοτε ἐς τοσοῦτο τύχης ἀπίκευ, nam ni ita eſſet, nunquam ad tantum faſtigium euaſiſſes.

AT VERO Οὐ γὰρ αὖ που ET Οὐ γὰρ δή pro Abſit vt exiſtimem, habes Bud. Comm. pag. 914, hoc ex Xenophonte, illud ex Platone. At de Οὐ γάρ που & Οὐ γὰρ δή που dicam paulo poſt. De Οὐ γὰρ δή autem interrogatiuè ſumpto, dicam infrà in Οὐ ſignificante Nónne.

C. Ἐπόψομαι, ῶμαι, idem cum ὀψάομαι, Vnà cum pane veſcor, Opſonii loco comedo. ſeu ὅτι τῷ σίτῳ ἐσθίω, ὅτι τῷ ψωμῷ χρῶμαι τὸ ὄψον, vt Xenophon loquitur. Apud Plutarchum in Apoph. Lacon. πῶπον δὲ τὸν ζωμὸν, γυμνασάμενον Λακωνικῶς, ἂν μὴ τῷ Εἵλωτα λελουμένον, ἐποψᾶσθαι. Verba coqui Laconici ad Dionyſium, qui ἀπέπεμψε τὸν μέλανα ζωμὸν μάλιστα τὸ ὄψον δυσκολαίνοντα προσφέρεσθαι τοῖς Σπαρτιάταις, vt idem refert in Lycurgo.

Ἐπόψημα, ατος, τὸ, ET Ἐπόψησις, εως, ἡ, idem cum ὄψημα ſeu προσφάγιον: ſeu τὸ ὅτι τῷ σίτῳ ἐσθιόμενον, Id quo veſcimur vnà cum pane. Athen. lib. 5, Σωκράτης δ' ἰδών ποτε ἀμύ-

πρως τῷ ἐπόψει χρώμενον, Ὦ παῖ, φησὶν (ἔφη) πῶς ἁμῶς τῷ μὲν ἄρτῳ ὡς ὄψῳ χρῇ, τῷ δὲ ὄψῳ ὡς ἄρτῳ; Confer cum iis quæ Xen. refert Apomnen. 3, ſub finem, vbi pro ἀμύδρως τῷ ἐπόψει χρώμενον dicit Xen. σίτου μὲν πεπαυμένον, τὸ δὲ ὄψον αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἐσθίοντα, & ὅτι τῷ ἐπὶ ψωμῷ πλείονα ὄψα χυόμενον.

C. Γ Α Ρ ὀψάομαι, ῶμαι, Præter panem veſcor. Idem cum ἐπόψομαι.

Παρόψημα, ατος, τὸ, Id quo præter panem veſcimur, Opſonium. Idem cum ὀψον ſeu ὄψημα. Baſil. in Epiſt. Παρόψημα τὰ ἀπὸ σπερμάτων opſonia ex ſeminibus: vt ſunt pulmenta ex leguminibus cõfecta: ſicut & φακῆ inter ὄψα ſuprà numeratur. Philoſtr. παρόψημα τὸ ἀμπέλου, opſonia & panis cõdimenta quæ à vitibus ſuppeditãtur, id eſt vuæ: quæ tamen potius τραγήμασιν accẽſentur. Vnde forma D I M I N V T. Παρόψημάτιον, quod vide in Παροψίδιον.

Παροψίς, ίδος, ἡ, idẽ cum παρόψημα, vt teſtatur Athen. lib. 8, diuerſa diuerſis ex comicis eius rei proferens exempla, in quibus ὅτι ὄψου παρεσκευασμένου πινάκιον ſeu παρόψημα accipitur. Inter alia, ex Platonis Phaone, Τὰ δ' ἀλλότρι' ἔδη ὅμοια ταῖς παροψίσι. Βραχὺ γὰρ πάρεστ' ὀξαλάλωπα κἀχύ. Aliquanto pòſt affert etiam exemplum in quo ὅτι ἡδύσματος vſurpatur (licet Didymus ibi pro vaſe accipi exiſtimet) hoc nimirum, ἢ τὸν Δί' ὥσπερ αἱ παροψίδες τὴν αἰτίαν ἔχουσ' ἀπὸ τῶν ἡδυσμάτων. vbi & pro παρόψημα capi poſſit. Pollux quoque vſitatius eſſe ſcribit ὅτι μᾶζης ἢ ζωμοῦ πρὸς, ἢ ὅτι ἡδύσματος ἁπλῶς, ὃ ὅτι παρόψησαις. (Παροψὶς (vt Euſt. docet præter alios) nõ ſolùm ſignificat πινάκιον ὄψου, verùm etiã σκεῦός τι ſeu ξύλινον: vel potius Vas in quo opſonia apponũtur, quod & ὀψάσαιον. cuius ſignif. exẽpla citantur à Leonide apud Athen. l. 9, loco citato. ex quibus hoc vnum profero, Antiphan. Βοιωτιο, — ἐσθίουσιν ἐν παροψίδι. Xen. autẽ l. 1 Pæd. (inquit idẽ ille) ἀμφιδόλως hoc vocabulum vſurpat, vbi ait, ἐσθῆτι αὐτοὺς παροψίδας, καὶ παντοδαπὰ ἱμάτια ἐμβάλλοντα ἐς βρόμματα. Sed putarim poti' de opſoniis eo loco dici quàm de ipſo vaſe: ſicut & apud Athen. lib. 10, κατ' ἐπισόδιον μωσάλως τὸν λόγον ὡς αὖ καιναῖς παροψίσι καὶ παλαῖς διὰ χρόνου τὸ διαφέρον, Bud. interpretatur, Quaſi nouis ferculis aliunde accerſitis. Pro vaſe capitur & Matth. 23, τὸ ἔξωθεν τοῦ πτυελίου καὶ τῆς παροψίδος. Itidẽ à Suida & Heſych. exp. ὀξυβάφιον, ἰμβάφιον, quæ ſynonyma ſũt τῷ ὀψοβαφίῳ: licet Phrynich. τὸ ὄψον ſolùm παροψίδα nominari debere ſcribat, vũ itẽ τὸ ἀγγεῖον, i. τὸ ξύλινον. Latini quoque hoc vocabulo vſi ſunt, pro vaſe nimirum, quod fuiſſe putatur patina concaua in qua opſonia apponuntur. Iuuen. quàm multa magnàque paropſide cœnat? Martial. Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra Alecem. Suet. in Galba, Ordinario diſpenſatori paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligentia porrexiſſe.

Παροψίδιον, ου, τὸ, Vile opſonium quod in menſa apponitur vnà cum pane comedendum. idem cum ὀψάριον. Poll. lib. 6, c. 9, ζωμοῦ καρύκιον, καινοβύσματα, παροψίδια. his ſubiũgit, ἔστι δὲ καὶ τοῦτο ζωμοῦ εἶδός τι, ἢ (ὡς τινες) μᾶζης· ἢ τὸ παρεψόμενον ὄψου, ὃ οἱ νῦν αὐτὸ ἐπιπλὸν παροψημάτιον.

C. ΠΡΟΣ ὀψάομαι, ῶμαι, idẽ cum ἐπόψομαι & παροψάομαι.

Προσόψημα, ατος, τὸ, idẽ cum παρόψημα, ſeu ἐπόψημα. Dioſc. lib. 1, c. 12, de vlmo, ἁ ἀχαρὶς αὐτῆς διὰ τὸ προσφατον τῶν φύλλων ἐψώδη εἰς προσοψήματα, olerum more ad opſonia vſurpantur. Et cap. 147, de gallæ ſpeciebus quas dyſenteriæ conferre ſcribit, τῶν τὰ προσοψήματα μιγνύειν, ἢ προσαφεψεῖσθαι ὅλαι ὡς τὸ ὕδατι, opſonii s additæ. Et lib. 2, cap. 81, de butyro, μίγνυται δὲ καὶ προσοψήμασιν αὐτὴ ἐλαίου τὸ καθόν, καὶ ἐν τοῖς πίμμασιν αὐτὴ σίαπις, Opſoniis additum olei vicem penſat, Opſonia eo codiuntur loco olei. Vtitur hoc vocabulo Athen. quoque & Euſt. ſynonymum ei faciens προσφάγιον. Athen. inquam, qui apud Ariſtoph. in loco quodam ſuprà citato, ὀψαρίοις exp. προσοψήμασιν. Vtitur idem & in Ὄψον.

ADIICIENDA TOMO II. HVius Theſauri linguæ Græcæ.

LECTORI.

De iis quę huic ſecundo tomo adiunguntur, id eſt, vt cuiuſmodi ea ſint intelligas, lege (ne repetenda ſint quæ dicta fuerunt) epiſtolam prefixam iis quę tomo primo adiecta ſunt, à pagina 1826 initium habentem. Eadem enim iſtorum quæ huic ſecundo tomo adduntur, quæ & illorum eſt ratio. Eſſe autem ſcito nonnulla vocabula quę conſultò hic quoque prætermiſſa ſint & in indicem reſeruata.

Nomen Καρπος, cui primum inter adiecta ſecundo tomo vocabula locum tribuo, quomodo prætermitti à me contigerit, in illa cuius modò memini epiſtola declaraui. Quum enim diu nomina Κραπὸς & Καρπὸς ſuſpenſum me tenuiſſent, vtrum priori ſede honorare deberem, tanquam magis ea dignum, & quum vtrinque rationes ἰσορρόπους & ἰσοστάθμους habere mihi viderer: accidit tandem vt quū nomen Κραπὸς priorem occupare locum permiſiſſem, tanta ſtipatum caterua venerit, vt dum cogitationem meā in inſtruendis ſuis ordinibus detinet, atq; adeò memoriam meam velut obruit, competitorem ſuum ex ea velut detruſerit. Hoc quidē certè negari non poteſt, quanuis & ipſum Καρπος non paruo agmine cinctum ſit, copiarum tamē numero cogi illi Κραπὸς cedere. Siquidē vt à Κραπὸς ſunt Κραπρὸς, Κραπιὸω, Κραπὸτος, ſic à Καρπος eſſe Καπρος, Καρπιὸω, Καρπὸτος, notiſſimū eſt: ſed Κραπὸς multos deriuatorū tanquam militum ordines ſibi peculiares habet, Καρπος cōtrà paucos. Vt enim omittā ducem illū Κραπιὸς & quos ſub ſe militantes habet, ecce tibi magnos duces Ἀκρατὴς, Βίκρατὴς, Ἐπικρατὴς: ecce tibi & alios, Ἀκράτωρ, Αὐτοκράτωρ, Παντοκράτωρ: ecce deniq; Κρατὸω, cum ſuis cōpoſitis: vt de cæteris copiis taceā. At Καρπος vix alias peculiares ſibi copias habet quàm quæ duci Καρπρὸς ſtipendia faciunt: quas in ſuos ordines collocatas hic ſpectare poteris.

ΚΑΡΤΟΣ εος, τὸ, (ſicut & κρᾶτος) Robur, Vires, Vis, Potentia. Heſiod. Theogonia, Καρπῷ νικήσας πατέρα Κρόνον. Hom. Iliad. ι, — κὰρτος μὲν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη δώσουσι. Sæpe autem vocem hanc cum alia ſynonyma copulat, videlicet cum σθένος aut cum βία, pro quo dicit βίη Ionicè. Iliados ρ, Ἀργεῖοι δ' ἐκ κῦδος ἔλον καὶ ὑπὲρ Διὸς αἶσαν Καρπῷ καὶ σθένει σφετέρῳ. Alicubi autem addit & tertium ἠνορέην. vt Il. ρ, Καρπῷ τε σθένει τε παταιδρὰς ἠνορέῃ τε, Πλήθεί τε σφετέρῳ. At κάρτος & βίη coniunguntur cum alibi, tum Odyſſ. ζ, Τοῦ δ' ἐκ Φαιήκων ἔχεται κάρτος τε βίη τε. Sic eiuſdem poëmatis libro η, Καί πού τ' ἔπιθ' ὑμῖν μεγάθῳ καρτός τε βίη τε. Alicubi autē additur genitiuus χειρῶν: vt Il. λ, — ἠνορέην πίσυνοι ἠδὲ καρπῷ χειρῶν. Apud Æſchylum in tragœdia quæ inſcribitur Prometheus vinctus, Κάρπος & Βία ſunt nomina ſatellitum Iouis, vt quidam annotarunt: ſed mea editio quæ veterum codicum aſſenſum ſequuta eſt, habet Κραπὸς non Καρπος.

Καρτα, aduerb. Valde, Vehementer, Admodum. Magnus eſt huius aduerbii apud Herodotum vſus, adeò vt Ionicum eſſe ſuſpicer, licet & alii vſi fuerint. In Clione, pag. 23, mex editionis, in fine, Κῦρος δὲ αὐτὸν λύσας καρτερή τε ἐγγὺς ἐωϋτοῦ, καὶ κάρτα ἐν πολλῇ εὐδαιμονίῃ εἶχε. Idem in Euterpe, pag. 76, οὐδὲ ὅσῳ αἰ ὧραι ἀνθέουσι καρτὰ καὶ λόγου πολλὸς χωρέουσι. Eurip. Medea, Δεῖ δ' ἔξιον μὲν καρτὰ φεύγειν πόλιν. Soph. Τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ καρτ' αἰώδιμον βροτοῖς. Καρτα eſt etiam affirmantis, ſicut παίν & σφόδρα, necnon μάλα ac μάλιστα. Euripides in Hippolyto coronato, Ἦρ' αὖ πω μου δέξιο βουλεύσασθε θεῶν; Reſpondetur, Καὶ καρτα γ'. quod ſcholiaſtes exponit καὶ μάλιστα: addens eſſe enallagen literæ pro κρατα: quaſi quis dicat κεκραμένος, vt ἀσάφα ſit σαφῶς. Apud Herodotū ἢ καρτα in reſponſione affirmatiua: & οὐ καρτα in reſponſione negatiua.

Καρτος, ευ, ὁ, Validiſſimus, Robuſtiſſimus, Fortiſſimus. Homerus Iliad. α, Καρτεῖ δὲ κεῖνοι ὅσσοι ἐπιχθονίων τραφέες αἰδρῶν. Καρτεῖ μὲν ἵππων, καὶ καρτίστοις ἐμάχεσθ' Ὑπερίοσι ἀρηϊφάτοισι. Vbi Euſtathius καρτεῖ exponit αἰδρειότατοι & ἰσχυραί. vultq; eſſe vel à κάρτα (quod hìc proximè præceſſit) ſignificante λίαν: vel à κραπὸς, per transpoſitionem literarū: vt in βαρδίστη ἵππῳ pro βραδίστῃ. Sed quòd ſicut κάρτα, ita etiam καρτος in vſu ſit, & quidem longè frequentiſſimo, mirum videri queat cur Euſtathius non dicat καρτεῖ eſſe vel à κάρτα vel à κάρτος: ſed vel à κραπὸς, per literarum metatheſin, id eſt transpoſitionem. Quod autem ad expoſitionem illam attinet, ἰσχυραί, ea ſequitur ſignificationē quæ dabitur infrà nominis καρτερὸς habenti genitiuum, apud Arrianum, cuius & ipſe locum ibi affert.

Καρταίρω, (quod cōmodè ex κάρτα deduci poteſt, vtpote in quo poſterius quoque α ſeruetur) exponitur Valeo & Vinco: ſed Heſychius exponit duntaxat κρατῶ.

Καρτιὸω, Roboro, Corroboro, Validum reddo, ſeu fortē, Robur addo, Firmo. Aoriſto medio vſus eſt Homerus Iliados μ, Ἀργεῖοι δ' ἐπίρρησιν ἐκαρτιήσαντο φάλαγγας. Vbi Euſtath. exponit κρατιῶσαι, & τυπῶσαι. necnon τοιῶσαι. Ex Apollonio autem affertur ἐκαρτιώσατο μάλαθρον pro κατεῖχεν, Arg. 2. quæ expoſitio ſuſpecta eſt. Apud eundem verò καρτιώσειν ἕρματα redditur Tenere remos: ſed malim Firmiter tenere. Locus eſt ex eodem libro, Ἀλλ' ὅτε καρτιώσαιτο ἑαῖς ἐπὶ χερσὶν ἐρετμά. vbi tamen ſcholiaſtes exponit εἰσραλίσειε δόμοι.

Καρτερὸς, ὰ, ὸν, Robuſtus, Fortis, Validus. Interdum Potens. Iliados τ, de Hectore, — καὶ εἰ μάλα καρτερὸς ἔστι,

Sic Achilli dicitur Iliad. α, εἰ μάλα καρτερὸς ἐσσί. At verò Odyss. ο, ἀλλ' ὑμῖν καρτερὸς αἰών, redditur Dominantes. Nam καρτερὸς hîc exponitur διαπύζοντες, siue διαπύσιμοι: item ἰσχύοντες, necnon ἐγκρατεῖς, id est In potestate habentes. Vide Eustathium. Est in soluta quoque oratione vocabuli huius vsus. Luc. καὶ καλὸς ἰών, καὶ μέγας, καὶ ἐκ πολέμου καρτεροῦ. Idem, τὸν μὲν ἱρόμυζον καὶ καρτερὸν δι, ὑπάρχον καὶ ἀδύνατον. Apud Xenophontem sequente præpositione πρὸς: vbi dicit, καρτερὸς πρὸς πάντα, Ad omnia validus, seu ad omnia ferenda, vt quidã interpr. Alioqui reddi etiam posset, Aduersus omnia. Eandem constructionem interdum habet verbũ hinc deductum καρτερῶ. dicitur enim καρτερῶ πρὸς τοὺς πόνους, & πρὸς λιμόν, & πρὸς δίψος, itidémque cum cæteris huiusmodi accusatiuis. extántque apud illum ipsum scriptorem constructionis huius exempla.

Καρτερὸς genitiuum etiam habet. cuius constructionis apud Suidam aliquot exempla habes, sed autoris nomine non addito. Primum est, ὁ δὲ ἐδύνατο καρτερὸς τῆς πόλεως, ἀλλ' οὐκ ἐδόκει ἑαυτῷ τῆς βασιλείας. Secundum, τῷ τε πάλιν καὶ τῷ χώρας ἦς πρὸς οἱ Νισαῖοι καρτεροί εἰσι, ἐδεδοίκεσαν. Tertium, καὶ αὐτὸς ἐγὼ οὐκ ἐπ' Ἀρμενίας καρτερὸς ἰών. Sed καρτερὸν vult his in locis esse τὸ δυνάμενον πρὸς κράτος. nam postquam ita exposuit nomen καρτερὸς, exempla illa subiungit. In quibus tamen non video quomodo expositio illa nomini isti accommodari queat. præsertim verò in primo. quum enim ibi scriptum sit, ὁ δὲ ἐδύνατο καρτερὸς τῇ, quomodo verbo ἐδύνατο præcedente, καρτερὸς pro ὁ δυνάμενος κρατεῖν accipi dicetur? Rectius igitur postea καρτερὸς ab eo exponitur ὁ ἐγκρατής. Cui expositioni subiũgitur hic locus, ὅσῳ οὐκ ἐῶ τὴν μεμψιν δρᾶσθαι ὑπὸ γῆς πρὸς Ῥωμαίους οἷς πάλαιθεν καρτεροὶ εἶεν. vbi rursus καρτεροὶ exp. ἐγκρατεῖς, necnon κύριοι. Est igitur καρτερὸν τῆς πόλεως, vel alius loci, Dominum esse vrbis, Potiri vrbe, Imperio vrbis potiri, vel Obtinere imperium vrbis. Apud Arrianum autem, quũ dicit Θηβαίων ἐγένετο καρτερός, reddere potes, Thebanorum victor. fuit, Thebanos robore superauit, Thebanis superior extitit, Thebanos in potestatẽ suam redegit. At verò οὐκέτι καρτερὸς σφῶν ἦσαν, apud eũdem Bud. vertit, Non vltrà sustinuerunt iram, Non vltrà sui compotes erant. Tertium quendam vsum habet hoc nomen in v.l. vbi affertur, καρτερὸς Εὐβούλου, pro Tutus ab Eubulo. sed autoris nomen tacetur.

Καρτερὸν dicitur etiam esse aliquid. vt καρτερὸς ὅρκος, apud Homerum, Validum & firmum iusiurandum. Legitur etiam καρτεροὶ λόγοι apud autorem dialogi qui inscribitur Axiochus: vbi scribit, ἀλλ' οὐκ εἶμι ὅπως παρ' αὐτὰ μοι τὰ δεινὰ ῥᾳθυμήσω οἱ μὲν καρτεροὶ καὶ σφριγῶντες λόγοι ὑπὲκ πείσιν. Vbi οἱ καρτεροὶ λόγοι interpretor ad verbum Fortia verba, ex Tibullo & Propertio. Legimus enim apud hunc libro 2, eleg. vltima, Magna loquor: sed magnificè mihi magna loquuto Excutiunt clausæ fortia verba fores. Eodémque modo Propertius fortia verba dixit τοὺς καρτεροὺς λόγους, lib. 1, Ah mea contemptus quoties ad limina curres, Quum tibi singultu fortia verba cadent. Aliam autem significationem habet apud Ciceronem fortis oratio, adiungentem vocem virilis. Apud Xenoph. καρτερὸν τεῖχος. Apud Thucydidem χωρίον καρτερὸν, Locus munitus: pro quo dicit etiam χωρίον ἐρυμνόν. Legitur enim apud eum l. 5, pag. 186. meæ editionis, circa finem, ὁρῶν πρὸς χωρίον καρτερὸν ἰόντας σφᾶς. quum paulo antè illud ipsum χωρίον appellasset ἐρυμνὸν καὶ δυσπρόσοδον. (Quò pertinet καρτερὸς λόφος pro tumulo arduo, & qui ideo est δυσπρόσοδος) Sic in plurali καρτερὰ χωρία sunt Loca munita, Loca tuta. Sed apud eundem interdum sine adiectione substantiui reperitur τὰ καρτερά, eadem significatione: vt lib. 2, ἢ δύναιτο εἴτις ἀμύνασθαι, ἴς τι τὰ καρτερὰ καὶ τὴν πίχυν ἔστα λῶν ἐπὶ τῇ χώρᾳ, ἐπιπρομάθησαν. Sic libro 3. καὶ τὰ καρτερὰ πρόκαπαλλοιῶμεν. In alio eiusdem scriptoris loco legimus, προυφέρετό τι ἔστω ἢ ὅπη τῷ καρτερῶν ἴσκαλον δύναιτο. Eidem frequens est καρτερὰ ναυμαχία, & καρτερὰ μάχη, Atrox pugna, Acris seu Acerrima pugna. In quo etiam loquẽdi genere cæteri historici eum sunt imitati. vt Plut. in Alcibiade, καρτεραῖς δὶ μάχης ἠγωνίζετο. Idem alibi, καρτερὰ μάχη κρίναι οὐ λαζόντα. Sed καρτερὰ apud eundem cum substantiuo αἰαχώρησις, sequitur significationem præcedentem. redditur enim Tutum perfugium.

Κατὰ τὸ καρτερὸν apud Platonem videtur esse idem quod κατὰ δύναμιν, Pro viribus, Totis viribus.

Καρτερὸν in malam etiam partem sumitur pro violento, vt καρτερὰ ὕβρις apud Homerum.

COMP. Καρπερόθυμος, ου, ὁ & ἡ, Qui est forti animo præditus, Magnanimus, apud Homerum, qui Herculẽ hoc epitheto honestat Od. φ. Hesiodo autem ἥρως dicitur καρπερόθυμος, vbi quidam interpr. Pertinax, Quæ est animo obstirmato.

COMP. Καρπερόφρων, idem quod proximè præcedens καρπερόθυμος. Est enim καρπερόφρων itidem ex καρπὸς & φρήν. In vulg. lex. redditur Magnanimus, item Constans, necnon Durus. Additurque, eo vsum esse Hesiodum.

COMP. Καρπερώνυχος, ου, ὁ & ἡ, VEL Καρφερώνυξ, χος, ὁ & ἡ, Qui vel quæ validos seu robustos habet vngues, vel validas vngulas.

Καρπερῶς, Validè, Robustè, Firmiter. Scholiastes Thucydidis hoc aduerbio vtitur ad exponendum ἰσχυρῶς, quod extat l. 6, pag. 228, οἱ τῇ ἱππικῇ μᾶλλον τῶν πολεμιωτάτων φιλίππους ποτὶ δοκοῦντ' εἶναι, τοῦτο ἐγκρατῶς ἐπισχόμαι. Accipi enim ait ἐγκρατῶς pro καρπερῶς. sed addit φασιρῶς, item ὅπη φασὶς: quæ minimè placent.

Καρπερία, ας, ἡ, Tolerantia, Patientia, sicut redditur vox καρτέρησις. Sed quanuis καρπερία interdum sumatur pro καρτέρησις, id est pro ipsa tolerandi seu perferẽdi actione, potius tamen ipsum tolerantiæ habitum (vt ita dicam) significat. Xenoph. Pæd. 3. παὶ μεγάλας ἡδονὰς ἢ τὰ ἀγαθὰ τὰ μεγάλα ἐπίπονα καὶ ἡ καρπερία καὶ οἱ ἐν τῷ καιρῷ πόνοι καὶ κίνδυνοι παρέχονται. Apud eundem eiusdem operis libro 8, inter se opponuntur καρπερία & μαλακία. Apud Isocratem autem in Panathenaico copulantur αἰδὼς & καρπερία: vbi scribit, οὐ πεπαίσεται οὐδεὶς ἂν δύναιτο μείζονα εἰπεῖν αἰδοῦς καὶ καρπερίας καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμονοίας. Budæus ab eo καρπερία vocari ait constãtem temperantiam non vno in loco. Quanuis porro ibi ab Isocrate coniungantur αἰδὼς & καρπερία, legimus tamen apud Platonem in Lachete, non quamlibet καρπερίαν esse αἰδῶ. In vulg. lex. ex Xenoph. affertur αἱ δι' καρπερίας ὀπομάλαι, pro Assidua studia.

Καρπερικὸς, illi subiũgo. quum enim ita dicatur is qui virtute quæ καρπερία vocatur, præditus est, non dubito quin ex hoc ipso nomine originem habeat. Redditur certè καρπερικὸς Tolerans, Patiens: sicut καρπερία Tolerantia, Patientia. Ac quemadmodũ καρπερία & μαλακία, sic καρτερικὸς & μαλακὸς opponuntur. Aristot. Ethic. lib. 7, cap. 7, αὐτίκειται δὶ τῷ μὲν ἀκρατὴς ὁ ἐγκρατής, τῷ δὶ μαλακῷ ὁ καρπερικός. Est autem virtus τὸ καρπερικὸν circa mœrores, sicut τὸ ἐγκρατὲς circa voluptates, vt ex eodem philosopho ibidem discimus. Apud eundem Polit. libro 2, de Lacedæmoniorum politia loquẽtem, ὅλως γὰρ ἡ πόλις ὁ νομοθέτης τῇ βουλεύσεως καρπερικὴν, τῷ μὲν πεῖσαι αὐτὰς φασιρὸς ὅτι διοῦπερ ὤν, ὅτι δὶ τῷ γυναικῶν ἐξημάλυνε. Quibus subiũgit, ζῶσι γὰρ ἀκολάστως πρὸς ἅπασαν ἀκολασίαν καὶ πρυφιρῶς. Hoc autem affert tanquam ciuitati καρπερικῇ minimè conueniens: adeò vt hîc latius vocis huius significatio excendatur quàm modò dictum fuit. Conuenit quidem certè hic vsus cum eo quem habet apud Isocratem De pace. postquam enim dixit, ὅτι δὶ ἐξεῖναι αὖ τοῖς πολεμοῦσι χαίρουσι μὲν τῷ ἰδίσμασιν καὶ τῷ ὀπλισμασιν τοῖς καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν βλάπτουσιν, ὀδύνας δὶ καὶ χαλεπὰ νομίζουσι φέρειν ἃ ἀμφότερα ταῦτ' αὐ ὠφελοῦσι, subiungit, καὶ καρπερικοὺς τῇ δεκοῦσι τοὺς ὠμοὺς πόνους ἐμβάλουσι. Apud Athenæum καρπερικὸς βίος & κωμικὸς opponuntur, lib. 3, ὡ καρπερικὸν βίον ἀσκεῖν, κωμικὸν δὶ τῷ ὄπα ζῆν. Interdum autem καρπερικὸς non sine adiectione ponitur, sed adduntur ea circa quæ aliquis est καρτερικός. Quem vsum habet apud Xenophontem, sequente præpositione πρὸς: vbi scribit, πρὸς χειμῶνας ἢ πόνους ἢ πότους τίνες καρπερικώτατοι. Quo in loco apte vtemur illa voce Lat. qua suprà interpretatus sum hoc vocabulum, genit. ei dantes, vt καρπερικώτατοι πρὸς πόνους sit Laborũ tolerantissimus.

(possit reddi & Laborum patientissimus) Itidémque A
χειμῶνα καὶ λίμος καρτερικώτατος, frigoris & æstus tolerantissimus. Atque adeò magis vsitata est vox ista Tolerans cum genitiuo, quàm sine adiectione. Sed vix puto καρτερικὸς (vbi sine adiectione ponitur) aptè reddi posse quàm Tolerans vel Patiens. In illis certè Aristotelis locis interpretandis quidam hoc, quidam illo sunt vsi: sunt & qui reddiderint Constans. Inuenitur etiam redditum vtroque simul, id est nomine Constans, addito altero illorum, videlicet Patiens. Redditur enim καρτερικὸς Constans & patiens. At ego sic cē- B seo, vbi καρτερικὸς est πρὸς λύπας, vel πόνους, tunc sufficere vel Patiens vel Tolerans: at vbi de eo dicitur qui facilè patitur se voluptatum fruitione priuari, tunc lubēter aptiorem vocem inuenirem. Vt porrò καρτερικὸς redditur Tolerans, Patiens: sic ADVERB Καρτερικῶς reddi commodè potest Toleranter, Patienter. veluti quùm dicit Cicero Tolerāter dolorem pāti. hoc enim (vt opinor) diceretur καρτερικῶς πάσχειν.

Καρτερῶ, ῶ, Fut. ήσω, Tolero, Patior, Patienter fero. Item, C Duro, Perduro. Variè autem construitur, & pro varia constructione variè etiam redditur, eodem tamen sensu. Cum accusatiuo, Xenoph. παῦσαι τὸ σωτὸν χαίροντα καρτερεῖ. Isocr. τὸν γὰρ τῆς ὑπερηφανίας ὄγκον μᾶλλον ἂν τις δοῦλος καρτερήσειε. Cum ὡς apud Xen. Pæd. 2, καὶ ὡς λιμὸν καὶ ὡς δίψος καὶ ὡς ῥῖγος καρτερεῖν, Famem, sitim & frigus tolerare. vel (seruata eadem constructionis forma) Resistere contra famem &c. Et ex Plat. De leg. affertur καρτερεῖν ὡς τὸ μάτειον, pro Ita me contineo vt moderatè me geram. Isocrates autem cum ὅτι in Archid. δεῖ καρτερεῖν ὅτι τοῖς παροῦσι, καὶ μὴ χαλεπῶς φέρειν τοὺς μελλόντας, D patienter præsentem rerum statum ferre, boni consulendo. Item in Nicocle cum ὡς, sed alia significatione, καρτερεῖν ὡς τοῦτο, q.d. tolerantiam exercere, in his videlicet me continendo, vel mihi temperando. Rectius Temperantiam exercere, vel, Ab his mihi temperare, seu, me continere. Nam pro eodem dicere videtur ἐγκρατῆ εἶναι τούτων. Iungitur & datiuo sine præpos. vt Hermog. ἵνα καιροῖς τοῖς κινδύνοις οἱ ἀγωνιῶντες. Sic & apud Propert. obseruaui Durare cum datiuo, His ego non horam possim durare querelis. (Scio tamen posse E etiam videri esse ablat. subaud. præpos.) Sed & quēadmodum dixit Plautus, Nequeo durare quin ego herum accusem meum, sic apud Philostr. legimus καρτερεῖν cum μὴ οὐκ, in Heroicis, οὐ καρτερῶ μὴ οὐκ ἀποδοῦναι. Iungitur & cum participio, & dicitur καρτερῶ ἀκούων pro Patienter audio: οὐ καρτερῶ ἀκούων, Non patienter audio. quod Gall. cōmodius exprimitur, Ie n'ay pas la patience d'ouyr. Æschines in Ctesiph. πῶς οὖν τὰ τοιαῦτα καρτερήσειεν ἀκούων; Idem ibidem, ἃ ἐγὼ οὔπω πώποτ' ἐκαρτέρουν ἀκούων. At verò epist. ad Heb. cap. 11, vbi dicitur, τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε, non iungitur participio: sed est ὡς ὁρῶν, vt qui videret. Quid autem hic significet, paulo pòst docebo. Iungitur & cū particip. passiuo: vt καρτερῶ τυπτόμενος, Patior me verberāri, vel potius Patienter fero verbera. Interdum autem καρτερῶ per se ponitur, & quidem alicubi eodem planè sensu quo apud Plautum Durare nequeo in ædibus. (vt Galli, Ie ne scaurois durer en la maison) Hæc enim (ni fallor) interpretatio huic Thucyd. dis loco conuenit, l. 4, οὐ δυνατὸν τὸν δῆμον ἡσύχιον μεταπορῶν καρτερεῖν. Alibi apud eundem videtur καρτερῶ significare, Forti animo sum, & (vt Maro loquutus est) Non cedo malis. vt l. 2, καρτερεῖν δὲ χρὴ καὶ ἄλλων παίδων ἐλπίδι, id est δι' ἐλπίδα. Conuenit autē hæc interpretatio illi etiam loco epist. ad Hebr. cap. 11. Sciendum est porro hac in signif. verbo καρτερεῖν opponi ἀπειρεῖν.

Καρτέρησις, ιως, ἡ, Tolerantia, vel Toleratio. (nam & hoc posterius apud Ciceronem extat) At Perferentia & Perlatio non satis Latina sunt, quibus tamen Lactantius vsus esse fertur. Plurali καρτερήσεις vsus est Plato in F Symposio, ἐκ δὲ τῆς τῶν χειμώνων καρτερήσεως (διατριβὴ γὰρ αὐτόθι χειμῶνες) ἀκαμάτοις εἰργάζετο. Alibi quoque dixit καρτερήσεις χειμώνων καὶ τῶν ὡραίων. Apud eundem καρτερήσεις πόνων καὶ πόνων, redditur, Consuescere à cibo & potu abstinere.

C. ΑΠΟκαρτερία, ᾶς, Inediam perpetior, vt ea vitam finiam, Inedia vitam finio, Inedia mortem mihi consciseo. Lucianus in opusculo quod μακρόβιοι inscribitur, φῦναι δὲ ἔφη ὅπου τὰ χείλεσι καὶ ἀποκαρτερῆσαι, ἐπειδὴ τὸν αὐτῶν παρὰ ἑπτήκοντα τῶν γραμμάτων, καὶ ἀφορμὴν καλὸν ἔφη, καὶ ἀφορμὰς αὐτοῖς ἔχοντι οἱ φίλοι, ἀποχρώντως αὐτὸς ὑφῆς, ἐξιέναι τοῦ βίου. Loquitur autē de Cleanthe. Atque hic τὸ ἀποκαρτερεῖν manifesta significatio est. Sic & in sequente loco Plutarchi Sympos. lib. 6, διὸ καὶ πάλαι ζώσης ἔτι τῆς ἀποκαρτερησάσης χρόνον, αὖθις μόνον λαμβάνουσιν. Herodianus, ἔκρινε δὲ ὅτι τοῖς τῶν παίδων ἁμαρτήμασι συμφοραῖς, ἔτι ἀκούσαις ἔτι καθυβρίσαις, ἀποκαρτερήσει. Cicero Tusc. quæst. lib. 1, Hegesiæ liber est ἀποκαρτερῶν, quòd à vita quidam per inediam discedens reuocatur ab amicis. quibus respōdēt, vitæ humanæ enumerat incōmoda. Secundū Suidā tamen ἀποκαρτερεῖν est vitam sibi laqueo vel inedia cōsciscere. is enim huic loco, Λυκοῦργον τὸν Λακεδαιμονίων νομοθέτην μετὰ τὸ ἦθος τοῖς νόμοις, ἐλθόντα εἰς Κρήτην, ἀποκαρτερῆσαι, ὅπως μὴ αὐτοὺς αἰτίας καθῇ λύσας, præfigit participium ἀποκαρτερήσαντα, quod exponit ἑαυτὸν αἴρεσθαι καὶ χρήσασθαι τῷ βίῳ ἐξαγόντα. Plutarchus quoqs eiusdem Lycurgi mortem describens, eodem vsus est verbo, ἐπελθόντων ἐκεῖ ἀποκαρτερῆσαι. At Suidas in ἀποκαρτέρησον citans itidem hæc innominati autoris verba de Lycurgi morte, ὁ δὲ Λυκοῦργος ἐλθὼν εἰς Κρήτην, ἀποκαρτέρησον, ἵνα μὴ λύσῃ τοὺς νόμους οὓς ἔθηκεν, verbum ἀποκαρτέρησον exponit generaliter ἑαυτὸν διεχρήσατο, id est Manus sibi attulit, vel Mortem sibi consciuit. Vnde apparet quàm parum sibi constet Suidas in huius verbi expositione, ideóque quàm parum fidei adhibere illi oporteat. Multi sanè reperiuntur loci in quibus manifestissimum est ἀποκαρτερεῖν esse inedia mortem sibi consciscere: at vel vnum in quo significet Laqueo mortem sibi consciscere, extare vix credo. Adde quòd Cicero illo non hoc modo interpretatur. Et vel hinc colligas esse peculiarē quādam verbi huius significationem, quòd diuersi scriptores de eiusdem morte verbū hoc vsurpent. Nam sic Plut. in Pericle Anaxagoræ mortem describit, καὶ μὴν περὶ τὸν Ἀναξαγόραν αὐτὸν λέγουσιν, ἀφ' οὗ μάλιστα Περικλέους, ἀμαλοῦμένου καὶ δεδιότος συγκαλεμμένου δὴ γηραιὸν ἀποκαρτερεῖν. Apud Suidam autem habetur idem verbum de morte eiusdem Anaxagoræ, in hoc autoris innominati loco, ὁ δὲ Ἀναξαγόρας ἐλθὼν ὁ Λαμψάκηνος ἀπεκαρτέρησε, τὸν βίον καταστρέφει (At eum qui vitam laqueo finit, habēt Græci verba multa quibus significare possint) Tolerare vitam (inquit Budæus) sermo est à Græcis tractus, à quibus ἑαυτοὺς ἀνθρωποκτόνους dicuntur sese tolerantes: hac ratione, quòd qui facere id nō sustinēt, ἀποκαρτερεῖν dicūtur & inedia vitā finire. Hoc autē obiter notandū est, pro eodem dici ἀποκαρτερήσας ἑαυτὸν & ἀποκαρτερήσας.

Ἀποκαρτερῶ, Nō sustineo, Animo deficio, Impar sum dolori. Sic vsus est Arethas in Apocalypsin: qui etiam ἀπαγορεύω interpretatur. Bud.

Ἀποκάρτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inedia vitam finiens. Ita legitur in quibusdam Ciceronis libris pro ἀποκαρτερῶν, in loco paulo antè citato ex Tuscul. quæst. lib. 1. Sed ἀποκαρτερῶν tutius & cum exemplarium plurium autoritate legitur. Extant etiam quidam libri in quibus ἀποκαρτερήσαντος scriptum est, non sine aperto mendo.

Ἀποκαρτέρησις, ιως, ἡ, Mortis oppetitio per inediam. si modò dici posset oppetitio. Quintilianus libro 8, cap. 5, in luxuriosum qui ἀποκαρτέρησιν simulasse dicitur, ait iactatum fuisse, Nec te laqueum, habes quòd faucibus tuis irascaris. Sume venenum, decet luxuriosum bibendo mori. Intelligo autem ἀποκαρτέρησιν simulasse, id est simulasse se in animo habere vitam inedia finire. At in vulg. lex. citatur hic Quintiliani locus tanquam ἀποκαρτέρησις accipientis pro tolerantia, & eam inter figuras numerantis.

Ἀπόκαρτερσις Tolerantia doloris victa, Animus deficiens præ dolore, seu concidens, Abruptio patientiæ præ dolore. Vide posteriorem significationem verbi ἀποκαρτερῶ, ex Aretha.

CAI Καρτερῶ, Ad extremum vsque perfero, (hanc enim esse vim præpositionis in hoc verbo existimo) Perduro. Greg. de martyre quodam vsus est, pro Ad extremum vsque tormenta perferre: ὑπὲρ Δωσθέας ἐκαρτέρει. In vulg. lex. ex Aristot. Rhet. ἐγκαρτερῶ μὲν λέγειν πλανᾶν pro Perseuero occultare veritatem. Et ex Ios. antiquit. ἑαυτοῦ ἐγκαρτερήσας ὀδύνῃσι καὶ ἀσχέτοις, pro Ægrè se continuit, Vix sibi temperauit. ‖ Διακαρτερεῖν (inquit Bud.) apud Herodot. pro Inediam perferre. Ad hanc autem significationem pertinet ἐγκαρτερεῖν ταῦτα, de Democrito dictum vitam suam in inedia sustentante: hoc in loco, τοὺς δὲ [τοῖς θερμοῖς ἄρτοις] τοῖς ῥιπτοῖς ἐκαρτέρων. ὁ Δημόκριτος ἐκαρτέρησε. Commodè autem, vt opinor, (ad primam huius verbi significationem respiciendo) vertemus, Toleranit vitam suam. nam Toleravit se, sine exemplo dicere non ausim.

C. Εἰ καρτερῶ, vt ἐκαρτέρει τοῖς ἀλγηδόσι Xenophonti, pro καρτερῶ ἐν ἀλγηδόσι, Patiens sum in doloribus, vel Forti animo præditus sum in doloribus, vel Fortiter me gero, aut Perduro in doloribus. Possumus & mutata constructione reddere, Patienter vel forti animo dolores fero. Sic Aristoteles Rhet. 1, ἐκαρτερεῖν ταῖς αἰάγκαις. At in hoc Plutarchi loco, ἐγκαρτερεῖν τῇ χειρουργίᾳ, pro ἐγκαρτερεῖν ταῖς τῆς χειρουργίας ἀλγηδόσιν accipio: de Mario, καὶ μὴ στενάξας, μηδὲ ταῖς ὀφρυσὶ συνάγων, ἐγκαρτέρησε τῇ χειρουργίᾳ. Ab eodem verò ἐκαρτερεῖν per se positum, itidem pro ἐγκαρτερεῖν ταῖς ἀλγηδόσιν accipio, in hoc loco lib. De garrul. αἰσχρὸν γὰρ ἐν μὲν ταῖς ἀσχολίαις καὶ πόνοις φέρειν τοὺς ἐπὶ καλοῖς ἔργοις, νῦν δὲ μὴ φέρειν, ἀλλ' ἐκκαρτερεῖν, ἐπιδιδόντας &c. Synes. epist. 80, πῶς οὖν οὐκ ἐκκαρτερεῖς τὸν δεσμόν; ἀλλ' ἐκκαρτέρησον καὶ οἴσεις τι. q.d. Obfirmabã animum. Plautus certè vim huius verbi καρτερῶ luculẽter expressisse mihi videtur, vbi dixit — feram & perferã vsque eius abitum Animo forti atque obfirmato. ‖ Interdum verò ἐκαρτερῶ dicitur de perseuerantia in aliis etiam rebus, vel potius de pertinaci quadam seu peruicaci perseuerãtia. nam apud Synesium, ἀλλ' ἐγὼ τοὺς δεδεσμένους ἐκκαρτερήσαι nõ verterim simpliciter, (vt quidam) Mãsi in iis quæ decreta fuerant, sed Pertinaciter mansi, vel Obfirmato animo mansi. Sic autem & vetustiores scriptores hac voce vsos esse comperio. ita enim Thuc. l. 2, ἔστιν ἡμῶν ἃ δέοντα ἐκαρτερεῖν ἃ ἴσμεν. Quẽ velut imitans Xen. ita scribit, de equitibus in acie loquens, ἃ ἐπιθυμήσουσι τῶν καλῶν τε κἀγαθῶν, καὶ ἃ ἂν χρῶντο ἐκαρτερεῖν. Exponitur etiam Persistere. ‖ Ἐγκαρτερεῖν in hoc Xenophontis loco, τοῖς τῆς ὥρας ἀφροδισίοις ἡλωμένοις, ἐγκαρτερεῖν διδάσκω, redditur Sibi temperare, Se continere, (quæ significatio & simplici καρτερεῖν data fuit) sed videtur & ad illam significationem perpessionis doloris (cuius modò exempla protuli) reduca posse. ‖ Εἰ καρτερῶς θανεῖν in vulg. l. ex Euripide pro Mortem. id est expectas. quod mihi valde suspectum est & ob significationem & ob constructionem. quippe qui nec in illis locis Thucydidis & Xenophontis accusatiuo iungi existimem, sed esse ἐκαρτερῶ ἃ pro ἐγκαρτερῶ ἐπὶ τοῖς ἃ.

Quod sequitur verbum Κεύθω, censeri ἀνώνυμον possit, præsertim quum eius etymum à nullo eorum lexicographorũ & grammaticorũ quos legere mihi cõtigit, afferatur. Præterquã enim quòd de eius deriuatione tacẽt, (quòd facit vt suspicer ab illis existimatum fuisse ἀνώνυμον. affirmare enim nolo, quã fieri possit vt nõnullorum deriuationes vel obliuione vel propter ignorationem prætermiserint) tale esse videtur vt in illo ordine reponi debeat.

Κ Ε Υ' Θ Ω, Fut. Κεύσω, Præt. δυκα, Occulo, seu Occulto, Abscondo. Poetis potius in vsu est quàm prosæ scriptoribus, qui pro eo dicunt κρύπτω: quod cum poetis commune habent. Homerus Odyss. τ, δόλῳ ἢ ὄγε δάκρυα κεύθει. Sic alibi, μηδὲ σὺ κεύθε νοήματα θυμῷ ἐρύσσας. Apud eundem Iliad. ι, legimus κεύθειν ἐνὶ φρεσί. vbi sibi nõ minus ac portas orci inuisum esse dicit illum Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλα δὲ βάζῃ. Vbi non assentior scholiastæ, dicenti, verbum κεύθειν alibi quidem significare κρύπτειν, hoc autem loco accipi pro ἐνθυμεῖται. neque enim κεύθειν per se significare potest ἐνθυμεῖσθαι, id est cogitare: sed κεύθειν ἐνὶ φρεσὶν, id est occultare in mente, seu in pectore, perinde est acsi diceretur κρύφα ἐνθυμεῖσθαι, id est Occultè cogitare. Is autem occultè diceretur cogitare, qui cogitationẽ suam dissimulat, & nihil tale præ se fert quale est illud quod cogitat & in animo suo voluit. Ex Sallustio κεύθειν ἐνὶ φρεσὶν interpretari possumus Claudere in pectore. Is enim qui ab Homero describitur, Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλα δὲ βάζῃ, is est (vtendo Sallustianis verbis) Qui aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habet. Simili porro loquendi genere dicitur ab eodem poeta τινὸς aliquid κεύθειν ὑπὸδρα: Odyss. ω, Εἰπὲ μοι ὅππῃ σὸν πατέρ' ἔνδοθι κεύθει. Apud Euripidẽ in Phœnissis κεύθειν & σιγᾶν ὑπὸ σκότου copulantur: Καιόν τι κεύθειν καὶ σιγᾶν ὑπὸ σκότου. ‖ Interdum sepulcrum dicitur aliquem κεύθειν, seu alicuius ossa: vt aliquis Latinè dicitur regi sepulcro seu condi. In Æschyli epitaphio habetur hic verbi κεύθω vsus: Αἰχμᾶτα Εὐφορίωνος Ἀθηναῖον τόδε κεύθει Μνῆμα κατ' εὐκλέα πυροφόρου Γέλας. Et in epitaphio quodã quod Simonidi adscribitur, quod legitur Anthol. epigrammat. libro 3, pag. 286, meæ editionis, Εὐθάδε Πυθέαχε κατ' εὐκλέα τε κεύθεται Γᾶ. (Quẽ vsum habet κρύπτειν in isto Platonis epitaphio, Γᾶια μὲν ἐν πόλεως κρύπτει τόδε σῶμα Πλάτωνος. Interdum verò & καλύπτειν dicitur ὁ τάφος, id est sepulcrum) Sed illud κεκεύθειν omnino mihi suspectũ est, quod est tanquam à themate κεκεύθω. dicendúmque foret ex futuro medio κεκεύθσω esse factũ, si admittendum censeretur. Sed potius in κεκεύθει mutandũ illud κεκεύθει crediderim. etenim nec pro præterito plusquamperfecto accipere commodum esset. Inuenitur autẽ sæpe hoc medium PRAETER. Κέκευθα significationem habens præsentis κεύθω. Extátq; hic vsus in Anthologia epigrammatum aliquot locis: necnon apud Homerum, -μῆτιν ἐνὶ στήθεσσι κέκευθε. vbi dicitur ἐνὶ στήθεσσι κέκευθε pro eo quod alibi κεύθει ἐνὶ φρεσί.

Κεύθειν inuenitur etiam passiuam significationem habens. Sed ex Sophocle solo huius vsus exempla mihi extant. Sic autem vsurpat tum ipsum verbum, tum eius participium. Legimus enim apud eum in Œdipo tyranno, pag. 192, meæ editionis, — ὁ δ', ἀνὼν κεύθει κἀπικεύθεις πρὸ κεύθειν, κρύπτειν, inquit scholiastes. Hoc certè constat suam actiuam significationem minimè retinere hic posse verbum κεύθω: sed commodius fortasse pro neutro verbo haberetur (quale est Latinis Lateo) quàm pro passiuo. Quem autem verbo dat vsum illic, eundem & participio in Aiace, p. 38, κρείσσων γὰρ ἀνὴρ κεύθων, ἢ ὁρώμενος μάτην. vbi etiam ἀνὴρ observandum est poni pro ὁ ἀνήρ. Legimus apud eundem poetam in Antigone, Μηδὲν ἀνὴρ ἀνδρὸς καὶ πᾶς ὅς κεκεύθοιμεν.

PASS. Κεύθομαι, constat accipi pro Occulor, Occultor, Abscondor, sequendo actiui significationem: sed in v. l. habetur κεύθομαι expositum Vado: non sine errore, vt opinor: qui tamen vnde natus sit, haud diuinare possum. Vide Κεύθω.

Κεύθμων, ῶνος, ὁ, Locus qui aliquem occultat & abscondit, Locus in quo aliquis latet, Latebra, Latibulum. Apud Hom. cete habent suos κεύθμωνας: Il. ν, nõ procul à principio, de Neptuno, Βῆ δ' ἰέναι ὄρεος κεύθμωνα, λιπὼν πόντου τε κέλευθα. Ἔνθ' αὐτοῦ, Παίπαλον οἱ κεύθμωνα, δύσ' ἀγελείην αἶσαν. Vbi Eust. annot. κεύθμωνα esse à sing. nomin. κεύθμων, qui similis sit his, ῥυθμὸς, σταθμὸς, βαθμός. eos autem qui dixerint factũ esse κεύθμωνα ex genit. κεύθμωνος per synco-

pen, meritò reiiti à veteribus. Ὃς δὲ εἰπὼν καὶ inquit αὐτὸ συγκαταξαι ἐκ τῶ κευθμῶνων, δῦ πιθανὸς οὐκ ἂν δόξειεν οἱ παλαιοί. Extat apud Hesychium hic nominatiuus Κεύθμος, qui ab eo exponitur καταδυὰς, item κεύθμιλα, necnon θησαυρούς. quibus additur κεῦλον, ἢ κοιλάς. Ita enim cum Aldina editione legendū est κοιλαὰς, (cuius genitiuus κοιλάδος) non κοίλας cum Germanica. Cæterūm ex hoc κεύθμος fit κευθμῶν, κεύθμωνος. non contrà: vt docebo etiam in sequentibus.

Κεῦμος etiam legitur apud Etym. sicut & Κεύθμος. Sed pro Κεύθμος non dubium est quin debeat s c r i b i Κεῦμος. Ideo autem non dubito hanc scripturam in illius locum substituere, tum quòd comprobetur exemplo quod affert, tum etiam quòd mei veteris lexici autoritate nitatur. Exemplum quod affert Etymologus habet ε. est enim μύησμός: alterum autem habet θ, μυηθμός. vnde liquidò patet eum iridem Κεύμος cū ε & Κευθμὸς cum θ scripsisse. In meo autem veteri lexico scriptura hæc Κεῦμος Æolica esse traditur. Hæc enim ibi leguntur, Κεύθμος, ὃν τὸ κεύθω κεύθμος. Deinde, Αἰολικῶς κεῦμος, καὶ κεύθμος. Addunturque in exemplum, κλαυσμὸς, ex κλαίω, & κλαυθμός.

Κευθμὼν, ῶνος, ὁ, idem quod Κεύθμος, de quo paulo antè. Redditur non solùm Latebra & Latibulum, sed etiam Penetrale, Secessus. pro quo malim Recessus, (vt Cicero latebras & recessus copulauit) vel potius Abditos recessus, vt significātius loquamur. Hesiod. χάσμ' ὑπὸ κευθμῶνι. In plurali autē χάσματα κευθμῶνες dici possint fortassis terræ penetralia, Intimi terræ recessus, seu abditi. Quidā interpretati sunt antra terræ. Sed multo his & aliis quibusuis aptius est vocabulum Abdita. Eodē enim planè modo dixit Lucretius Abdita terræ, quo dicunt Græci κευθμῶνας χαίης: adeo quidem vt ad Græcum vocabulum respexisse videri queat, quum Abdita sit ab Abdo, vt κευθμὼν à κεύθω, significante illud Abdo, vti antea dictū fuit. Eius locus est l. 6, Denique vbi argenti venas aurique sequuntur, Terrai penitus scrutantes abdita ferro. Huius autem exemplo dixit Horatius Abdita rerum. Apud Homerum est κευθμὼν speluncæ: Odyss. ν, Ναιετάουσιν κευθμῶνα αἰὲν ἀήτας. Quinetiam de latibulis seu lustris ferarum dicuntur κευθμῶνες. vt apud eundem poetam, Odyss. κ, — ὥστε σύες τυπεὶς κευθμῶνας ἔχουσι. Euripides autem πικρῶν κευθμῶνα sicut & σκότου πύλας de orco dixit, initio Hecubæ. & fortassis occasionem ita loquendi sumpsit ex Homeri locis quos in nomine Κεῦθος afferam.

Κευθμὼν fit ex Κευθμὸς, non contrà: vt testatur etiā Etymologus, cui assentitur & meum vetus lexicum.

Κεῦθος, εος, τὸ, idem quod κευθμὸς seu κευθμὼν, de quibus modò dictum fuit. Sed aut nullum aut rarum esse puto singularis apud veteres vsum: at plur. κεύθεα & κεύθη in frequenti sunt apud poetas vsu. Et quemadmodum habuisti suprà κευθμῶνας χαίης, ita κεύθεα χαίης dicunt Homerus & Hesiodus. Extat enim apud vtrunque, ὑπὸ κεύθεσι χαίης: apud hunc quidem in Theogonia: apud illum autem Odyss. ω, Ἐσπόμ' ἐν εἰλάδι δόμοις, ὑπὸ κεύθεσι γαίης. Apud eundem Iliados χ. legimus, Νῶϊ δὲ νῦν μὲν εἰλάδι δόμοις ὑπὸ κεύθεσι γαίης Ἕρχαται. Quibus ex locis fortassis occasionem sumpsit Euripides vocandi orcum πικρῶν κευθμῶνα, vti dixi.

Singularis κεῦθος, cuius aut nullum aut rarum apud veteres vsum esse dixi, vtitur scholiastes Sophoclis, in quendam Philoctetæ locum, pag. 410, vbi dicitur à poeta, Ὦ καίνας πέτρας γύαλον Θοὸν τε καὶ παγετῶδες. Exponit enim γύαλον per κεῦθος. Et paulo post, διὸ δὴ τὸ κεῦθος ἡμεῖς αὐτὸ τὸ ἕλος μεταφορικῶς εἴρηκεν.

Κευθμῶν etiam legitur apud Suidam, quod ideo in hunc locum reseruaui quia mendo carere non puto. Exponit autem φωλεὸν & λῃστρῶνα πᾶσαν. ex qua expositione esse genitiuum pluralem liquet. Sed ego non dubito quin ipse κευθμῶν scripserit, à nominatiuo singulari κευθμὶς, de quo antea dictum fuit. Existimo porro petitum esse istum gentiuum κευθμῶν, ex illo Homeri loco quem attuli in Κευθμὸς, ex Iliados γ. aut certè ex isto versu, Κευθμῶν ἐξ ὑπένερθεν ἀνὴ θῆς αἰνολέοντος.

C. ΑΜΦΙκεύθω, Circumquaque occulo, Circumtego. ἀμφικεύθων Hesych. exponit ἀφανίζων.

C. ΕΠΙ κεύθω affertur tantùm pro Celo ex Homero, ea significatione qua dicitur Celare quempiam aliquid: Odyss. ξ, Εἰπὲ μοι ἀμφαδίην τὴν μητέρα, μή τι θύγατρὸς, Τίς, πόθεν εἰς ἀνδρῶν, καὶ τῆς πόλις, ἠδὲ πατρός. Vbi μή τι θύγατρὸς per perittologiam dictū censeri possit: cuiusmodi multa apud Hom. legi scimus. Sic Od. ι, Αὐτάρ οἱ ἐξερέεινον ἕκαστα, μή τι θύγατρὸς, Ὡς τε μάλ' ἀσπασίως ἑῶ παιδὶ γαῖαν ἱκέσθαι. Hic certè itidem perittologia esse censebitur quod addit, μή τι θύγατρὸς, Sed tolerabilior tamen fuerit si vtrobique permutatum esse ordinem imaginemur: & dictum esse hic quidem, ἐξερέεινον ἕκαστα οἱ, μή τι θύγατρὸς, pro οὐκ θύγατρὸς, ἀλλ' ἕκαστα: illic verò, μὴ θύγατρὸς, ἀλλ' ἢ τι &c. Existimari autem potest subaudiendus esse his in locis accusatiuus personæ. At verò cum accusatiuo rei legitur Odyss. η, — μῦθον δέ τι οἱ κεύθω. Quòd si legatur τι (quam scripturam alicubi inueniisse mihi videor) dubium fuerit sitne τι itidem expletiua particula, an pronomen: vt habeat hoc verbum accusatiuum rei & datiuum personæ. Cæterùm quanuis nullum afferatur exemplum significationis generalis quam habet Κεύθω, qua videlicet ponitur pro Occulco, Abscondo: nō dubito tamen quin & eam obtinere possit, atque adeo alicubi eam obtineat. Et videtur quanuis simplici v e r b o. Κεύθω data nō fuerit ea significatio quæ datur huic compositio Ἐπικεύθω, quòd nullum eius exemplum in promptu esset: minimè dubium esse debet quin eandem & ipsum habere queat, & quidem non sine veterum scriptorum exemplo.

Κευθάνω, idem est quod Κεύθω, Occulo, seu Occulto, Abscondo. Fitque ex illo superiore κεύθω hoc κευθάνω. Homerus Iliados γ, Ἀλλ' οὔπως δύναται Τρώων κλειτὸν τ' ὀπιπεύων Δεῖξαι Ἀλέξανδρον τὸν ἀριζήλω Μενελάω. Οὐμὲν γὰρ φιλότητί γ' ἐκεύθανεν, οὔπως ἴδοιτο. Vbi κευθάνειν potest accipi pro Occulere, Occultare seu Abscondere: sed aptius reddetur Celare, (meo quidem iudicio) vt habeat eam significationem quæ composito ὀπιπεύω data fuit. Annotat porro ibi Eustathius, hoc verbum Κευθάνω ex Κεύθω esse deductum: sed addit hanc deductionem orationi solutæ inutilem, at versui hexametro (quem dactylicum appellat) esse cōmodam. Eius verba sunt, τὸ δὲ ἐκεύθανεν ἢ ὅτι τῷ κεύθω συζυγὴν λόγῳ μᾶλλον ἔσωπηλὴς, δακτυλικῷ δὲ μέτρῳ χρηστόν. Ex quibus verbis colligat fortasse quispiam, κεύθω quidem in oratione soluta locum habere, at κευθάνω nōn item. Ego tamen poeticum esse & illud κεύθω existimo, & nullum aut perquam rarum apud eos qui soluta oratione vtuntur, esse illius vsum.

Κευθάνω in vulgaribus lex. redditur Vado. Cui interpretationi additur, Item Tego. Subiungitúrque locus ille Homeri ex Iliados γ, qui paulo antè allatus fuit. Sed quod ad priorem illam interpretationem attinet, miror vndenam sumpta fuerit: & quāuis planè falsam esse credā, (vt alia infinita id genus mendacia in illis lexicis esse satis cōstat) nolui tamē eam te celare: quòd etiam verbo κεύθομαι eadem in iisdem libris tribuatur.

A T V E R O Κευτρία dicitur esse nomen plantæ apud Theophrastum, Hist. plant. lib. 9, c. 1. cui, vt atractylidi, succus ineat sanguineus. Suspicantúrque nonnulli esse illud genus betæ quod herbarii sanguinem draconis appellant. An autem fit à verbo κεύθω, præsertim quū non aspirata θ, sed tenuis τ scribatur, haud facilè iudicari possit. (Hoc quidem certè constat, in quibusdam deriuatis talem mutationem aspiratæ in tenuem, aut contrà tenuis in aspiratam inueniri) Sed vtrocunque modo se res habeat, eius hic mentionem feciisse nihil nocebit.

Ad iucundam vocem μέθυ transeo, omissis in medio nonnullis quæ nec ita frequenter occurrunt, nec adeò magnum derivatorum comitatum habent: ideóque sine magno incommodo in indicem reseruari poterunt. Sed ne ὁμαθοδίτης mihi irascatur quòd suum illud vocabulum in serie vocum à literæ μ incipientium prætermiserim, negligentiam illam siue iniuriã ea diligentia sarciam quam hic adhibebo in vocis illius tractatione multo maiorẽ quam ibi adhibuissem.

Debuit autem collocari hoc vocabulum μέθυ post μαθεῖν, sequendo etymologiam quam etiam Eustathius ei tribuit: de qua dicam paulo post.

ΜΕΘΥ, τό, Vinum. (Temetum ab hoc vocabulo μέθυ originem habere aliquando suspicatus sum: vt videlicet ex μέθυ primùm quidem Methum dictum fuerit, deinde verò Temethum, præfixa vna syllaba: quod & in aliis quibusdam vocibus Latinis quæ è Græcis factæ sunt, videre est. Sed addendum hoc fuerit, tãdem & mutationem aspiratæ in tenuem accessisse. Nolim autem nunc illam meam derivationem pertinaciter tueri: hoc vnum dico, non minus nunc quoque hanc mihi probari quàm eam quæ vulgo affertur) Est autem poetis duntaxat vsitatum hoc nomen, licet pleraque ab illo deriuata magno apud prosæ etiam scriptores in vsu sint. Hom. Odyss. ν, Γορτύνος κρητῆρα περιτρεφέας, μέθυ οἶνον Πᾶσιν ἀνὰ μάχαρσι. Apud eundem sæpe huius nominis epitheton est ἡδύ. vt Odyss. ν, Ἥμασθα δαινύμενοι κρέα τ' ἔδμεναι ἠδὲ μέθυ ἡδύ. Potest tamen illud ἡδὺ censeri non pro perpetuo epitheto, (quoniam aliquod vinum potest esse quod non sit ἡδὺ) sed pro epitheto certi vini cuius ibi fit mẽtio. Idémque fortasse dicendum de adiectiuo γλυκύ, quod alibi huic nomini adiungit: vt Odyss. ξ, — ἡδυ ἰδωδὺ Ἡδὶ μέθυ γλυκύ. Plutarchus in Sympos. libro 3, quæst. 2, vult μέθυ esse τὸν αὔπνους ἄκρατον: scribens, ὅθεν ὁ φίλιππος Διονυσος οὐχ ὡς βοηθὸν ὅτι πλεῖ μέθυ οὐδ' ὡς πολέμιον τὸ οἶνον τὸν κεφὸν ὑπνῳ ζημιῶς γὰρ τὸν ἄκρατον αὔπνους, μέθυ, καὶ Μεθυμναῖον αὐτὸν αὐτὸν ὠνόμασεν.

Μέθυ à verbo μαθεῖν deductum esse, non vno in loco testatur Eustathius. Sed huius deductionis duplex ab eo affertur ratio. alicubi enim vult μέθυ dictum esse à verbo μαθεῖν, quòd nos μαθόντας reddat, id est negligentes: alicubi verò alium dans verbo μαθεῖν vsum, vult μέθυ inde esse appellatum quoniam homines eo vsi μαθεῖν ποιεῖ τοὺς ἀφροσυνῶ καὶ ἄπειρον. Sed hoc posterius etymum in vno tantùm loco affert, quod sciam: at prius illud, in multis. Atque adeò posterius hoc, nõ eius est, sed ex Athen. petitum. cuius hæc verba sunt, Δικαιοσυν. l. 8, εἰ δὲ [sub. Δωρίεις] σωιζοντες εἰ τὸ ῥῆθεν πεμπτον, καὶ εἰς ἀφροσυνῶ καὶ ἄπειρον αὐτοὺς μαθεῖν τὸ μὲν ποτὸν, μέθυ, τὸν δὲ πότον ἀθροισμὸν ἔφασαν εἶναι, Μεθυμναῖον καὶ Λεσβίον καὶ Ἐσθίειν δὲ Ἴωνες ἐσθιουσιν. Equidem rationi consentanea est vtraq; deductio, quòd vtrunq; effectum vini experiamur: sed prior illa magis cũ passim recepta verbi μαθεῖν significatione conuenit. Eustathius exponens hunc locum Homeri, in fine lib. ζ Iliadis, Ἀλλ' ἐκεῖνον μαθεῖν τε καὶ οὐκ ἰθέλησι, ait verbum μαθεῖν (ab eo tamen scribitur μαθεῖς) significare ἀμελεῖν. & hinc esse μαθήμονα, quo declaratur ὁ ἀμελητὴς: sicut ἡ ἀμέλεια nomine μαθησιωσύνη. Quibus addit, καὶ μαθὼν, ὁ οἷς μαθησιωσύνῳ ἄχρηστοι εἶναι. Idem in versum hunc qui legitur in fine libri ν eiusdem poematis, Δῶκεν Ἰκαρίδης ἀγαθὸν μέθυ, χίλια μέτρα, annotat eum suo more μέθυ vocare vinum, ἐξ ὧ τὸ πεῖν ἀμέτρως αὐτὸ πίνοντας μαθεῖν: id est ἀμελεῖν. Rectè autem hic adiicitur ἀμέτρως: sicut & alibi dicit idem scholiastes μέθυ non natura esse huiusmodi, (id est, natura non habere effectum illũ nomini suo respõdentem) sed τῇ ἐπὶ μέτρον ἐκδοχῇ, quoniam μαθεῖται (id est ἀμελεῖ) ὁ πίνων τὸ μανείσης ἄνευ σωφροσύνης.

C. Μεθυδότης, Vini dator. epithetum Bacchi; qui etiam lætitiæ dator à Marone dicitur. Sed in præsentia huius epitheti non aliunde mihi suppetit exemplũ quàm ex Etym. in voce Μεθυμναῖος. Ibi enim hæc scribit, Μεθυμναῖος, ὁ Διόνυσος, ἀπὸ μεθ' ὕμνων πλῆθ. ἔχει δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ μέθυ εἴρηται, ὡς μεθυδότης. Vbi accipio ὡς μεθυδότης pro vtpote μεθυδότης: hoc sensu, Vtpote μεθυδότης, quod μέθυ præbet occasionem μαθεῖν. Fateor tamen posse & aliter intelligi: nimirum, sicut μεθυδότης dictum est παρὰ τὸ μέθυ διδόναι, ita & μεθυμναῖος inde fortasse dictum esse. Quòd siquis obiiciat μέθη habere η, quum μέθυ (quod continetur hoc composito μεθυδότης) habeat υ, ideóque non esse verisimile eam Etymologi mentem fuisse: huic ei obiectioni μεθυμναῖος opponetur, quod apertè à μέθη deducit, quum tamen & illud habeat υ. Sed eò tandem deueniendum erit, (si quidem istam posteriorem expositionẽ veram esse putemus) vt hunc grammaticum, sicut in deducenda voce μεθυμναῖος erat, (quod ex Plutarcho etiam & Athenæo satis constat) ita in deductione nominis μεθυδότης errare. Fateor alioqui, quum in μέθη sit η, tamen μεθύω & μέθυσος, atque alia quæ illius nominis μέθη significationem sequuntur, litera υ scribi.

C. Μεθυπλήξ, ῆγος, ὁ & ἡ, Ebrius, aut etiam Ebriosus. Huius compositi vsus extat in Anthol. epigrammat. Quod autem attinet ad verbum quocum componitur, eadẽ planè est ratio quæ & compositi αἰνοπλήξ, quod vide.

C. Μεθυσφαλὴς, ἐος, ὁ & ἡ. Ex vino seu præ vino labens, seu titubans, Cui vinum est causa lapsus. In Anthol. epigrammat. μεθυσφαλὴς ἴχνος dicitur de vestigio ebrii. id est, de pedibus præ vino titubantibus. At verò μεθυσφαλὴς ὑμέναιος, Vino defectæ nuptiæ, in vulgi lex. sine autoris nomine. Suspicor autem ex Nonno petitum esse hoc epitheton, in quo certè verbum σφάλλεσθαι non satis ἀσφαλῶς vsurpari videtur, si quidem ei significationem illam dare oporteat.

C. Μεθυσθόος, ου, ὁ & ἡ, Alcs vinum. vt αἰνοθόος in Anthol. epigr. lib. 1, οἰνοτρόφον ὄμφακα Βάκχου.

Μεθυμναῖος dictus est Bacchus (vt etiam ex Plutarcho & Athenæo antea docui) à nomine μέθυ. Est autem Μεθυμναῖος & nomen ἰδιωτικὸν, à Μέθυμνα, quod est nomen vrbis in Lesbo insula. Existimatur enim DICTA Μέθυμνα primùm, (ex illo Bacchi epitheto Μεθυμναῖος) deinde VOCATA Μήθυμνα, mutata litera ε in η. Esse verò πολύοινον hanc vrbem, testatur & hic Nasonis versus, Gargara quot messes, quot habet Methymna racemos. Non abs re igitur suspicetur aliquis à nomine μέθυ nomen hanc vrbem sumpsisse: sicut Thraciæ VRBS Μεθώνη, inde dicta esse traditur, vtpote πολύοινος & ipsa. Sed si Methymnã inde appellatam esse constaret, Bacchum deinde hoc epithetum ab ea nactum aliquis fortasse credere mallet. Est certè rationi magis consentaneum, vocem Methymnæus à Methymna, quàm Methymna à Methymnæus deduci. Cæterùm Etymologum hoc epithetũ μεθυμναῖος à nomine μέθη deriuare, docui in composito Μεθυδότης.

¶ Μέθη, ης, ἡ, Vinolentia, Temulentia, Ebrietas. Hîc autem colloco vocabulum istud μέθη, quòd minimè dubitem quin à μέθυ deriuetur, quanuis litera η non υ terminetur. Ita enim existimo, quum quærenda esset litera qua terminatio illius à terminatione huius differret, literã η quauis alia commodiorem visam esse, quòd huiusmodi substantiuis conueniret. at in nomine μέθυσος & in verbo μεθύω seruatam nihilominus fuisse literam υ, quòd eam retineri nihil prohiberet. Eustathius tamen non à μέθυ deriuat fœmininũ illud μέθη, sed vnde ortum est illud μέθυ, inde & μέθη originem habere existimat: nimirum à verbo μαθεῖν. Sed hac quæstione omissa, ad exempla veniendum est. Plato in Minoe, ὦ

Κοινὴ δὲ ἁπάντων ἐστὶ τῶν ἄλλων νόμων εἰς Μίνως εἶναι, μὴ συμπίνειν ἀλλήλοις εἰς μέθην. Aristot. Polit. lib. 2, ἐπὶ δὲ ὁ αὐτὸς τοῖς μέθης νόμος, τοῖς πότους συμποσιάρχειν. Demosthenes in Midiam, ὁ τὴν θυγατέρα τῷ πατρὶ παραδοὺς πρὸς τὴν τοῦ σοφιστοῦ, μέθης, ἑταιρικὰς ἡδονάς. Athen. lib. 10, ἐπινε δὲ Ἀλέξανδρος πολλάκις καὶ ἀπὸ μέθης συνεχῶς κεῖμαι δύο δὲ δύο ἡμέρας καὶ δύο νύκτας. Plutar. Sympos. l. 3, τοῦτο δὲ καταφθείρουσι τὴν μέθην τῇ ψυχρότητι. Idem μέθη & οἴνωσις alicubi copulat, (vt lib. 2, De Alex. fortuna, α [videlicet Ἀλεξάνδρῳ] μέθη πρὸς ἡγεκλοῦσι καὶ οἴνωσι) quum tamen hæc inter se differre ipsemet non vno in loco testetur, vt docui in nomine Θίνωσις, t. 2, col. 1247. Ab Herodiano lib. 2, copulantur μέθη & κραιπάλη. Ab eodem lib. eodem dicitur ἀπὸ μέθης κραιπαλᾶν. Philo quandam etiam μέθη appellat πηφάλιον, De vita Mosis, lib. 1, καὶ μεθύοντες οὐ πίνω ὡς οἶνῳ μέθῃ ἀλλὰ πίνω πηφάλιον.

Μέθαι etiam dicitur plurali numero. Athenæus l. 2, δὶς καὶ τρὶς καὶ τετράκις καὶ πεντάκις κινούμενον. Idem lib. 10, οἷς μέθαι καὶ ἀσωτίαι πρόσκεινται. Idem lib. 6, καὶ ἐπὶ δεῖπνα καλοῦντας τοὺς οὐσιαστὰς μέθας καὶ κύβους, καὶ πίνω ἐναντίως ἀκολασίαν. Vsus est hoc plurali & Plutar. cum alibi, tum in Symposiacis.

Μέθυσος, υ, ὁ & ἡ, Ebrius, Temulentus. Interdum verò Ebriosus, Vinolentus. A Luciano copulantur μέθυσος & πάροινος, in Timone, μέθυσος καὶ πάροινος οὐκ ἀχρὶς ᾠδῆς καὶ ὀρχήσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ λοιδορίας καὶ ὀργῆς ἔστιν. Vsurpatur μέθυσος & genere fœminino. Athen. l. 13, κώμωδὸν αὐτὴν ὡς μέθυσον. Sic apud Libanium, οὐκ ἔστιν ἡ γυνή μοι μέθυσος.

FORM. Μέθυσον apud Atticos. vtitur enim hoc fœminino Aristoph. cum alibi tum in Vespis: item in Nubibus, γραῦς μέθυσον, anus vinolenta. Apud Lucianum Socrates ἀπὸ Μούσου quendã reprehendit qui VOCE Μέθυσος pro masculino μέθυσος vsus esset.

COMPOS. Μεθυσοπότας, Ebrius, Temulentus. Sed propriè de eo qui iam ebrius cottabo vel potius cottabismo ludit. Aristoph. in Acharn. Πρώην δὲ Σιμαίθαν ἰόντες μεθ' ἑσπέραν Νικίου κλίνῃσιν μεθυσοπότας. Vide Κοτταβος.

Μὲν οὖν γε, (pro quo scribitur ETIAM Μενοῦνγε coniunctim) Imò verò. Budæus postquam μὲν οὖν aduersatiuam interdum esse dixit pro Imò vero:& ex Basilio attulit exemplum istud, ὡς γὰρ ἡ βροῦς ἐκεῖ ὁ Κύκλος ἔφαγεν, οὐκ ἔστι νῦν ἀδυπαθείας ἡμῖν ἀφορμή, τὸ ἀκριβὲς μὲν οὖν εἰκαιότητος ἢ ἀνεπιτηδειότητος ἔρος ὁ αὐτός τις. subiungit, Μενοῦνγε apud Apostolum non absimilis est significationis, ad Rom.9 μενοῦνγε ὦ ἄνθρωπε σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ θεῷ; Etiamuero, ô homo, tu quis es qui ex aduerso respondeas Deo. Vel, Sanè verò. Vel, Tute etiamuerò, homo, quis es &c. Ita Bud. Sed possumus illis ipsis particulis Imò verò,hic quoque vti. Nisi malimus interpretari, Quin potius. Quam autem hoc in loco interpret. hisce particulis dabimus, eandem & in aliis nonnullis huius Apostoli locis dare oportebit. Quorum è numero est hic, eiusdem epist. ad Rom.cap.10, Ἀλλὰ λέγω, Μὴ οὐκ ἔγνωσαν; Μενοῦνγε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν. Vbi tamen vetus interpres (qui in altero illo capitis noni loco, particularum istarum interpretationem prætermiserat) vertit Et quidem: sed perperam. Vsus est & Lucas his vocibus in illa significatione,nimirū pro Imò verò: cap.11.Ibi enim quum mulier quædam è turba Christo dixisset, μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας, respondet ipse, μενοῦνγε μακάριοι οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ φυλάσσοντες αὐτόν. vbi vet⁹ ille interpres vertit Quinimò. Locū autē hīc quoq; habere possit Quin potius. Sciēdum

eſt autem inueniri etiam ἀλλὰ μέντοι γε apud Paulum, (vt ad eum reuertar) epiſt. ad Philipp. cap. 3, ἀλλ' ἅπερ ἐμοὶ μὲν κέρδη, ταῦτα ἡγημαι δι' τὸν Χριστὸν ζημίαν. ἀλλὰ μέντοιγε καὶ ἡγοῦμαι πάντα ζημίαν εἶναι διὰ τὸ ὑπερέχον, &c. vbi verus ille interpres vertit Veruntamen: alii, cum Eraſmio, reddiderunt Quinetiam, & quidem rectius. Sed μέντοιγε, præfixa illa particula ἀλλὰ, apud vllum ex claſſicis ſcriptoribus non memini me legere. Quod autē ad ſcripturam illam attinet μέντοιγε, pro μὲν οὖν γε, quanuis vulgò receptam eſſe ſciam, vix probare poſſum: niſi itidem μέντοιγε ſcribamus. Cur enim μὲν οὖν quidem diſiunctim, at μέντοιγε coniunctim ſcribēdum eſſe cenſebimus? Apud Heſychium quidem certè μέντοιγε itidem ſcriptum extat: ſed quin tamen μὲν οὖν γε diſiunctim ſcribamus, vt paſſim μὲν οὖν legimus, nihil obſtare puto.

Μήν που, vt μὲν δή, Quidem, Quidem certè, Sanè, Vtique, Nimirum. Sophocles in Aiace, ὦ κλεινὰ Σαλαμὶς, σὺ μέν που ναίεις ἀλίπλακτος ὀλβίαν, Γᾶσιν φέριστος αἰέν· ἐγὼ δ' ὁ τλάμων, &c. vbi obſerua illis duabus particulis μέν που reddi δή, vt reddi ſolet particula μὲν per ſe poſita, id eſt ſine alius adiectione. Apriſſimè igitur hic redderetur Quidem: hoc modo, (vt Cam. vertit) Tu quidem iſthic manes oberrante mari felix, omnibus conſpicua ſemper: ego verò miſer, &c. Poſſet etiam verti, Ego autem miſer: vel, At ego miſer. Aliter apud Platonem De rep. lib. 7, γυμναστικὸν μέν που καὶ μουσικὸν ἐν γε τοῖς τρόποις ὄντα ἐπαΐοντα λέγω. Eiuſdem operis lib. 6, μνημονικὸς μέν που, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι ταχὺ ἐκ σμικρᾶς ἀφορμῆς σπουδάζεται. Apud eundem, epiſtola 7, εἰδέναι μέν που χρή, redditur Nimirum.

Μήν που interrogationi etiam adhiberur. vt à Platone Polit. lib. 1, φέρε δὴ τὸ πρόσθεν τοῦτο αὐτῶν πῶς λέγεις τὸ μέν που δρᾶν τὸν αὐτῶν καλεῖς, τὸ δὲ κακόν; πῶς γὸ οὔ; Nempe horum alterum virtutem, vitium, alterum vocas? Hoc eſt οὐκοῦν, vt ibidem dixit Cic. Pro Milone, Quid ergo tulit Pompeius? nempe vt quæreretur? Bud.

Μήν ῥα poeticè, pro μὲν, ſequente particula δὲ, in altera orationis parte. vt initio libri β Iliadis, Ἄλλοι μὲν ῥα θεοὶ τε καὶ ἀνέρες ἱππιοκορυσταὶ εὗδον παννύχιοι· Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος. In v. l. hæ duæ particulæ μὲν ῥα exponuntur duabus iſtis, οἷς δὴ, nullo addito exemplo. Eſt autem ſumpta ex Heſychio illa expoſitio: quæ tamen neque in illo Homeri loco locum habet, neque in alio vllo habere poſſe videtur. adeo vt ſuſpicer non cōiunctim ſcripſiſſe Heſychium οἷς δή: ſed particulas illas expoſuiſſe particula δή, & alia quapiam ſeparatim: pro qua irrepſerit οἷς.

Μήν τ' αὖ, ex μήν τε & τε, vide poſt Μήν τε.

Μήν τι, pro μέν τι, apud poetas inuenitur, & nominatim apud Homerum, ſicut μήν ῥα. Vacare autem τι & cum aliis quibuſdam vocibus notum eſt.

Μήν τε autem pro Vtique ex Anthol. epigr. affertur. Eandem certè ſignificationem habet interdum μήν τε, in ſoluta oratione. ac fuerit fortaſſe dictum μήν τε metri cauſa.

Μήν τε, VEL. Μήν τε coniunctim, varios vſus habet, & varie redditur. Incipiam autem à Ciceroniana interpretatione, per particulam Sed. Hæc igitur Platonis in Phædro verba, νῦν ἐπὶ σοὶ Φαίδρου Ἰσοκράτης ὁ μήν τε μαντικὸς μοι κατ' αὐτὸ, λέγε ἐμοὶ, ita vertit, Adoleſcens etiamnunc ô Phædre Iſocrates eſt: ſed quid de illo augurer, lubet dicere. Huic interpretationi affinis eſt ea qua redditur Verùm, quum videlicet aduerſatiua eſſe cenſetur. vt in hoc Platonici Gorgiæ loco, ἀληθῆ ἂν ἐγὼ εἰ ἔμοιγε δοκεῖ λέγοιμι, ὅτι νῦν δὴ ὑμᾶς ἐγὼ δεῦρο ἀγαθὸν ἄνδρα γεγονέναι τὰ πολιτικὰ ἐν τῇδε τῇ πόλει· νῦν δ' ἐμοὶ λέγεις πῶς γε καὶ οὐδέν, τὴν μήν τε ἔμοιγε δοκεῖν, verùm meliorem quoſdam fuiſſe. Xenophon, τῶν μήν τε ἀνδρῶν, οὐδὲν μᾶλλον ἔστιν ὅπως δεῖ γεωργεῖν. Sed in quibuſdam locis μήν τε, præfixa negatiua vocula μὴ, reddi poſſe videtur vel illa coniunctione aduerſatiua Verùm, vel aduerbio Tamen. veluti in iſto Ariſtotelis, εἰσὶν οἱ μὲν οὖν πάντων, ὁ δὲ γεωργὸς, ὁ δ' ἀλλ' οὐ πιοῦνται καὶ τὸ πλῆθος εἰσὶ μυρίοι μὴ μήν τε πολῖται ἄλλοι μυρίοι ἢ τῆς πολιτείας, εἰσὶν ἀλλαγῆς ἢ συμμαχίας οἱ δ' οὔτε πόλις. Sic in iſto eiuſdem ſcriptoris loco, Polit. lib. 3, ὁμοίως δ' αὖ ἔστιν ἔτι πόλις οὐκ οὔσης χωρὶς, μὴ μήν τε ἔστιν ἄνευ ἴσης καὶ ὁμοίας κοινωνίας.

Μήν τε siue Μήν τι, non redditur dūtaxat Sed, ſeu Verùm, (ſic tamen vt interdum ambiguum ſit vtrum Verùm an Tamen interpretari oporteat: ſicut paulo antè oſtendi) ſed interdum etiam Verò: verūtamen in certo quodam huius particulæ vſu. Si quidpiam concedere velis & fateri, (inquit Bud.) μήν τε erit accommodatum, quemadmodum Verò & Sanè aſſentientis ſunt. Xenophon in Œcon. ἦ καὶ ἐμὲ οὕτω (ἔφη ἡ γυνὴ) διατε δεῖ τοῦτο ποιεῖν; διατε μήν τε (ἔφη ἐγὼ) ἔνδον μένειν. id eſt, Te verò, inquam, manere intus oportebit. Hūc enim vſum habet particula Verò apud Ciceronem cum alibi, tum in hoc Tuſc. 5, loco, Quid igitur contra Brutum me dicturum putas? Attic. Tu verò, ve videtur. nam præfinire non eſt meum. Apud eundem, Sed quæro verum aliquid actum ſuperioribus diebus an nihil arbitremur. Attic. Actum verò, & aliquantum quidem. Affert autem hos locos in exemplum Budæus: qui interiecta & aliarum ſignificationum mentione, tradit μήν τε talem vſum habere qualem Et verò, in iſto eiuſdem Ciceronis loco, De diuinatione lib. 1, Tum Quintus, Dicitur quidem iſtuc (inquit) à Coeta: & verò ſæpius. Hic enim Et verò valere idem quod Et quidem. atque ita accipi μήν τε à Xenophonte in Sympoſio, οὐδενὸς γὸ ἐραζόντος, οἱοί ἐμνήσθητε, καλὸν μὲ φαίνεται. καίγε μήν τε πιστεύω. καλοὺς γὸ καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας ὑμᾶς νομίζω. Subiungit autem huic Xenophontis loco quendam alium Ciceronis, ita vſurpantis Et verò: quem tibi apud eum videndum relinquo. Sed iis quæ ab eo dicuntur de μήν τε ſignificante Verò, addo duo: quorum vnum eſt, poſſe μήν τε, vbi redditur Verò, aliter quoque reddi. Veluti in illo Xenophontis loco, qui allatus fuit ex eius Œconomico, ἦ καὶ ἐμὲ οὕτω (ἔφη ἡ γυνὴ) διατε δεῖ τοῦτο ποιεῖν; διατε μήν τε (ἔφη ἐγὼ) ἔνδον μένειν. Hic enim vt poſſumus interpretari, Te verò, inquam, intus manere oportebit: ita etiam verterimus commodè, Te quidem certè manere intus oportebit. Itidémque Vtique vel Nimirum locum hic fortaſſis haberepoterit, aut etiam aliud quodpiam vocabulum. Alterum autem quod addere volo iis quæ à Budæo hic dicta fuerunt, eſt iſtud: habere coniunctionem μήν τε (ſiue pro vna particula ſiue pro duabus habeamus) alium quoque vocis Verò vſum: eum nimirum qui ei vſitatior eſt. vt in iſto Demoſthenis loco, oratione in Midiam, pag. 239, ἐγὼ δ' εἰ μήν τε συμβουλεύων ῥήτωρ εἰσὶν, οὔτε φύγοιμ' ἄν, οὔτ' ἀπαρνοῦμαι τοῦτο ποιῶν. εἰ μήν τε ῥήτωρ εἰσὶν οἷος οὐδεὶς πώποτ' ἐγὼ καὶ ὑμεῖς δὲ ἐφάτε, σὺ δὲ καὶ ὑμῶν πεπαυμένους, σὺ μὲν οὔπω ἐγώ. id eſt, Si verò eiuſmodi eſt orator, &c. vel, Sin eiuſmodi eſt, &c. Sic autem & in aliis pleriſque eiuſdem ſcriptoris præſertim locis, particulæ μὲν ſubiungitur μήν τε hunc eundem vſum habens. Itidémque apud Xenophontem particulæ μὲν ſubiungi μήν τε videmus, cum alibi tum in iſto loco, ὑπὲρ μὲν τοῦ καπήλου τῷ πολέμου ὑπὸ τῆς ἀπειθείας, νυνὶ μήν τε αὐτὸν ἐφαίλω. Eodémque modo μήν τε ſubiūgitur τῷ μέν, in iſto eiuſdem ſcriptoris loco, παιδεύσεως lib. 6, pag. 219, meæ editionis, ἐγὼ, ὦ ἄνδρες, ἥδιμαι μὲν ὑπὸ ὑμῶν τιμώμενος, ὅταν μὲν ἄνθρωπος εἶμι· καὶ χάριν ἔχω, καὶ θύσεσθαι δεῖν μοι δοκῶ, ἅπαν τὸν χρόνον ἀγαθὸν ἡγήσεσθαι· τὸ μήν τε ὑμᾶς ἐμὲ φοιτᾶν ἡδέως ὑπὸ ὑμῶν ἀφίχθαι, λανθάνει δαιμονίου τινὸς πάρεσης, οὔτε ὑμῶν οὔτ' ἐμοὶ δοκεῖ συμφέρον εἶναι. Fuerunt autem afferenda loci huius verba altius repetita, vt harum particularum vſus perſpici à lectore poſſet. Romulus Amaſæus interpres (quem ego ſumma in locis quos intelligebat interpretandis non dexteritate ſolùm ſed felicitate vſum eſſe iudico: & in quibuſdam præſtitiſſe quod pauci alii aſſequi potuerunt, vt nimirum nihil minus quàm interpretem agere videri poſſet) μήν τε hoc in loco vertit Sedenim: non malè, mea quidem ſententia. Hoc tantùm diſplicet, quòd particula Verò paulo pòſt vtitur, in vno eodémque orationis membro. Ita enim hæc vertit, Ego, milites, magnopere lætor, quum tantum mihi video à vobis honorem haberi, ſi quidem humano ſenſu præditus ſum: ac vobis ſanè gratiam habeo: deóſque oro vt mihi eam facultatem dent vt vobis

quamoptimè aliquando consulere possim. Sedenim A mihi non video cur studeatis imperium decernere, quum Lacedæmonium hominem habeatis: id verò ego si accipiam, neque è vestra neque ex mea re fore arbitror. Hoc in loco vt μήτοι rectè mihi videtur vertisse Sedenim, ita perperam subiunxisse Veró. Hac enim particula antea potius vtendum erat, eo videlicet in loco vbi Sedenim vsurpauit. Aut certè, quoniam Sed vel Sedenim magis ibi conuenire videtur quàm Verò, dicēdum fuisse videtur, Id enim: aut alia huius significationis particula vtendum. B

Μέντοι, siue Μέντοι, quod Cicero reddit Verò, reddendum potius censerem Imo verò, in isto Platonis loco, De rep. lib. 1, πῶς εἶπε, ὦ Σοφόκλεις, ἔχεις πρὸς ἀφροδίσια; εἶπε οἷός τ' εἶ γυναικὶ συγγίγνεσθαι; καὶ ὅς, Εὐφήμει, ἔφη, ὦ ἄνθρωπε· ἀσμενέστατα μὲν οὖν ἐκεῖνα ἀπέφυγον, ὡς περ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών. Ita enim ille hanc historiam narrat, ex hoc ipso loco sumptam, in libro De senectute, Bene Sophocles: quum ex eo quidam iam confecto ætate quæreret viteturne rebus venereis. Di meliora, inquit, libenter verò istinc, tanquam à domino agresti ac furioso, profugi. In v. l. affertur μήτοι & pro Atqui: absque vllo tamen exemplo. Sed aliquis fortasse μήτοι, quod in illo Platonis loco legitur, in huius significationis exemplum suimere non dubitauerit. C

Μέντοι, siue Μεντοί, Porro. vt quidam interpretantur in isto Xenophontis loco, οἱ μέντοι ἀγαθοὶ οἰκέται ὅμοι, ὅταν τὸ πολλοῦ ἄξιον μικροῦ ἐξῃ πρίασθαι, πόσου φασὶ δεῖν ὠνεῖσθαι.

Μέντοι, vel Μέντοι, pro αὖθις, id est, Vice versa & Rursus, ponitur, vt inquit Bud. afferēs in exemplum hunc Aristophanis locum, ἀθρεῖ γίγνεσθαι αὖτ' μηδέν, μὴ μέντοι μηδ' ὁπωστιοῦν. Quanquam & pro Etiam intelligi potest. (vt idem subiungit) sicut Cicero De vniuersitate, Nihil porro igni vacuum videri potest, nec verò tāgi, quod careat solido. Affertque & alios eiusdem scriptoris locos vbi Verò pro Etiam accipi censet: existimans nimirum, sicut μέντοι plerunque respondet particulæ Verò, hæc autem interdum pro Etiam posita inuenitur, ita quoque μέντοι pro Etiam posse accipi. Sumptus est porro à Budæo locus ille ex Aristophanis Pluto, in quo ostendens poeta quid sit inter πένητα & πτωχὸν discriminis, hæc scribit, Πτωχοῦ μέν γὰρ βίος ὅτι σὺ λέγεις, ζῆν ἴσα μηδὲν ἔχοντα· τοῦ δὲ πένητος, ζῆν φειδόμενον καὶ τοῖς ἔργοις προσηκοῦντα. Γίγνεσθαι δ' αὖτοῦ μηδέν, μὴ μέντοι μηδ' ὁπωστιοῦν. Fortassis autem μὴ μέντοι reddi posset hic (vt in illis Aristotelis locis qui allati paulo antè fuerut) Non tamen. vt perinde sit acsi diceret, nihil ei superesse, sic tamen vt nihil desit. Sunt qui ὡμέντοι verterint Item, hoc in loco. E quibus est is qui veritus illos Græcos his Latinis reddidit, — mendici est, quem narras, proprium, prorsus vt habeat nil: Eius qui fiet inops, contrà operi intentum viuere parcè: Cui deest ad communem vsum nil, cui superest item nil. Sed ita ordinem verborum πένεσθαι & ὁπωστιοῦν, permutando, μέντοι non posset illo aduerbio Tamen reddi. D E F

Μέντοι, vel Μέντοι, interrogatiuè etiam vsurpatur. Huiusq; vsus ex illo ipso comico Aristophane exemplum affertur, in Nubibus, τί μέντοι σοφόν ἐστιν ἐμοῦ; vbi redditur particula Sed. (pro qua vsurpari docui & antea, citra interrogationem) hoc modo, Sed quid primum erat Additurque, sequi paulo pòst, τί δῆτα; ἐπιμαθεῖν μέντοι βούλομαι. Vbi tamen μέντοι non itidem interrogatiuè vsurpatur. Sunt qui hic reddant Quidem: ego malim Nimirum. G

Μέντοι, vel Μέντοι interdum ornatus causa magis quàm significationis ponitur, vel explendæ orationis gratia. Xenoph. in Sympotio, καὶ νὴ Δία μέντοι ὦ σοφιστὰ ἐλεγχόμενος. Νὴ Δί', ἔφη ὁ Σωκράτης, αἰσχύνομαι μέντοι ἔτι καὶ εἰ μαντὶς λέγοντι δή που ἄλλοις μὲν φειδομένοις τοῦ μέλλοντος, ἑαυτοῖς δὲ μὴ φείδεσθαι τοῦ ὄντος. Id est, Et patere tu quidem ô sophista te conuinci. Patiatur verò ipse quidem, inquit Socrates. Vel potius in secundo loco, Patiatur sanè. Bud. H

Dicitur ETIAM Μέντοιγε. ITEM Μέντοιγα. Demosthenes Pro corona, ταῦτα δίκαια μὲν γάρ ἐστι καὶ ἔπαινον φέρων, πόρρω μέντοιγε τῆς ἡμετέρας παραλείπεται. Luc. Μέντοιγα dixit, ἐγὼ μέντοιγα πολὺ τῶν καλουμένων τὰς κόλακας ἐξωλεστέρους ὑπείληφα. Pro hoc fortasse Cicero Verò & Quidem iunctim dixit: vt in primo De finibus, Vtrum igitur percurri omnem Epicuri disciplinam patet, aut de vna voluptate quæri? Tuo verò id quidem arbitratu, ὅπως μέντοιγε σοὶ δοκεῖ. Hæc Bud. qui videtur existimasse μέντοιτου in illo Demosthenis loco accipiendum esse pro Verùm: quoniam illum subiungit Platonico cuidam antea prolato, vbi μέντοι interpretatus erat Verùm. Sed fortasse nō minus commodè reddi potest Tamen. In Luciani autem loco alius est τῶ Μέντοιγα vsus: ac fortasse non malè reddetur Quidem certe. Hic tamen vt Budæi interpretationem minimè reiiciendam esse existimem.

Dicendum hic est & de PARTIC. Μέντ' ἄν, quippe quæ ex μέντοι & ἄν compositæ sint, vt annotat Bud. cui meritò fidem hac in re adhibebimus: quum μέντ' ἄν pro μέντοι ἄν nullo posse modo accipi, vel ex iis quæ affert exemplis longè manifestissimum sit. Sophocles in Aiace, Γένοιτο μέντ' ἄν παῖς θεοῦ πτερωμένου. Demosthenes Pro Ctesiphonte, ἐμὲ δέ, ὦ πεπαρρησιασμένε, πρὸς φρόνημα λαβόντα, ἀναβαίνειν ὅτι πρῶτον ἐᾷ σε; τὸ πύτμον αἰκίας ἐρωτᾷς; δικαίως μέντ' ἄν ἀπολοίμην, Atqui si hoc commisissem, iure ab ipsis morte affectus fuissem. Apud eundem in oratione quæ περὶ παραπρ. inscribitur, ἐπισκήψαι δ' ἐκείνοις λέγοντας, ἃ δεκαμενοῦτας ἐν ὑμῖν, καὶ πεῖσαι ζητῶν; πολλ' ἀναλίσκειν, ἐξὸν ὀλίγῳ; καὶ ταῦτα διαφθείρειν βουλόμενος, δυοῖν πρᾶξαι θάτερα μέντ' ἄν, ut furore id agitari esset. Apud eundem ὥμεντ' ἄν exponit εἶναι, hoc in loco, μαλακίαν μέντ' ἂν δέχεσθαι, μᾶλλον δὲ πτῶσιν, εἴπερ ἄν δίκαιος. Hæc B. qui hoc ipsum εἶναι, quo explicat μέντ' ἄν, exponit itidē Atqui: vt apud eundē videbis, in loco ex oratione περὶ Αὐτοκ. deprompto. Quod autē ad illum Aiacis Sophoclei versum attinet, Γένοιτο μέντ' ἄν παῖς θεοῦ πτερωμένου, sciendum est nullo pacto conuenire illi posse interpretationem quam Budæus Demosthenis loco tribuit, qui hunc Sophocleum proximè apud eum sequitur: videlicet Atqui. Quòd si id existimauit ille, (vt certè existimasse videtur, quum loco illi cæteros tanquam similes subiungat: id est, tanquam in iis μέντ' ἄν eadem significationem habeat) hoc inde contigit quòd præceptorum minimè recordaretur. Nam tantum abest vt μέντ' ἄν in illo Sophoclis loco aduersandi vim habeat, qualem habet Atqui: vt contrà sit assentientis quodammodo. Quum enim (pag. 6, meæ editionis) dicenti Mineruæ de Aiace, Ἀλλ' οὐδέν ἐσθ' ὅτι μὴ παρόντ' ἴδῃ τις πλὰς, respondisset Vlysses, Πῶς; οὐκοῦν ὀφθαλμοῖς γε τοῖς αὐτοῖς ὁρᾷ; Minerua dubitationem illam eximens, dicit, Ἐγὼ σε πώσω βλέψασα καὶ διδοῦσα. Ad quæ ille, Γένοιτο μέντ' ἄν παῖς θεοῦ πτερωμένου. adeo vt manifestum sit μέντ' ἄν assentientis esse, vti dixi: potius quàm aduersantis. Quidam interpr. Scilicet: quam interpretationem tolerari posse arbitror: sic tamen vt non minus placeat Nimirum, vel Nempe: aut Equidem, vel Quidem certè. Sed vtendo duabus hisce particulis, eas cum participio potius quàm cum verbo iungerem. hoc modo, Deo quidem certè industriam suam commodante, nihil est quod fieri non possit. Is autem qui vertibus hanc tragœdiam iamprideni reddidit, planè alienam ab autoris sententia interpretationem attulit: hanc nimirum, — quæ fausta sunt, Diis agantur omnia gubernātibus. Quod autem ad scripturā harum particularū attinet, id est particulæ μέν cui aliæ sunt annexæ, sciendum est coniunctim potius scribi quū aliqui earum quæ encliticæ sunt, & plerunque etiam παραπλεωματικαί, præfigitur: veluti quum dicitur μέντοι, vel μέντοι: sic μέντοιτοι & μέντοιγε. At μέν γὰρ & μέν δὴ disiunctim scribi debere, minimè controuersum est. De μέντοιγε verò quid sentirem, antea docui.

Μέν interdum apud poetas particula παραπλεωματικὴ esse, ideóque pro enclitica debere haberi videtur: vsurpaturque hoc modo pòst οὐδέ nonnunquam, nisi me memoria fallit. Inuenitur autem & præfixam habens particulam γε: vbi non immeritò παραπλεωματικὴ esse dici itidem poterit. atque adeò quorundā exemplarium scripturam sequēdo, enclitica censeri poterit.

in iis enim ſcriptum eſt γέμφ, in Antholog. Epigr. Hoc quidem certè rationi conſentaneum eſt vt hanc ſcripturam probemus, ſi παρεκτάσεως χάριν eſſe huiuſmodi in locis voculam illam cenſeamus. Frequentior eſt tamen altera ſcriptura, quæ videlicet particulam γε diſiungit à μέν. Afferunt autem vulg. lex. has particulas ex Heſiodo pro Autem: in Theog. Βριάρεών γε μὲν πὺν ἰόντα, Briareum autem ſtrenuum. Et pro Quidem: ex eodem poemate, εἶγε μὲν ὄφελον. Item pro Tamen, ex eodem, — πολλαί γε μὲν εἰσὶ καὶ ἄλλαι, multæ tamen ſunt & aliæ. Afferunt etiam ex Homero in Bœotia, -- νῦν' οἱ ἀπάρχοι ἔσαν, πρὶν γε μὲν ἀρχόν: addúntque, legi etiam πρὶν γέ μιν ἀρχόν. Sed Euſtathius ſuis ſcholiis verba illa textus inſerens, alteram illam ſcripturam ſequitur, quam mihi magis probari modò dicebam. Scribit enim πρίν γέ φησι, non πρὶν γε μέν. Neque verò illius alterius lectionis γέ μιν mentionem vllam facit. Ac illa altera lectio quæ alii Hom. verſui paulo pòſt ſequenti conuenit eiq; tribuitur, falſò iſti adſcribitur fortaſſis in vulg. lex. Legimus enim paulo pòſt, -- νῦν' ἢ λαοὶ Δαΐοι δ' ἠγαμέμνονες, πρίν γέ μιν ἐκλέον ἔντες. vbi pro δέ μιν verisimile eſt legi etiam γέ μιν: at Euſtathius legit, πρίν γέ μέν, ſicut & in illo ſuperiore. Vbi etiam innuit γέ μέν ſignificare Tamen: ſcribens, διὸ κρίνει τὸν κοσμεῖσθαι ἔχοντες, ἐπίδηλον ὅμως καὶ ἀπόντα τὸν κρείττονα. Sciendum eſt porro in principio prioris illius verſus ex eodem Bœotiæ loco allati haberi hanc particulam poſt νῦν'. ita enim totus verſus ibi ſcriptus eſt, Οὐδέ μέν νῦν' οἵ γε ἀπάρχοι ἔσαν, πρίν γε μὲν ἀρχόν. Vtrobique autem enclitice illam particulam ſcribo, ſequendo ea quæ paulo antè dixi. Sed μέν aliud in priore verſus parte, aliud γέμφ in poſteriore ſignificat. Nam νῦν μέν νῦν' οἵ ſonat, Ac ne hi quidem: (exponiturque νῦν μὲν νῦν' at πρίν γέ μέν ſignificat Deſiderabant tamen.

ATTICE Μιν, pro μέν, apud Ariſtophanem præcedente aduerbio πω. Scribi autem & πω μέν & πωμέν coniunctim, docui in mea Appendice ad ea quæ de dialectis Ioannes Grammaticus & Corinthus ſcripſerunt, nimirum in iis quæ in articulum huius LXI annotaui, pag. 50.

Quum in proximè præcedentibus de particula μέν egerim, hîc de particula μεν eadem opera eſſe agendum cenſeo: in dubio relinquens tamen an hæc ex illa facta ſit. Ad μεν autem quod attinet, non eſſe diuerſam voculam à μεν, ſed Doricè α in ea poni pro η, ſatis notum eſſe poteſt. Cæterùm quum μεν nonnullis voculis ſubiungatur, de quibus quum differerem, declarãda ſimul huius particulæ illis adiunctæ fuit ſignificatio: ad ſingulos huius operis locos vbi dictum de ea fuit, lectorem remittam, reliqua, id eſt, quæ dicenda de ea ſuperſunt, illis adiicere contentus.

MHN, particula non ſubiuncta alii particulæ, & cum carum aliqua velut copulata, (qui vſus eius alioqui eſt frequentiſſimus) ſed per ſe poſita, interdum quidem officio fungens τῆς δέ, redditur particulæ μέν, & ei in altera orationis parte reſpondet. vt in iſto Platonis loco, πᾶς γὰρ δημιουργὸς ἔντεχνος, πρὸς μὲν ἕνεκα πάντα ἐργάζεται πρὸς τὸ κεφαλῆ σκοπῶν βέλτιστον· μέρος μεν ἕνεκα ὅλου, καὶ οὐχ ὅλον μέρους ἕνεκα ἀποδεχόμενος. Sic apud eundem in Epinomide, ὦ φίλε Κλεινία καλῶς μὲν λέγῃς· ἄτοπον μεν ἀκούσεσθαί σε λόγον οἶμαι, καὶ πῃ θᾶττον οὐκ ἄτοπον αὖ. Vbi μεν Bud. vertit Cæterum: ita reddens hunc locum, Rectè quidem loqueris, ô Clinia, cæterùm abſurdum ſermonem, vt opinor, auditurus es, & rurſus eundem modo quodam non abſurdum. Vbi particulam μεν pro γε μεν poſitam eſſe tradit: ſubiungens, Hermogenem quoque vſum eſſe illa pro δέ. In iſto autem eiuſdem Platonis loco, Leg. lib. II, δεύτερος μεν νόμος, μέτριον εἶναι χεῖρον ἢ ἄμεινον ὃς μέλλῃ καταλθήσειν, vult μεν poſitum eſſe itidem pro γε μεν, vel pro δέ. At in loco quem primum ex eodem ſcriptore attuli, πᾶς γὰρ δημιουργὸς &c. (præcedente particula μέν) non aliũ voculæ μεν quàm particulæ δέ vſum tribuit. Sic pro δέ accipi teſtatur in iſto Alciphrontis loco, initio cuiuſdam epiſtolæ, Οἴχεταί Βακχὶς ἡ καλή, Εὐδύκλεις φίλταθ', οἴχεται· πολλά τε μοι καταλιποῦσα δάκρυα καὶ ἵμερος ὅσον ἡδίστου τὸ πάλαι ἐποίησε μεν μοι μένειν. (Scimus autem δέ pro loco aliter atque aliter reddi. Interdum enim δέ non Verò vel Autem redditur: ſed debet potius verti Verùm aut Sed, aliáve quapiam huiuſmodi particula) Idem interpr. Verò, in iſto Platonis loco, πάσχουσι γὰρ δὴ ταῦτα αἱ πόλεις πασῶν χρόνον ἀπείρονα, ὅσαις ἂν τύχαις αὐτῶν μόνιμοί τε εἶεν καὶ οὐκ ἀπορρέοιεν· πολλαὶ μεν εἶεν, καθ' ἕκαστον πλοῖα κατὰ δυάδα διέλκουσι, καὶ διελκόμεναι, καὶ ἐπὶ διελκοῦσαι.

Μεν nõ rarò ponitur & pro Tamen, & quidem præcedente nonnunquam eodem modo particula μέν. Sic ex Plat. epiſt. 7, affertur μεν pro Tamen: vbi ſcribit, ἀξιῶ μεν, ἔφην, μὴ κύριον ποιεῖσθαί σε Δίωνος ἐμέ. Sic ex Xenophonte, vbi ſcribit, ὅλως μεν τὸ παίσαι (τῷ) πρὸς, οὐ πάνυ σφόδρα μοι. At verò μεν pro Tamen, præcedente μέν, habes in iſto Syneſii loco, ἀλλ' μολις μέν αὖ τῇ ὄντι φύσει συνάλφειν ἰχὼς τι καὶ φρόνησις· ἔστι μεν ὅτε σκώπτομεν αὐτὸς ὁ Θεός. Sed alicubi præcedente μέν, ſequitur μεν, vbi tamen interpretatio illa non conuenit, qua redditur Tamen. Exemplum eius rei habemus in iſto Platonis loco, epiſtola 7, Ταῦτα δὴ πρὸς τοῖς πρόσθεν διανοούμενος, εἰς Συρακούσας διεπρεσβευόμην· ἴσως μέν τις τύχοι· ἔοικε μεν τὸν μεγαλωσύνῃ τινὶ τῶν χρημάτων, ἀρχὴν βαλέσθαι τῶν νῦν γεγενημένων πρᾶγμάτων πρὸς Διονύσιον καὶ τοῖς πρὸς Συρακουσίους. Hic enim Bud. μεν poſitum eſſe ſcribit pro δή, vel potius pro γοῦν. Sed nihil obſtat fortaſſe quominus hic quoque pro Tamen accipiatur. Inuenitur etiam ὅμως μεν: vbi vel hæc duo ponuntur ex Demonsthenis, (ſicut τυχόν ἴσως, & λίαν παύ, atque alia pleraque) vel μεν vacat. Plato in Politico, Σιὸν δέ τι δεῖ γε ζητεῖν, οὐ πάνυ ξυνήθης ὢν δὲ ῥᾴδιον ἰδεῖν· ὅμως μεν πειρώμεθα λαβεῖν αὐτό.

Μεν (vti dixi) pleriſque particulis ſubiungitur. dicitur enim Ἀλλὰ μεν, & Γε μὴν, & Καὶ μήν, & Οὐ μήν, & quidem ſequente interdum tertia quapiam particula, vt mox docebo.

Ἀλλὰ μὴν & Ἀλλὰ μὴν οὐδέ, vide Tomi I, col. ſeu ſemipag. 336. g.

Γε μὴν autem (quod reſeruatum in hunc locum fuit) ſignificat Verò & Porro. hoc eſt μέντοι, inquit Budæus, afferens ex Xenophonte, ὃς γε μὴν ὀκτὼ δεῖ μὴ μεγάλους τὸν ἵππον ἔχειν. Ex eodem, ὅσῳ γε μὴν ὄφω αἱ πλατυτέρα καὶ βαθυτέρα ἦ, τοσούτῳ ῥᾷον ἵππος τὰ φερόμενον αἴρεται. Ex Platone item, De leg. lib. 10, ἐπόμβροι γε μὴν αὖπῶς, σκεψάμεθα τοῖς ἐκεῖθεν, τί ποτε καὶ τυγχάνουσι διανοούμενοι. In v. l. γὲ μὴν traditur ſignificare Vtique, Autem, Verò: necnon Tamen, Porro, Sanè. Interdum etiã, Atqui, Quãquam. Sed trium duntaxat ſignificationum exempla afferuntur. Pro Porro, ex Xenophonte, ὁπλῶν γε μὴν τί αὖ ἡμῖν ὄφελος; odorũ porro quæ nobis vtilitas? Item ἔτι γὲ μὴν pro Atque etiam, ex Alexandro Aphrodiſæo. Subiungitúrque hic locus ſine autoris nomine, οὔτε γὲ μὴν μηδὲ ἐς δύναμιν αὖ ἐξελέγξαι με, πῶς οὐκ αὖ ἤδη δικαίως ἐπαινοίμην; pro Quòd ſi nullus, &c. Sed quum duæ tantùm reperiantur harum particularum ſcripturæ, in fide dignis exemplaribus, tertiam hic videmus. Prima ſcriptura eſt qualis in illo Xenophõtis loco, ὃς γε μὴν ὄρχεῖ: item, ὅσῳς γε μὴν: item, ὅσῳ γε μὴν, &c. Secunda autem eſt, ſi ὃς γε μὴν, & ὅσῳς γε μὴν, & ὅσῳ γε μὴν ſcribamus: vt videlicet γε ſub præcedentis vocabuli accentu pronuntietur. At tertia eſt quum ὅσῳ γε μὴν ſcribitur, vt habent v. l. ita vt particula γε nec ſub præcedentis vocabuli accentu legatur, nec tamen cum μὴν iungatur. In iiſdem

istdē v.l. scriptum est in iis qui allati modò fuerūt locis, ἤ γε μήν, & εἰ γε μήν, vbique particula γε suum accentum habente. Verùm etiamsi concederem scribi ἔστι γε μήν, non tamen itidem post ὁμοῦ & εἰ scripturam illam admitti posse putarem: quum in vocem ἔστι minimè retici possit accentus, vt in ὁμοῦ & εἰ reiici posse scimus. Sed γε μήν coniunctim vbique scribendum potius censuerim. Atque hanc scripturam apud Herodotum etiam reperio: vt in Polymnia, pag. 274, meæ editionis, ἐγὼ δὲ ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα, πιστὰ γε μήν οὐ πάντα ὀφείλω. hanc enim ipsam scripturā ex quoque editiones quæ meam præcesserunt, habent. Vbi γε μήν particula Sed, siue At, aut etiam Tamen reddi potest. Sic autem & γε δή coniunctim scriptum alicubi inuenio.

Ἦ μήν, Certè quidem, Equidem, Profectò. Hom. Il. β, Ἦ μὲν ἐγὼ πόσις εἰμὶ ἀκοντίστεω ἠδὲ βοείης (Alibi autem ἦμαι Dorice scribit, vt docebo vbi de μαι differā) Aristoph. in Pluto, ἦ μὴν ὑμᾶς γ' ἔτι μ' ὀφλήσειν μεγάλῃ μάστιγι. Apud eundem in Nubibus, Ἦ μὴν σὺ βύπις τἀγχέως πατ' ἀχθίσει. quem locum vulg. lex. perperam afferunt, vt sponsionibus & expromissionibus has particulas conuenire probent. Illis enim alicubi adhiberi non inficior: sed hunc versum nihil tale habere dico. Apud Platonem in Euthydemo post exclamationem, ὦ Ζεῦ, ἔφην ἐγώ, ἦ μὴν καὶ τὸ σοφόν γε ὑμῶν ἐρώτημα καλόν τὸ ἐρώτημα. Vbi etiam addi γε observandum est. & DICI Ἦ μήν γε pro ἦ μήν. nam γε quod hic habetur post σοφόν, non secus ad ἦ μήν pertinere censeri potest, quàm pertinet ad ἀλλὰ μήν, vbi Demosth. scribit, ἀλλὰ μήν ἔκ γε τῶν, &c. Item ad καὶ μήν, in hoc eiusdem loco, καὶ μὴν σοφίαν γε σοφιστικὴν εἶπον.

Ἦ μήν frequentissimum in iureiurando vsum habet. Demosth. καὶ κατ' παίδων ὀμόσεις ἦ μὴν ἀποστολέα Φίλιππον. Sic apud Thuc. Xen. Platonem, aliósque veteres scriptores, post ὀμόσαι addi solet ἦ μήν plerisque locis. Eadē ratione post ὁρκῶ adiicitur, quod significat Iusiurādū exigere. vt Thuc. lib 8, pag. 186, meæ edit. ὥρκωσαν πάντας τοὺς γραπτοὺς τοὺς μεγίστους ὅρκους, καὶ αὐτοὺς τοὺς ὑπὸ τῆς ὀλιγαρχίας μάλιστα, ἦ μὴν δημοκρατήσεσθαί τε ἐν ὁμονοίᾳ. Quinetiam simplici & nudæ promissioni seu sponsioni (id est, cui iusiurandum non interuenit) interdum adhibent ἦ μήν. vt leginus apud eundē historicum, lib. eodem, pag. 188. ὡς Τισσαφέρνης αὐτῷ ὑπεδέξατο, ἦ μήν, ἴσως αὐτὰ ταῦτα λέγοντας, μὴ Ἀθηναίοις πιστεύειν, μὴ ἀπορήσειν αὐτοὺς ξυνός. Nihil fortè quispiam, quanuis non adiiciatur verbum quod iurare significat, tamen ἦ μήν eandem vim habere, atque adeo ante ἦ μήν subaudiri debere existimet: vt perinde sit acti dictum esset, ὑπεδέξατο, ὀμόσας ἦ μήν, &c.

Καὶ μήν item, quoniam in Καί non exposui, hic exponā. Est igitur καὶ μήν, apud Homerum Quinetiam: Od. λ, Καὶ μὴν Τάνταλον εἰσῖδον χαλεπὰ ἄλγε' ἔχοντα. Paulo post, Καὶ μὴν Σίσυφον εἰσῖδον κρατερ' ἄλγε' ἔχοντα. Vsus autem fuerat aliquanto antè particula καί sine μήν, hoc in versu, similem alioqui narrationem habente, (similem voco cuius similis est forma) Καὶ Τιτυὸν εἶδον γαίης ἐριθρέπτους υἱόν. In soluta quoque oratione legisse mihi videor pro Quinetiam, sed potius sequente καί. Bud. tradit significare Et quidem, item Atqui: afferens ex Plat. Politico, καὶ μὴν ἐφαίνετό γε αὖ πως τις οὗτον τὸν λόγον αὐτὸς καταβαλών, & quidem. Ex eodem eius libro affert καὶ μὴν sequente καί pro Atqui: καὶ μὴν καὶ ἐκεῖνα γ' ἦν αὐτοῖς ἀπόρρητον. Sic καὶ μὴν τοῦτό sequente illa copula, ex Aristide, in assumptione, pro Atqui: vt ἀλλὰ μήν: vbi scribit, ἐπεὶ δὲ τοῦτό τις, εἰ καὶ ἐφ' ἑτέροις διηλθόμεν. διηλθόμεν δὲ τοῦτο, καὶ τοῦτο. καὶ μὴν οὗτό γε ἀμήχανον, μὴ θεοφιλῆς ὄντας. Sic καὶ μὴν οὐδὲ pro Atqui neque, vel Neque verò, ex Demosth. καὶ μὴν οὐδ' ὁπῶντι καλόν. Apud eundem legimus & καὶ μὴν sequente μήν, & in altera orationis parte δέ: vbi scribit, καὶ μὴν πάντα μὲν αἰσχρὰ κλαπεῖν ἐστι δεῖ πολὺ μάλιστα δὲ τοῦτο. Sic & apud Thuc. καὶ μὴν οὐδέ, pro Neque verò.

Καὶ μὴν δή, Imò, Enimuerò, Sedenim. v.l. absque vllo exemplo.

Καὶ μὴν εἰ, Quòd si, v.l. ne hic quidem allato vllo exēplo. Fortasse autem reddi potest etiam Atqui si.

Καὶ μὴν καί pro Quinetiam alicubi inuenitur, sicut καὶ δὴ καί. Habent alioqui & alium vsum hæ particulæ καὶ μὴν καί, vt vides in loco qui ex Platone allatus fuit, vbi de Καὶ μὴν agebatur. Sed pro Quinetiam inuenitur ETIAM Ναὶ μὴν καί. Dionys. ὁ σοφιστής, pag. 151, editionis paternæ, Ναὶ μὴν καὶ λεπτῶν ἐστι καὶ πολλῶν πιπόλης. At in v.l. est SCRIPTVM Ναὶ μήν coniunctim: quod exp. Insuper, Verè, Sanè. absque exemplo.

Καὶ μὴν δὲ δή vide paulo antè in Καὶ μήν.

Καὶ μήν που, sequente καί, sicut & καὶ μήν, Et quidem, vt exp. B. in hoc Themistii loco, in oratione quæ περὶ φιλίας inscribitur, καὶ μήν που καὶ πόλει δεῖ σκοπεῖν, εἰ βάσκανος, εἰ φθόνου κρείττων. At verò καὶ μήν καί ex Platone in assumptione positum affert, (vt assumptioni adhibitū vidisti suprà καὶ μήν, apud Aristidem) De rep. lib. 2, in fine pag. 17, Aldinæ, vbi interrogatiuè ponitur: καὶ μήν που καί τι γε ξυμβαίνει πάσῃ σκιᾷ τι καὶ οἰκοδομήματι καὶ ἀμφιέσματι, καὶ τὸν αὐτὸν λόγον, τὸ δυοῖν ἀμφισβήτει καὶ δυοῖν ἔχοντε, ὑπὸ χρόνου τι καὶ τῶν ἄλλων παθημάτων ἧττον ἀλλοιοῦται; ad quam interrogationem respondetur, ἧττον δὲ ζῷα. Sed quanuis hic sicut in loco Aristidis assumptioni adhiberi velit, (quū alioqui diuersim esse huius formā manifestū sit) nō tamē reddere itidē potest Atqui, quū aduersatiuè nō ponatur. Nec malè fortassis à Ficino redditur Quinetiam. qui & citra interrogationem legisse videtur: hoc quoque forsitan non malè. vt autem hic interpretabimur, ita interpretari poterimus & in isto eiusdem Platonis loco, De rep. lib. 6, pag. 2, καὶ μήν που ἐν πόλει δεῖ σκοπεῖν, ὅταν κρίνειν μέλλῃς φύσιν φιλόσοφόν τε καὶ μή. Vbi idem interpres vertit Præterea: quod cum Quinetiam significatione conuenire scimus.

Μὴ μήν, idem quod οὐ μήν, Non tamen. Sed multo vsitatius est οὐ μήν quàm ἦ μήν. Bud. ex solo Chrysostomo exēpla profert. quorum vnum est hoc, ὅπερ συνέβαινεν αὐτῷ ἡμαρτηκότι καὶ πολλὰ ἁμαρτήματα, μὴ μὴν αὐτὸν εἰδέναι τοῦτο ἁμαρτήματα. In altero autem, μὴ μήν respondet præcedenti μέν: vbi scribit, ἐπειδὴ γάρ ἐστιν εὐλογῆσαι μέν, καὶ μὴ καταρᾶσθαι μὴν μὴν ἐξ ἴσης τοῦτο ποιῆσαι, βούλεται καὶ διορθρεύειν ἡμᾶς τὴν φιλίαν. Vbi μὴ μήν exponit οὐ μήν, seu μέντοι, sicut & in proximè præcedente loco. Apud Homerum autem legitur μὴ μάν pro μὴ μήν, vt mox docebo in μάν, Dorico.

Οὐ μήν, Non tamen, seu Nec tamen. aut Nec verò, vel Verùm non, Sed non, &c. item Οὐ μήν γε, & Οὐ μὴν ἀλλά, seu Οὐ μὴν ἀλλά γε, & Οὐ μὴν ἀλλὰ καί: item Οὐ μὴν οὐδέ, & Οὐ μὴν οὐδὲ μήν, vide in Οὐ, tomi 2, col. seu sempag. 1533. Οὐδὲ μήν autem seu Οὔτε μήν, habes col. 1537.

DORICE Μάν pro μήν dicitur. Theocr. idyll. 1, Τίτυρε μάν ἆδες, τίτυρε λύκει ὀπίσσω. Apud eūdem in idyll. quod Cyclops inscriptum est, Νεῦ μάν, ὦ κύκλον νεῦ αὐτόν τοι γε μαλεῦσαι. Apud eundē EXTAT Ἦ μάν, idem valens quod ἦ μήν, de quo antea dictū fuit. vt idyllio 4, Ἦ μάν ὁ νικᾶσά γε, καὶ ὑπὲρ λῶπ' ἐρέσθω. Sic apud Hom. Il. β, Ἦ μὰν αὖτ' ἀγορὴν νίκας γέρας ἦμεν Ἀχαιῶν. (Idem alioqui ἦ μήν etiam vsurpat pro eodē, vt vides in versu quem suprà ex libro eodē protuli) Apud eūdem HABES Μὴ μάν, cum alibi, tum in isto versu 304, Il. χ, Μὴ μαὶ ἀσπουδί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην, Ἀλλὰ μεγ' ἀμφὶς ἔρξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι (Dixerat autē antea, — νῦν αὖτέ μοι μοῖρα κιχάνει) Vbi μαι Eust. exponit simpliciter δή. In hoc autē loco Il. ϑ, Μὴ μαὶ ἀσπουδί γε νεῶν ὀπιθεν ἴωμεν, autor breuiū schol. exponit μὴ δή. Legitur & Il. ε, Μαίνεο Τυδεΐδη, καὶ ἄλλους ὄρνυθι λαούς. Μὴ μαὶ ἀσπουδί γε δαμασσάμενοί περ ἴωμεν, Νῆας ἐυσταμένους· ἀλλὰ μεσηέριμνα χέρηες. In illo quidem certè primo loco μὴ μαὶ reddi posse arbitror Non tamen: at duobus posterioribus, præsertimque secūdo, nequaquā conuenire, mea quidē sententia, potest. Sonat enim potius quasi quis dicat, Ne saltē. quam interpretationē & ille primus posse admittere videtur. Apud eundem poetam legimus ETIAM Οὐ μαί, Il. ε, Οὐ μαί οἱ γ' ἀπὸ πατρὸς ἀμείνονες ἀλεγεινῆς Πρόσθε ἰέναι πολέμοιο, καὶ ἐν παλάμῃσιν ἰανθεν. vbi quidam interpr. Verùm haud scio.

Μῆδος, de quo nunc dicendum eſt, vſitatiorem habet pluralem numerum μήδεα. Exiſtimo autem ex hoc nomine fieri μήδομαι, non contrà μῆδος ex μήδομαι. Si enim μῆδος ex μήδομαι factum eſſet, quidni itidem μήδος ex μήδομαι haberemus? Imò verò & hoc ipſum μήδομαι non immeritò fortaſſis quiſpiam ex μήδομαι factum eſſe ſuſpicetur: quanuis alioqui deductio à μήδομαι talis ſit quæ omnino reiici non poſſit. Quod autem ad ea attinet quæ ϟ habent, (ex quibus ſunt ϞΟΜΗϟΗΣ, ϞΟΜΗΔΗΣΙΑ, & ϞΟΜΗϟΟΜΑΙ. nam μήδομαι aliũde eſſe exiſtimatur) ea literã η in ϟ mutarunt, eodem modo quo in οἰδήσις, facto ex οἴδησις, mutatam eſſe videmus.

ΜΗ̃ΔΟΣ, ους, τό, Cura, Conſilium. Sed ſingularis numeri exemplum non affertur: pluralis autem μήδεα cum apud alios poetas, tum apud Homerum extat variis locis. vt Iliad. ω, — πυκιναὶ φρεσὶ μήδεα ἴσχοντες. Sic Odyſſ. τ, Ἔστι δέ μοι χῆνες πυκιναὶ φρεσὶ μήδεα ἴσχουσι. Habet idem, paritérque Heſiodus, Ζεὺς ἄφρασι μήδεα εἰδώς. Apud hunc extat etiam, πάντων πέρι μήδεα εἰδώς, de Prometheo. Apud illum cum genitiuo, non ſemel, vt Il. ο, — ἦδη πάγχυ μάχης ὀπὶ μήδεα κεῖται Δαναῶν ἠματίρης. Apud eundem (vt alios pleroſque locos omittam) extat nomen hoc μήδεα nomini βουλαὶ ſubiunctum: Ἐν πρώτοις δὲ βουλαὶ πεφιδέσθω μήδεά τ' ἀνδρῶν, &c. Vbi fortaſſe non malè μήδεα reddatur Curæ, (βουλαὶ autem conſilia) vt μήδομαι eſt Curam gero. Alioqui dicendum eſſet ἐκ τοῦ δαιμόνιου poni duo illa nomina βουλαὶ & μήδεα.

Hinc ſunt COMPOS. Ἀλιμήδης, ET Κακομήδης, ους, ὁ & ἡ, ET Πυκιμήδης. Primum illud Ἀλιμήδης, vide t. 1, col. 366, inter compoſita ex nomine ἅλς. Secundum Κακομήδης, ſonat, Cui malum eſt conſilium, id eſt callidum ſeu fraudulentum. Vel, Mala cogitans & vaſra ſeu fraudulenta, ſeu in animo verſans: deriuando ab ipſo verbo μήδομαι. Siue autem à verbo ſiue à nomine potius deriuetur, poterit vno verbo reddi, Callidus, Aſtutus, Vafer, Fraudulentus. Homerus hymno in Mercurium, verſu 389, Ζεὺς δὲ μάγ' ἐκπάλασσεν, ἰδὼν κακομήδεα παῖδα. Sed ibi legitur κακομήδεα proparoxytonè, non κακομήδεα paroxytonè, in pleriſque editionibus. Minimè dubium eſt tamen quin hæc lectio melior ſit quàm illa, vt nominatiuus ſit nõ κακομήδης, ſed κακομηδής, ſicut ἀλιμήδης. Alioqui ex eo accentu ſuſpicari quis poſſet κακομήτα ſcriptum fuiſſe (non κακομήδεα) ex nominatiuo Κακομήτης, qui apud Heſych. extat. Tertium compoſitum eſt Πυκιμήδης, per ſyncopen factum ex πυκινομήδης: Cui ſunt πυκιναὶ μήδεα, id eſt, prudentia ſeu callida conſilia. Homerus Odyſſeæ α, in fine, Καί τιν' ὧδε χέρης πυκιμήδεϊ ἴσκελα χρεῖα. Vbi πυκιμήδεϊ exponere poſſumus ex alio eiuſdem poetæ verſu, lib. τ eiuſdem poematis, πυκιναὶ φρεσὶ μήδεα ἴσχων. Vno autẽ verbo, quod ex eodem adiectiuo per compoſitionem factum eſt, exponere poſſis πυκιφρόνως. Nam πυκιμήδης & πυκιφρων idem valent, ſicut κακομήδης & κακόφρων. Quòd ſi ex nomine proprio appellatiuum facere liceat, cum πυκιμήδης conueniet COMPOS. Μνηστοκλείη: conueniet, inquam, quod ad ſignificationem attinet. Sonat enim Μνηστοκλείη, q. d. μνήστις κλεεμβρίη. Homerus Iliad. ν, Κούρῃ ᾗ Πριάμοιο πόθεν ἔχε Μνηστοκλείην. Vbi Euſtathius, ἡ ἔμπειρος Μνηστοκλείη, inquit, ad exemplum τῆς Γενοκλείης videri poſſit dici. Siquidem ΝΟΜΕΝ Γενοκλείη ſonat ἡ καταμεμαθηκυῖα ἱστορίαν, id eſt βουλήν: itidémque Μνηστοκλείη, eſt ἡ κεκτημένη μήδεα, id eſt βουλάς. Quibus addit eſſe Γενοκλείου τινὸς τόπου & ΝΟΜΕΝ Λιγαμήδη, NEC NOMEN Μήδεια, & quæcũque ſunt huiuſmodi. Sciendum eſt autem eſſe (teſte eodem ſcholiaſte alio in loco) quædam etiam propria nomina in μηδης deſinentia ex hoc verbo μήδομαι facta. E quibus ET Θεσπιμήδης, ITEM Διομήδης.

(Μήδεια etiam ſcribitur pro μήδεα, id eſt τὰ αἰδοῖα, Genitalia. de qua ſcriptura vide quæ paulo antè dixi in Φιλομμηδής, poſt verbum Μήδεια, col. 1608)

Μνηστοκλείη, ης, ἡ, Conſilium. βουλή, Suid.

Μήδομαι, Futur. μήσομαι, Curam gero, Conſulo, Delibero. Item Cogito, Excogito, Meditor: necnon Molior, Machinor, Struo. Eſt hoc verbum μήδομαι ex nomine μῆδος. niſi potius aliquis μῆδες ex μήδομαι factum eſſe velit: qua de re pertinacius contendere nolim. Homerus Iliad. β, Ἀλλά σε ἄναξ, αὐτὸς τ' ὀΐεαι μήδεα πίδεσθαι ἄλλω. Idem eodem libro, — οὐδὲ τὰ ἤδεε μήδεα ἅ ῥα Ζεὺς μήδετο ἔργα, Neque norat quænam moliretur Iupiter, ſeu machinaretur. Sic Heſiodus in Ergois, — ἀνθρώποισι δὲ ἔμπαιον κέαδεα λυγρά. Tale eſt apud Homerum, Odyſſ. ι, — μήδονθ' ὑπάροιον ἀλιθέων. Apud eundem legimus non ſolùm μήδομαι σοί τινα, vel ἐμοὶ αὐτῷ, ſed etiam μήδομαί σε τινα. vt Il. χ & ψ, Ἦ ῥα καὶ Ἕκτορα δῖον ἐπὶ ἀνίκια μήσατο ἔργα. Sed μήδομαί σε τινα ab illo ita dici videtur vt Latini vſurparunt verbum meditandi quum dixerunt Malè conſulere in aliquem. Vnde Iliad. κ, — πόσε νὺξ καλὰ μήσατ' Ἀχαιοί; enarrator exponit εἰργάσατο. Quem ſequendo, dicendum fuerit poni id quod antecedit pro eo quod conſequi ſolet. Quidam verò in huiuſmodi locis exponunt βουλευτικῶς μαχεσάμενοι. Sic Euſtathius particip. μησάμενοι alicubi exp. βουλευτικῶς μαχεσαμένους.

Μήδομαι in ſoluta etiam oratione aliquem vſum habet. Plato in Gorgia, εἴπερ μήδ' ἡ τοῦ λόγου τοῦ εἰρημένου, Siquà tibi cura eſt eius ſermonis qui dictus eſt: vel, eius verbi quod dictum eſt. Bud. Legimus & apud Plutarchum De defectu oraculorum, ἂν μήδεσθαι δοκῶσιν, καὶ ζυλάττειν ὅπως, &c. In vulg. lex. dicitur idem ſcriptor hoc verbo eſſe vſus in libello ἐπὶ τῶν ἀκουόντων, de apibus loquens. Sciendum eſt autem extare de iiſdem apud eundem in opuſculo quod inſcribitur, πῶς ἂν τις αἴσθοιτο ἑαυτὸν ὠφελούμενος ὑπὸ φρενῶν. verùm non ipſe Plutarchus ibi vtitur, ſed Simonides. ita enim ſcribit, ὥσπερ γὰρ αὐτὸν ἐμοὶ φησὶν ὁ Σιμωνίδης φησὶ τὴν μαλίστα ξανθὴν μέλι μηδομένην. Vbi μηδομένην fortaſſis reddi queat Scrutantem vel Rimantem.

Μήστωρ, ορος, ὁ, Conſultor, Conſiliarius, βουλευτής. vt μήστωρ ὑπατος Ζεὺς apud Homerum Iliad. Η, quaſi κεκυρωμένος ἐν βουλευτῇσι. Vel accipiendo μήστωρ ſeorſum ab ὕπατος, idem quod μητίετης. Ex eodem affertur, Iliad. π, Δαρδανίδης Πρίαμος θέφιν μήστωρ ἀτάλαντος, pro ἴσος θεοῖς καὶ τῷ βουλῇ. Idem vocat Hectorem μήστορα φύζης, cuius conſilio & virtute in fugam conniciuntur hoſtes. (At μήστωρα φύζης quidam interpr. Equi fugæ periti, id eſt periti arripiendi fugam velociter. Vnde etiam de celerrimis equis dici hoc exiſtimatur) Ἰτὲ μήστωρ αὐτῆς, Cuius conſilio & virtute bellum geritur. Sunt tamen qui malint, Qui conſilio, non autem temerè, prælium committit: ὁ ἐν μάχῃ βουλεύων. Quidam ſimpliciter, Peritus pugnæ. Vide Euſtathium & Heſychium. Fit autem μήστωρ ex μῆτις, quod Heſychius exponit βουλή. Eſt & nomen proprium Μήστωρ, ſicut & Λιγαμήστωρ: quod v. l. eſſe tradunt Apollinis cognomentum, tanquam valde periti & conſulti. Id genit. facit ορος, per ο μικρὸν, ſuperius autem per ω μέγα, teſte Euſt.

COMPOS. Ἐπιμήδομαι, Excogito. vt ὀπιμήδεα δόλοις, Hom. Odyſſ. ε, Excogitare dolos. vel Moliri dolos, ſeu ſtruere.

ATQVE Ἐπιμηδής ET Προμηδής, (à quibus & quædam deriuata extant) η in ϟ mutaſſe exiſtimantur: ſignt νῆες, & alia quædam. In vulg. lex. ὀπιμηδής redditur Prudens. in qua interpretatione nulla præpoſitionis ὀπὶ ratio habetur: quæ alioqui in NOMINE Ἐπιμηδής multum ſignificationem immutat à ſignificatione NOMINIS Προμηδής. quum Ἐπιμηδής dicatur is qui μετὰ τοῦ σκοποῦ βουλεύεται: aut breuius, qui μετὰ σκέψεως βουλεύεται, ſequendo Lucianum ſcribentem (in libello quo reſpondet ei qui ipſum Prometheum in verbis

esse dixerat) ἐπὶ τὸν μετὰ ζυλεύεσθαι, Ἐπιμηθέως ἔργον, ἀ Προμηθέως δέ. Cui simile est quod à Synesio dicitur, ἀλλὰ τοῦ Ἐπιμηθεῖ τὸ μὲν μάλειν, φασὶν, ἦν ἐῶν, τὸ δὲ μετὰ μάλειν ἰδεῖν. Fuit autem hic Epimetheus frater Promethei, vt discimus ex Hesiodo in Ergois: dictúsque est ἀμαρτίνοος ab eodem in Theogonia: sicut Prometheus αἰολόμητις. A Pindaro autem Ἐπιμηθὴς vocatur ὀψίνοος, in Pythiis, id est Qui serò sapit. Quum porro hæc sint duorum fratrum propria nomina, facta sunt tamen quodammodo appellatiua: adeo vt ὀπιμηθὴς dicatur quilibet cui re peracta, tum demum consilium in mentem venit, & cognoscit quid opus facto fuerit: προμηθὴς contrà, cuicunque prius quàm rem aggrediatur, consilium suppetit ad videndum quidnam facto opus sit. Vide Erasm. in prouerbio, Malo accepto stultus sapit. Antequam verò de Προμηθὴς dicendi finem faciam: minimè prætermittendum est quod à Luciano scribitur: nimirum Atticos προμηθίας appellare solitos fuisse ζωὴ πλουσίους καὶ χορηγούς. De figlino autem Promethei opere, à quo appellatio illa manauit, lege Heliodum in Ergois, atque alios poetas. Ab Hesychio προμηθὴς exponitur σώφρων: & alibi ὁπιπρόσθιος, ὁπιπραλὴς ἴχνη. Illinc factũ est nomen SVBST. Ἐπιμήθια, & VERBVM Ἐπιμηθεύεσθαι: eodem modo quo ab altero est NOMEN Προμήθια & VERB. Προμηθεύεσθαι. Fuerit autem Ἐπιμήθια, Cõsilium quod initur seu capitur re iam peracta, Consilium quod serò capitur. sicut Ἐπιμηθεύεσθαι exponitur, Consilium capere re peracta, vel Serò consilium capere. Sed hæc rarò occurrunt. Contrà verò Προμήθια & Προμηθεύεσθαι, itémque adiectiuum NOMEN Προμηθὴς, quod hæc antecedit, satis frequenti sunt in vsu. Ac primùm quidem Προμηθὴς redditur Prouidus, item Circunspectus, Consultus. Apud Herodianum ἀνὴρ προμηθὴς τε καὶ νήφων, Polit. vertit Prouidus & sobrius. Dicitur & de re, vt μάλιστα προμηθὴς à Thucydide libro 3. Apud eundem τὸ προμηθὲς substantiuè pro ἡ προμηθία, Prouidentia. Superlat. Προμηθέστατος, vt apud Synesium, ὁ πάντας ἑαυτοῦ προμηθέστατος, Qui sui maximam prouidentiam egit. de quodam duce fugacissimo, Bud. Item σύνεσιν προμηθεστάτην, apud Herodianũ. Inuenitur & superlat. gradus ADVERBIVM Προμηθέστατα, Maximè prouidè, Prouidissimè: aut certè Prouidentissimè, Maxima cum prouidentia. Apud Herodianum redditur etiam Prouidentissimo consilio. Quidam interpretantur & Consultissimè. At POSITIVVS Πρόμηθος, id est Prouidè, vtendo prouidentia, &c. (Affertur verò & aliud ADVERB. Προμηθῶς ex Aristophane pro Prouidè, Prouidenter: item Circumspectè. Sonat autem q.d. Vt decet eum qui prouidus est: Vel, Cum quadam prouidendi peritia) Substantiuum autem Πρόμηθια, Prouidentia. Et προμήθειαν ποιεῖσθαι, Prouidere. At προμήθειαν λαβεῖν dixit Euripides: vbi exponitur κηδεμονίαν. Apud Thucydidem libro 4 ἔξεστιν δὲ διὰ τούτου, προμηθίαν μᾶλλον ἢ ἀπιστίας ἐργάσασθαι, Cum maiori cautione. Itidemque προμήθειαν ποιεῖσθαι apud Platonem est etiam Cautionem adhibere, Cum multa cautione agere. Inuenitur ETIAM Προμηθία eadem significatione: quæ scriptura apud Sophoclem extat in Electra, pag 114, meæ editionis, alteram non admittente versu. Ita enim scriptus est, Ἐν τοῖς πανούργοις ὄντα προμηθίᾳ. Habetur aliquin & altera scriptura per ε apud eũdẽ, vbi versus vtrãlibet admittere potest. vt pag. 116. & 138. Quemadmodum autem & Προμηθία & Προμηθία, ita etiam non solùm Προμηθεύομαι, SED ET Προμηθοῦμαι dicitur, Prouideo, Prouidentiam ago, (aut etiam Curam ago) Prouidentia vtor: item Prospicio. Redditur etiam Rationem habeo. Hoc posterius apud Platonem extat, ἀρά γε μὴ ἐμοῦ προμηθῇ; Et apud Dionys. Areop. τῆς θείας τοῦ κόσμου προμηθουμένης. Herodotus quoque isto vtitur, sed absque contractione, dicens, more Ionico, προμηθέεσθαι & προμηθέμενος: vt προμηθέεσθαι ἰωνικῶς καὶ πρᾶγμα ἐκάλυε. Item, προμηθέμενος οὐδὲν μὴ πλέξω. Affertur ex eodem & cum accusatiuo, προμηθεόμενος τὸν ἀδελφεόν, fratris respectum habens. Apud Alex. Aphrod. extat alterum verbum Προμηθεύεσθαι, similiter quidẽ cum accusatiuo, sed tamen in prima illa prouidendi significatione: in præfatione Problematum, ὅσοι δὲ διὰ τοῦτο πόρρω φύσεως καὶ λόγου φέρονται προμηθεύεται τὰ ὑγιεινὰ καὶ φοβεῖται. Qui locus facit vt minimè suspectum habere debeamus quendam Damasceni, libro 2, vbi eidem casui hoc verbum iungitur.

Quæri autem possit an ab eadem sit origine NOMEN Προμηθεία, quod προμήστρια apud Siculos significabat, teste Polluce: id est Pronubam, Nuptiarum conciliatricem. Sed apud Pollucem tertia syllaba litera υ, non η, scripta est. Καὶ προμήστρια μέν, inquit, αἱ συναγοῦσαι τοὺς γάμους. Σικελιῶται δ' αὖ τὰς καλούσας προμαθύστειας.

Sequenti nomini μηλέα, vel potius nomini μῆλον, quam originem tribuere videatur Etymologus, dicam postea, vbi agam de altero nomine μῆλον, quo significatur ouis. De hoc tantùm in præsentia lectorem monitum volui: quanuis μηλέα hic ponatur ante μῆλον, arboris nomen ante nomen fructus, sicut & in quibusdam aliis huiusmodi factum fuit, (quod etiam rationi maximè consentaneũ esse videtur) Tryphonem tamen apud Athenæum lib. 2, ἀμυγδάλην nomen fructus, pro ἀμυγδαλέαν, prius esse censet quàm arboris nomen ἀμυγδαλῆ. scribens,

πρότερον ὀνόμασαι τὸν καρπὸν ὕστερον τὸ χαρακτῆρος, καὶ ἀπὸ τούτου τὸ δένδρον.

MHΛÉA, ας, ἡ, Malus, arbor. Per contractionem dicendum esset μηλῆ, vt συκέα, συκῆ, & ἀμυγδαλέα, ἀμυγδαλῆ: itidemque alia. sed in hoc non itidem receptam contractionem esse puto. nusquam enim μηλῆ inuenio, sed μηλέα passim. Atque adeo Eustathius in hunc versum 332, libri vltimi Odysseæ, Ὄγχνας μοι δῶσας τριακοντάζυγα καὶ δέκα μηλέας, annotat minimè contrahi μηλέα in μηλῆ, vt συκέα contrahitur in συκῆ. Apud eundem poetam legimus μηλέαι ἀγλαόκαρποι. de quo epitheto differit Plutarchus Symposiacõn lib. 5. Pausanias in Atticis, τῆς δὲ χορτὸν ἔχει, τῇ μὲν πλέθρου μηλέας, τῇ δὲ ἑξῆς δὲ φυτάλιον. Est autem generalis hæc appellatio arboris, sicut μῆλον, fructus. atque vt dicitur μῆλον κυδώνιον, ad differentiam, vel addito quopiam alio adiectiuo: sic dicitur μηλέα κυδωνία, aliúdve adiectiuum discriminis causã adiicitur. Dioscorides lib. 1, cap. 160, μηλέας ἁπάσας τὰ φύλλα καὶ τὸ κόμμι καὶ οἱ βλαστοὶ σύφουσι· μάλιστα δὲ τῆς κυδωνίας. Sic μηλέα Περσικὴ, Malus Persica, siue Malo-persica, (si hoc composito vti licet) apud Theophr. De causis plantarum, lib. 8. Vide Μῆλον.

Μῆλον, ου, τὸ, Malum: fructus quem fert malus, Pomũ. (DORICE Μᾶλον, & PLVR. Μᾶλα, apud Theocritum aliquoties) Homerus Odyss. ν, versu 115, Ὄγχνη ἰσχέμεν ὄχνας γηραϊόφιν, μῆλον δ' ὄφρ' μήλα. Sic autem versu 110, ὄγχνας & μηλέας simul cõmemorauerat, interiicies ῥοιάς. Libro verò vltimo Odyssex, ὄγχνας & μηλέας dũtaxat nominat hoc in versu, Ὄγχνας μοι δῶσας δεκαπεντάζυγα καὶ δέκα μηλέας. vbi annotat Eustath μῆλον esse non solùm τὸ σπανίως ὕστερον λεγόμενον, τὸ δὲ ἁπλῶς ἀγλαὸν οἷς εὐθυβόλως εἰς

ἄγαλμα φύσεως: sed etiam τὸ τῆς ἀφροδίτης, ὃ δὴ τοῖς ὄπισθεν. A
Quinetiam τὸ κηπεῖον, quod vocari à Romanis *citrum*, teſte Pamphilo. Quibus addit, hoc κηπεῖον apud Libyas (vt quidam perhibent) vocari μῆλον ἑσπερικόν. A quibus Hercules Euryſthei iuſſu in Græciam attulit μῆλα quæ propter τὸ ἰδίαν vocantur χρύσεα: nimirum ἐπὶ πλεῖστον ἐσπερίδων: quæ μῆλα dicit in ſtellas ἀπηγορεῦσθαι, quum Hercules εἰς ἥλιον μετελαμβάνετο. Cæterùm vt ὄχναι & μῆλα in duobus illis Homeri locis iunguntur, id eſt, eorum ſimul fit mentio: ſic ἄπια & μῆλα interdum iungi in oratione ſoluta videmus. Eſt enim ἄπιον B idem quod ὄγχνη, Latinè Pirum. Cuius vocabuli ſi mihi quoque diuinare originem liceret, dicerem Pirum dictum eſſe quaſi Pium, ex Græco Apium: (nimirum interiecta deinde litera r.) potius quàm à nomine πῦρ, quòd in flammæ modum è lato in acutum tendat. ſecundum quam deductionem ſcribendum fuerit Pyrum, per y. Cæterùm quoniam à Plutarcho ἄπια & μῆλα, ſicut ab Homero ὄγχναι & μῆλα, ſimul poni dixi: ſed vocem quidem ἄπιον in ſuperioribus habes, at VOCEM ὄγχνη SIVE ὄχνη, C non item: hanc de ea occaſionem non omittam. Hoc igitur ſciendum eſt, quanuis ὄγχνη generaliter de piro dicatur, & quidem alicubi (vt in illis Homeri locis) de hortenſi ſeu ſatiuo potius quàm de agreſti, propriè tamen hanc appellationem agreſti piro (quod & ἀχράς vocatur) conuenire exiſtimari: tanquam hoc nomen ſortito à verbo ἄγχειν, quod ſtrangulare ſignificat: quoniam acerbitate ſua propemodum ſtrangulant. Adeo vt ſit propriè quod Galli dicunt *Poire d'eſtrangvillon*: quod ſonat quaſi quis dicat Pirum ſtrangulatorium. aut, magis ad verbum, Pirum ſtrangulatus, ſeu ſtrangulationis. Sed in eo quòd certo cuidam pirorum generi appellatio iſta tribuitur, & quidem hortenſi alioqui: cum nomine ὄγχνη vndiquaque non conuenit. Eo autē nomine & ipſa arbor pirus appellatur. Sed quod ad ſcripturam attinet, non dubito quin ὄγχνη potius quàm ὄχνη ſcribi debeat, ſi verum ſit (quod certè veriſimile eſt) dici à verbo ὄγχειν, quod eſt ſtrangulare. Venio ad locum in quo Plutarchus ἄπια & μῆλα fungit. Is extat in Artoxerxe, ἀπίοις δὲ καὶ μήλοις καὶ E ῥοιπῖς ἄλλοις ἀκροδρύοις πρίγνοται αἰθιόπιες πολυμικεῖς καὶ δυσεντερικῖς. Alibi ἰχάδας & μῆλα coniungit. vt Sympoſ. lib. 6, Probl 8, πάχνοις δὲ ζέστι καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι, καὶ μάλιστα ὅταν ἢ ἰχάδας ἢ μῆλα κομίζωσιν.

Μῆλον cum adiectione, præter primam illam & propriam ſignificationē alias etiā accipit: id eſt, cum aliis etiam fructibus, ob quandam formæ rotundæ præſertim ſimilitudinem, nomen ſuum communicat.

Eſt enim QVODDAM Περσικὸν μῆλον, Perſicum malum, ſeu Malum Perſicum, aut compoſitè Maloperſicum, (ſicut μηλέα Περσικὴ habuiſti paulo antè ex Theophraſto) vulgò *Peſche*: corruptè pro *Perſe*, vt opinor. id eſt, voce *Perſe* prauè detorta in *Peſche*. Quod autē vocamus *Preſſe*, eſtque ex genere eorum quæ appellantur *Peſches*, ſunt qui Duracinum Perſicum eſſe exiſtiment. At lingua Italica vocem Perſicum penè integram ſeruat: atque adeò & aliæ linguæ, quæ præ Italica præſertim & Gallica ſemibarbaræ cenſeri poſſunt, eius veſtigia retinent. Sed hoc ſciendum eſt, Dioſcoridem lib. 1, vno capite, nimirum 165, agere de Perſicis malis: at capite 167, (interiecto videlicet capite 166 de Armeniacis malis) agere de iis quæ vel Medica vel Perſica vel Cedromela, vel Latinè Citria vocentur. Apud eundem extat caput 188 eiuſdem libri de arbore cui NOMEN Περσέα: quam extare in Ægypto dicit. Sic & Theophr. ἐν Αἰγύπτῳ, inquit, ἐστὶ ἔνιον Περσέα καλούμενον ἐξαιρέτως μαλακὸν τῷ ὑπὸ γῆν φύεσθαι. πολλὰ δὲ μᾶλα, οὐ φαῦλα, πλὴν φυλάττειν. Vnde Plinius, Ægyptus & Perſicam arborem ſui generis habet, ſimilem piro, folia retinentē. Quæ autem ab his Περσέα, à Nicandro eſt DICTA Περσία, interiecto ι, propter metrum: vel potius IONICE Περσίη, in Alexipharm. Καὶ τὸ καταφθίσαν μετ' ἀγρώστης ἐλαίου Σκληῇ ὑπὸ φοινίκῃ κείνου βλαβὲς οὖδας ἐρύξαι. Quibus addit, Περσέα δὲ καὶ λευκὸν Κυρηναῖοι γεγάασι, Αὐχμῷ ὑπὸ μυχὸς ἀκτῆς γενόμενα Μιδείης, (ita enim ſcribendum eſt, non ὑπὸ γενόμενα coniunctim, vt habent editiones quæ meam præceſſerunt) Ῥεῖα Μιχταίης ὑπὸ ξυνὸν ἐρύκει ἀέθλους. Vbi ſchol. annotat primùm quidē, quod ad NOMEN Κλέων attinet, eſſe hic quod vulgus ἐσθίον appellet: atque ita vocari etiam à Theophraſto. eſſe enim καρύα ἄλλα τὰ ξυλώδη λίαν ἔχοντα. (Eſtque obiter hic annotādum & illud de voce καρύον, eam pro oſſe accipi. id eſt, eo quod vulgò appellamus *le noyau*. vt Sueronius oſſa palmularum dixit. Quinetiā de VOCE Ὀστέον ſiue Ὀστοῦν, idem obſeruandum eſt, eam & hunc metaphoricum vſum, ſicut apud Latinos, habere. itidem enim ἐστὸν & Dioſcoridem vſurpaſſe videbis paulo póſt. Vocatur autem καρύον ob ſimilitudinem quam cum nuce habet) Quod verò ad vocem ἀφροπίης attinet, annotat; Περσίης ἢ ἔνιοι τὸ ἀρχαῖον ἀπὸ τῆ Θεοφράστε καὶ Νικάνδρου μεταγράφουσιν. Scribo enim ἔνιον, nō ἔνιοι, meum vetus exemplar ſequens. vt ſit ſenſus, τὸ ἀρχαῖον, videlicet αἰπήχαφον. (neque enim dubito quin hoc ſubaudiri debeat) habuiſſe hanc vocem ἀφροπίης. At ſi retineamus ἔνιοι, quod vulgatæ editiones habent, non video quis hinc elici ſenſus poſſit. Verùm & hoc obiter addendum eſt, non Νικάνδρου, ſed Νικανδρίου, in illo ipſo exemplari ſcriptum eſſe. Cæterùm apud eūdem poetam legimus gentiuum ἀφροπίες, tanquam à NOMINATIVO Περσίς, ſignificante illud ipſum ἀφροπίην, id eſt ἀφρόπιν. Siquidem in Theriacis canit de quodam papilione, Τοῦ ἰοειδὲς ἀφροπίες ὑπεφρίσσουσι πτερύγεσσιν. Vbi ſcholiaſtes ἀφροπίες genitiuum Æolicum eſſe ait, à nominatiuo ἀφροπίς: vt nimirum à βασιλεύς eſt βασιλῆος. Itaque ἀφροπία à Nicandro ἀφροπίη etiā & ἀφροπὶς vocatur: à Callimacho autem Περσέης ἐπώνυμος: vbi canit, Καὶ πεπότηται Περσέης ἐπώνυμος· ἧς ὀρεξάμενον Αἰγύπτῳ κατιδέσθαι. In quibus verſibus obſeruare etiam debemus, eum de Ægypto dicere (quod conuenit cum iis quæ ex aliis ſcriptoribus antea protuli) quod Nicander de Mycenis. Conſtat porro vnam eandémque arborem eſſe cum ea quæ à Dioſcoride ἀφροπία vocatur: quū ipſe de hac diſſerens, dicat eſſe arborem in Ægypto naſcētem, quæ fructum ferat ἰδιόδιμον & διετίμαχον: & in eo φακαίσια inueniri quæ DICVNTVR Κεφαλάκια: itidémque Nicander ſub ἀφροπίης foliis beſtiolam φακαίνην ſimilem nutriri tradat. Cæterùm ἀφροπία (ſi ſcholiaſtæ illius poetæ credimus: quem ſcripſiſſe ἀφροπία veriſimilius eſt) fuit DICTA Ῥοδακινία. Sed nomen hoc recentius & ſuo tempore vulgare fuiſſe videtur innuere: quum ſcribit, τὸν Περσέαν, ὃν ῥοδακινίαν καλοῦσι. Sic autem à Suida ἀφροπία nomine illo ῥοδακινία, tanquam notiore, exponitur. At v. l. habent ῥοδακνία, cum ν, & quidem ex Aetio quoque, tractatu 13, cap. 118. Fructus autem meminiſſe illum tradunt lib. 1, vbi de Perſiæ malo agit. At verò apud Nicolaum Myrepſum, capite De vnguētis, eſſe SCRIPTVM Ῥοδακινία. Ibidem annotatur, alia eſſe quæ DICVNTVR Δωρακίνια: quæ tamen ſunt de genere Perſicorum. Annotaui autem ſuprà, Duracina perſica eſſe quæ vulgo appellamus *Des preſſes*, in Perſicorum genere. quæ appellatio Plinii autoritate nititur, ſcribentis lib. 15, cap. 12, initio, Sed Perſicorum palma duracinis. Si tamen ſunt ea quæ vulgò Pariſiis appellamus *Des preſſes*, longè nunc à Pliniano diuerſus eſt Pariſienſis guſtus. Non dubium eſt autem quin vox illa δωρακίνια ſeu δωρακινὰ (accentu poſito in vltima) ex Latino ſermone petita ſit.

Verùm, vt tādem finem dicendi de πυρέᾳ faciam, ſciendum eſt non paruam eſſe inter eos qui in Dioſcoridem ſcripſerunt, hac de arbore controuerſiam: nimirum an ea non aliud ſit quàm malus perſica, an contrà diſcrimen aliquod inter has eſſe exiſtimandum ſit. Equidem vt idem eſſe putemus, facere poteſt & hoc, quod apud Dioſcoridem legimus, libri ſexti cap. 11, aduerſus ψιμύθιον, id eſt ceruſſam, auxiliari ἀφροπὶς, id eſt: quoniam videlicet apud Nicādrum πυρέης καρύα aduerſus hoc ipſum opitulari legimus. Sed viciſſim non pauca ſunt quæ ad conſtituendum inter hæc duo diſcrimen impellere nos videantur: è quibus vnum hoc eſt, quòd ipſe Dioſcorides nō vnà cum malis Perſicis ſed ſeorſum mentionem facit: & quidem talem vt

peculiaris descriptio esse iudicari possit. Quamobrem si meo quis stare iudicio velit, duo illa esse eadem negabit.

Postquam autem περὶ τῶν ὁπωρικῶν μήλων mentionem fecit Dioscorides, de iis quæ VOCANTVR Ἀρμενιακὰ meminit, & quidem ita vt vnum idémque μήλων genus illi esse manifestũ sit. At quæ minora sunt, (inquit) & appellãtur Armeniaca, Latinè præcocia, stomacho sunt vtiliora. Cæterùm hoc NOMEN Πραικόκια cuius meminit Dioscorides, quidam ex recentioribus Græcis vsurparunt. Hoc porro sciendum est, non solùm ὁπωρικὰ μῆλα seu ὁπωρικὰ μῆλα dici, sed interdum etiam ὁπωρικὰ seu ὁπωρικὰ, sine substantiui adiectione: vt vel in illo quem ex Dioscoride paulo antè protuli loco videre est: vbi videlicet dicit ὁπωρικῶν τὰ ὀστᾶ, pro ὁπωρικῶν μήλων. Nec dubito quin alia quædam adiectiua ex iis quæ subiungam, itidem sine substantiui adiectione posita inueniantur: sed huic adiectiuo frequentiorem quàm vlli alii hunc vsum esse arbitror. adeo vt Latini quoque hac ἀλληψει sibi permittẽtes, Persica dixerint, non addito substantiuo Mala. Sed hoc sciendum est, non solùm dici ὁπωρικὰ μῆλα, sed etiam ὁπωρικὰ κοκκύμηλα. Scribit enim Diphilus Siphnius apud Athenæum, libro 3, ὁπωρικὰ λεγόμενα μῆλα, ἔστι πίνον δὲ Περσικὰ κοκκύμηλα, μεστὸς ὑγρᾶς ὀπὸς. βοτανικώτερα δὲ τὰ μήλων. Scribit autem Suidas κοκκύμηλα esse quæ vocata sint à recentioribus βερίκοκκα. (quum enim dicit τὰ παρ' ἡμῖν λεγόμενα, id est, quæ à nobis dicuntur: vel sui seculi vel suæ regionis homines ita vocasse significat) quod βερίκοκκα id omnino esse videtur ex quo factum sit à nobis vocabulum *Abricots*. Quæ tamẽ alii esse censent ea quæ Dioscorides ἀρμενιακὰ μῆλα nominat. Nonnulli verò, quoniam addit ea esse quæ à Latinis præcocia vocentur, volunt potius esse quæ dicuntur *Auantpesches*. quæ peculiariter etiam fuisse appellata *Pesches de Troye* (id est Persica Trecensia) quidam annotarunt.

Celebre est ETIAM Μηδικὸν μῆλον, i. Medicũ malum. éstq; μηδικὸν nomẽ substãtiui. Cõstat autẽ id esse quod vulgò vocamus *Orange*. Sed quòd ὁπωρικὸν appellationẽ huic quoque tribuit Dioscor. nõ minus quàm μηδικὸν, id verò quidã mirantur. Legimus tamen & apud Theophrastũ lib. 4, cap. 4, οἷον, ἔστι Μηδία χώρα καὶ Περσὶς ὥστε ἔστιν ἔχει πλείω, καὶ τὸ μῆλον τὸ Μηδικὸν καὶ τὸ Περσικὸν καλούμενον. quæ autem subiungit, vnius tantùm mali, nimirum citrii, descriptionem continent. Quinetiam Athenæus ipsum Theophrastum testem producens, scribit, καὶ τὸ μῆλον τὸ Περσικὸν ἢ Μηδικὸν καλούμενον. quæ lectio minus etiam dubitationis relinquere cuiquam potest. Adde quòd Macrobius ex Oppio scribit, Generantur autem in Perside omni tempore mala citrea. alia enim præcarpuntur, alia interim maturescunt. Iam verò & illa VOX Κιδρόμηλον, (quæ apud Dioscoridem tertia est mali Medici appellatio) quibusdam suspecta fuit, (idque non immeritò fortasse) ne nimirum pro κιτρόμηλον seu κίτριον μῆλον, aut κιτρίομηλον, posita esset. quamuis hoc ipsum κιδρόμηλον alibi quoque extare fatererentur. In vulgatis autem lexicis annotatur, vocem κίδρος dici etiam de arbore citrei mali: cuius materies citrium à Varrone & Martiale appelletur. Sed huius appellationis illud ipsum, quod suspectum esse dicebam, testimonium afferunt: illum videlicet ex Dioscoride petitum locum, in quo tamen non κίδρος sed duntaxat compositum vocabulum κιδρόμηλον habetur. Addunt verò & Plinii locum, lib. 13, cap. 16, vbi de cedro loquutus, subiungit, Alia est arbor eodem nomine, malum ferens execratum aliquibus odore & amaritudine, aliis expetitum, domos etiam decorans, nec dicenda verbosius. Hanc enim aliam arborem, Medicam malum esse aiunt. Sed quo teste id probare potuit? Hoc certe si verum esset, Plinium hæc de Medica malo intellexisse, citrum illi & cedrum idem esse dicendum foret: atqui hæc diuersa illi esse manifestum est, lib. 13, cap. 1, Cedri tantùm & citri suorum fruticum in sacris fumo conuolutorum nidorem verius quàm odorem, nouerant, iam rosæ succo reperto. Quinetiã libri 15, caput 14, ita inchoat, Malorum plura sunt genera. De citreis cum sua arbore diximus. Medica autem Græci vocant, patriæ nomine. Atqui si verum esset quod de cedri appellatione in vulg. lex. annotari dico, aliquam vel hic vel aliis in locis, vbi de Medica malo agit, mentionem fecisset: vbi nimirum & Assyriam nominat. vt lib. 12, c. 3, Malus Assyria, quam alii vocant Medicam, venenis medetur. Reliqua ibi vide. Hoc quoq; de pomo isto addam, nos *Orange* (vt iam dixi) Italos autẽ simili voce nominare: vtrosque ab eadẽ origine, nimirum à quadã appellatione quæ recentioribus Græcis in vsu fuit. sic tamen vt Itali multo minus quàm nos illam immutauerint. Ea enim EST Νεραντζίου, apud Nicãdri scholiastem. Nam in hunc Alexipharmaci locum, — πὴ φυλλον ἐσαλείμμον πεφασῆν Καὶ δαμίδες, μῆλόν τι, καὶ ἐμπρησμὸν σίνεται: scholiastes annotat, μῆλον (quod sine adiectione ponitur) significare τὸ μηδικὸν μῆλον. quod μηδικὸν μῆλον, esse τὸ νεραντζίον. Non dubium est certe quin hanc appellationem tanquam suo tempore omnibus familiarem atque adeo vulgarem afferat. Factique hæc vox νεραντζίον vt Itali ii qui *Naranzo* aut *Naranzio* seu *Narangio* pronuntiant, (vt taceam illos qui *Naranzare* dicunt) se rectius loqui dicere possint quam ii qui *Aranzio* vel *Arangio* proferunt: quanuis alioqui Dantes & Petrarcha necnon Boccatius horum altero non autem vllo illorum vtantur. Sed hoc addo, extare apud eos & aliam vocem, eámque compositam, videlicet *Melarãcio*: verùm hãc de arbore potius quàm de fructu vsurpasse illi Italicæ linguæ scriptores videntur. Quin autem *Melarancio* sonet idem quod *Pomo arancio*, vtpote compositum ex Melo, (vt si ex μῆλον facias Melum pro Malum) & ex *arancio*, minime mihi dubiũ est. Hoc quoque sciendum est, sicut κιδρόμηλον apud Dioscoridem scribi dicebam, quum tamen κιτρόμηλον seu κιτρίομηλον scribendum potius videatur, sic Italos dicere *Cedri*, cum dicunt. Sed hoc nomine appellant id genus quod omnium maximum seu crassissimum est. Et quoniam in hunc sermonem incidi, paulo eum longius persequens, ostendam quanto diligentius nostri seculi homines singula huiusce fructus genera propriis appellationibus quàm vel ipsi Græci olim (quatenus quidem nouimus) distinxerint. Atq; vt per gradus à minoribus ad maiora ascendam: primum genus statuam, *Aranci* siue *Arangi*, aut etiam *Narangi*, seu *Naranzi*, (quæ propius ad vocem νεραντζίον accedere docui) Gallice *Aurange*, vel *Orange*, vt alii pronuntiant. Secundum genus, *Limoni* & per diminutionem *Limoncelli*: Gallice itidem *Limons*. Quinetiam *Limes* alicubi, terminatione fœminina, de rotundioribus. Tertium genus *Poncires*: quæ tamen appellatio non est per totam Italiam vsitata. nobis itidem *Poncires*. Quartum genus *Cedri*, de omniũ maximis & crassissimis. Sic verò & in quibusdam Galliæ locis illa vocantur *Cidres*: quum tamẽ alii *Poncires* potius appellet. At verò *Cedrangoli* diminutiua forma dici videtur: quod in Italia me audisse nõ memini, sed tamẽ in quibusdã eius partibus ita vocari ea etiã quæ ab aliis *aráci* seu *arãgi* nominẽtur, intellexi.

Vt porro dicitur fructus Μηδικὸν μῆλον, sic ARBOR Μηδικὴ μηλέα. Atque vt fructus alio nomine DICITVR Κίτριον μῆλον, sic ipsa ARBOR Κιτρέα μῆλος, aut certè Κιτρέα, sine adiectione: sicut κίτριον pro κίτριον μῆλον. Autor γεωπονικῶν, lib. 10, καὶ κιτρέας φυτεύουσι πρὸς τὸ πῖχον. Sed & Κίτριον ab eodem pro ipsa arbore dicitur. veluti vbi scribit, ἐὰν δὲ τὸν καρπὸν τοῦ κιτρέου χύλῳ περιχρίσῃς καθ ἑκάστης. Est alioqui hæc appellatio Latina potius quàm Græca: sic tamen vt citrea potius quàm Citria apud Plinium & alios legamus, & quidem de fructu duntaxat. Eustathius autem ex quodam Pamphili ἐν γ' ὑπομνημάτων libro tradit τὸ κίτριον à Latinis vocatum esse κίτρον. Sed Citrum apud Varronem de ipso citri mali ligno potius legimus. Galeno hæc appellatio κίτριον minimè placuit, tanquam recens solo nouitatis studio introducta. At hodie Italis & nobis aliisque nõnullis vulgare est hoc nomen, sed de certo quodam Medicorum pomorũ genere. vt ex iis quæ modò dicta fuerũt, satis liquere potest. His omnibus & istud ad-

dendũ eſt: κύτειον interdum peculiariter de cortice mali citrei vſurpari: atque ita reddi in iſto Alex. Aphr. loco, Problem. lib. 1, τὸ κύτειον ἔξωθεν ὥσπερ τὸν φλοιὸν καὶ θλασθὲν, τὴν ὀσμὴν ἔνδοθεν ὅπερ τὸ ἐκτὸς ἐστὶ δίκην ποιότητος.

Celebratur ETIAM Κυδώνιον μῆλον apud veteres: quod Latini Coroneum malum, potius quàm Cydonium, vocant. Nos Cota, quaſi Coronia: Itali autem minus deprauata voce Latina, Codogno appellant. Galenus ſimpliciter quoque & ſine adiectione μῆλον per excellentiam vocaſſe traditur, lib. 2 περὶ πέπ. capite 1. Τὰ δὲ κυδώνια (inquit Dioſcorides) εὐστόμαχα, κύπρια, &c. Plinius de pineis nucibus loquutus, His proxima amplitudine (inquit) mala quæ vocamus cotonea, & Græci κυδώνια, ex Creta inſula aduecta. Scribo autem κυδώνια apud eum, ſiue Cydonia, Latinis literis, non Cydonea (vt tamẽ pleraque eius exẽplaria habent) quum κυδώνια vbique apud ſcriptores Græcos, κυδωνέα nuſquam legamus. Sic quoque ARBOR Κυδώνιος μηλέα, VEL Κυδωνία μηλέα dicitur Cotonea malus. Pro κυδώνιον autẽ Nicander dixit ETIAM Κύδων. Legitur enim apud eum in Alexipharm. v. 224. βλοσυρῶν κύδωνος. quod ſcholiaſtes exponit σκληροῦ κυδωνίου. Sed pro κυδώνος perperam ſcriptum eſt κυδῶνες in editionibus quæ meam præceſſerunt. Cæterùm κυδωνίων quædam ſunt DICTA Χρυσόμηλα, quod ſonat Aurea mala, ſiue Aurei coloris mala: QVAEDAM Σπυρίδια, SIVE Σπυρομήλια. Plura coroneorum genera (inquit Plin. l. 15, c. 11) χρυσόμηλα, inciſuris diſtincta, colore ad aurum inclinato. Quæ cãdidiora, noſtratia cognominata, odoris præſtantiſſimi. Eſt & Neapolitanis ſuus honos. Minora ex eodem genere σπυρίδια odoratius vibrant, ſerotino prouentu, præcoci verò muſtea. Struthеis autẽ coronea inſita ſuum genus fecere mulcianum: quæ ſola ex his vel cruda manduntur. Sed in hoc Plinii loco pro Minora cõſentaneum rationi eſſe videtur vt Maiora reponamus. Hæc enim ſcriptura cum ex aliis locis confirmari poſſe videtur, tum verò ex iſto Dioſcoridis, lib. 1, cap. 191, in quo de coroneis malis agit, Τὰ δὲ λεγόμενα σπυρίδια καὶ μαζάλια, ἥδιστον ὄζον ὠχέτω. Inuenitur porro ſcriptum ETIAM Σπυρίδια μῆλα, & quidem apud ipſum Dioſcoridem, nec non apud Athenæum. apud quem tamen & altera ſcriptura extat: lib. 3, τὰ δὲ κυδώνια (ὧν ἔστι καὶ σπυρίδια λίχνοι καὶ νῶες) αἰτιῶνται ἐπὶ τῷ μύλων δύσοσμα χωρία, καὶ μάλιστα τὰ πέπονα. At verò alterius ſcripturæ exemplum aliquanto pòſt habetur, vbi de VOCE Κοδύμηλον agit, & mala Cydonia ab Hermone ὑπὸ Κρητικῶν γλώσσης vocari tradit κοδύμηλα. Deinde ex Polemone addit, nonnullos velle κοδύμηλον eſſe quoddã floris genus. Quib' addit, Ἄλλοι δὲ τὸ ἄνθος τὸ μῆλον. ſed hanc ſcripturam incuriæ librariorum imputandam eſſe exiſtimo. Quod autem attinet ad id Cydoniorum genus quod PLIN. Χρυσόμηλα vocat, ſunt qui ea aurea mala eſſe putent quæ legimus apud Virgilium Ecloga 3, Aurea mala decem miſi, cras altera mittam. quum tamen v. l. tradant ex ATHEN. Χρυσᾶ μῆλα, NECNON Ἑσπερίδων μῆλα, etiam mala Medica, de quibus antea dictum fuit. Sed vereor ne parum attentè Athenæi locus conſideratus fuerit: vel potius, ne librariorum error non deprehenſus, eos qui hoc annotarunt in errorem induxerit. Quale autem illud erratum ſit, vt oſtendere poſſim, locum totum proferre neceſſe habeo. Scribit igitur Athenæus libro 3, Ἔοικε δὲν δι' μήλων ὕπνος καλεῖσθαι πιά ἐναι Τιμαχίδας ὁ τοῦ πατρὸς, εἰπὼν, Καὶ ὁ Λακεδαιμόνιος ἐξαπίνας τοῖς ὕπνοις φησὶ Πλάμτιλος ταῦτα. δύσοσμα δὲ τῇ καὶ ἄβρωτα καλεῖσθαι δ' Ἑσπερίδων μῆλα. Ἀριστοφάνης γοῦν ὁ τοῦ πατρὸς Λακωνικοῦ, Ἐπὶ δὲ μῆλα καὶ τὰ λεγόμενα Ἑσπερίδας σπυρία. Θεόφραστος ὁ τοῦ &c. Hunc, inquam, illorum errorem ex librarii errore natum eſſe dico, qui σπυρία cum præcedentibus iunxerint: quum alioqui nomen hoc tanquam titulus interiiciatur. vt variis huius ſcriptoris locis, præſertimque in libris prioribus, nomina quædam textui inſerta eſſe videmus quæ nullo modo vel præcedentibus vel ſequentibus annexa ſint, neque cum illis vel his cohæreant, quantum quidem ad ſtructuram orationis attinet: ſed ſortium ponantur, tanquam eorum quæ proximè ſequuntur materies ſeu argumentum. Ac ne longè abeamus, habemus, paucis interiectis, nomen κυτείου hoc ipſo officio fungens. Ex illo igitur Athenæi loco nihil minus quàm illud probari poteſt. Poſſe alioqui aureorum malorum appellationem non vno pomorum generi tribui fateor, prout varium auri colorem in vanis nummis eſſe videmus, & quidem in iis etiam qui recèns cuſi fuerunt. Illis porro addit Plinius, de cotoneis, Sunt præterea parua ſylueſtria, à ſtrutheis odoratiſſima, in ſepibus naſcentia. Autor γεωπονικῶν libro 10, ex Cydoniis malo inſitis μῆλα naſci ait κιδώνια, quæ ab Atticis ſint DICTA Μελίμηλα. Quinetiam μήλινος & μηλίτης ad μῆλα κυδώνια interdum pertinere, docebo paulo pòſt.

Sunt verò & alia quædam μῆλα quæ adiectiui nominis adiectione diſtinguuntur: veluti ea quæ πτισσωτὰ vocantur. Sunt præterea quæ nomine compoſito appellantur: vt μελίμηλα, ἀχράμηλα: de quibus omnibus partim iam dictum eſt, partim ſuo loco dicetur, in Indice.

Μῆλα, ſi verum eſt quod Heſychius ſcribit, dicendum fuerit tam latè patere quam apud Latinos Poma. vt enim Poma Latini generaliter interdum vocant quoſvis fructus, ſic ille μῆλα eſſe ait πάντας δένδρου καρπόν: ſed ἐξαιρέτως ita vocari τὸν τῆς μηλέας. Sic apud Homerum Il. 1, vbi canit, Πολλὰ δ' ὄγε κτεάτεσσι μέσα χαμαὶ βάλε δένδρεα μακρὰ Λύτῃσιν ῥίζῃσι καὶ αὐτῇσι κάτῃσι μήλων, nomine μῆλα ſignificari generaliter ἀκροδρυα, ὁπὸ μάρτις, tradit Euſtathius.

Μῆλον apud autorem γεωπονικῶν ponitur & pro μηλέα, id eſt malus arbor: lib. 10, ἐμπεφύτευται μῆλοις εἰς πᾶσαν ἀχράδα. Itidémque pro arbore vſus eſſe videtur Pollux. (Sic autem quædam alia nomina alicubi de fructu pariter & de arbore dicta inueniuntur) Heſychius poſtquam μῆλα vocari dixit πάντας δένδρου καρπόν, ſed ἐξαιρέτως τῆς μηλέας: addit καὶ πάντα τὰ δένδρα.

Μῆλα metaphoricè vocantur & alia. Nam malæ, vel potius genæ, μῆλα etiam appellantur, teſte Polluce. (Hippocrati κύκλος τοῦ προσώπου, vt Galenus teſtatur) Sed is tamen ſibi minimè conſtat in huius vocis expoſitione, meo quidem iudicio. Poſtquam enim dixit, ea quæ vocantur μῆλα, ab vtraque naſi parte protuberare, (ſi ἀκίσσειν ita interpretandum eſt) & eſſe ὑπερφαλμίον φρουρὸν τοῦ ὀφθαλμοῦ: vt videlicet ὀξυπεχίστατα εἰς ἀσφάλειαν ἀνῶθεν μὲν τοῖς τοῦ ὀφρύου προβολαῖς, κάτωθεν δὲ ταῖς τῶν μήλων αὐχέσι: & eſſe hæc nominata μῆλα, quoniam αἰθοῦσιν ὑπὸ ὠχρότητος: ſubiungit, vocari etiam παρειαὶ & γάνυς. Non ſibi conſtat, inquam, Pollux, in eo quòd primùm μῆλα eſſe ait ὑπὲρ τὰς παρειάς: deinde ea vocari etiã παρειαὶ dicit. Quod tamẽ de huius appellationis ratione ſcribit, παρειαῖς optimè conuenire conſtat. hæc enim αἰθοῦσαι dicuntur & διαυγεῖς, quum in iis lanugo velut efflorẽſcat. Ita enim accipio verbum αὐγεῖν, & in eo loco vbi dicit τῷδε τὸ αὐγεῖν ὑπὸ ἰσχνότητος: non autem, vt interpr. quidam, Quòd in iis ætatis flos eluceat. Planè enim coacta hæc interpretatio mihi videtur. Sunt verò & qui aliã huius metaphorici vſus nominis μῆλα rationem afferentes, μῆλα dicta eſſe velint quia in modum mali orbiculati exuberant. Vtut ſe res habeat, non abſimile vero eſſet, Latinos exemplo Græcorum nomini Malæ ſignificationem illam dediſſe, & Malæ quaſi Mala (id eſt poma) dixiſſe. Neque enim mihi vnquam perſuadebit Cicero, malas à maxillis, nihilo magis quam alas ab axillis, talos à taxillis, palos à paxillis fieri. qui tamen id velle ſignificare videtur. Μῆλον ſcribit Gorr. in ſingulari: tradens eſſe partem faciei inter naſum & aurem, ſub oculo leuiter eminentem. Additque, pilis nudam eſſe, nõ modò propter os ſubiectum, ſed etiam ad ornatum & decorem vultus, quódque natura voluerit eam eſſe ſedem pudoris, ibíque maximè oſtendi ruborem. Et ſic dictam eſſe à mali ſimilitudine, ſiue rubeum mali colorem ſpectemus, ſiue rotunditatẽ quam illi natura donauit, vt ſic oculum ab externis iniuriis infrà tutaretur. ideóque Hippocrate in De morbis libro 5, non illepidè malas μήλους προσώπου nominauiſſe.

Hæc & ille. Nunc autem ad exempla veniendum est. Legimus igitur apud Lucianum ὁ εἰκὼν vocem μῆλα de facies parte quadam: vbi scribit, καὶ τὼ ὀφθαλμὼ δὲ τὸ ὑγρὸν ἅμα τοῦ φαιδροῦ καὶ καχεκτικῶ, καὶ ὥστε ὀλίγου κρύπτειν τὰ Περσικὰ δοκεῖν τὰ μῆλα δι', ἃ ὅσα τῆς ὄψεως αἴτια, παρ' Ἀλκαμένους καὶ τῆς ὁ κύπρος λήψεται. Legimus & apud Alex. Aphrod. in Probl. διὰ τί τὰ καθεσταλμένα τὰ μῆλα ἐρυθρά ἐστι; Singulare autem μῆλον extat apud Græcos Bibl. interpretes, Cantic. Solom. c. 4.

Μῆλα, de mammis puellæ dictum ab Aristophane, vtpote terentibus, sicut teres est malum.

Μῆλον, Oculi procidentia iam inueterata, atque adeo aucta vt etiam palpebras excedat. Sic dicta à mali similitudine, quòd ita protuberet oculus vt malum exertum appareat. Gorr. Vna est ex speciebus τῶν ὀφθαλμοδοκιτώσεων.

Μῆλα, Carnes quædam rubræ & teretes sub tõsillis, quæ tonillæ ἀπάδες & παρίσμια dicuntur. siue Tonillæ duæ penitiores, in intimo ore positæ ad radicem linguæ. Vide Poll.

Μῆλα, Labra. Vnde VERBVM Διμηλαίνειν, Labra mouere, δίκην τὰ χείλη, vt inquit Pollux. Sed comicis hoc verbum peculiariter tribuere videtur, sicut & nomen illud μῆλα, in ea significatione.

Μῆλον in significatione ἔρωτος vel potius διαθέσεως εἰς ἔρωτα siue εἰς τὰ ἀφροδίσια, vide in Μηλοβολῶ.

Sicut Μῆλον quo malum seu pomum significatur, ita etiam μῆλον (de quo postea dicetur) ouem significans, multa composita habet, quæ illi reseruans, ea excerpsi quæ ad μῆλον, de quo nunc agitur, pertinent.

C. Μηλοβολέω, ῶ, Malo seu malis peto. vt legimus apud Maronem Ecloga 3, Malo me Galatea petit, lasciua puella, Et fugit ad salices, & se cupit ante videri. Quæ Theocriti imitatione dixisse videtur in Hodœporicis, Βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα, Ταὶ αἶγας παρελῶντα, καὶ ἀδὺ πυκταλιάσδει. Vbi scholiastes βάλλει μάλοισι ait significare, πειρᾶται μὲ εἰς ἔρωτα ὑπαγαγέσθαι. id est, Conatur me ad amorẽ allicere. Additque, τὸ γὰρ μήλοις βάλλειν ὅτι τοῖς ὤτοις ἔπαιον. (sed pro τοῖς ὤτοις repono τοῦτο) Conuenitque optimè quod iste scribit cum iis quæ à scholiaste Aristophanis scribuntur in hunc illius poetæ locum in Nubibus, Μὴ εἰς ἀσχημοσύνας εἰσπέσαι· ἵνα μὴ πρὸς ταῦτα κεχηνώς, Μήλῳ βαλῶν τις, ὥσπερ παιδίσκον, τῆς διανοίας ἀπατεωνίσῃς. Hic enim μήλῳ schol. exponit ἔρωτι. additque, eos μηλοβολεῖν appellasse τὸ εἰς ἀφροδίσια διαιτᾶσθαι: quòd μῆλον Veneri sit sacrum. Est autem εἰς ἀφροδίσια διαιτᾶσθαι, ad rem veneream aliqua illecebra inuitare, seu incitare. Sed quum μηλοβολεῖν ita exponat, (quam expositionem cum alterius scholiastæ expositione conuenire dico) μήλῳ in eo loco debuit potius διαθέσεσι ἔρωτος aut ἀφροδισίων, quàm ὤτοις, explicare. Sic autem in quodam Platonis epigrammate (id est, quod Diog. Laertius Platoni adscribit in eius vita) legimus, Τῷ μήλῳ βάλλω σε· σὺ δ' εἰ μὴ ἐκοῦσα μολεῖς μοι, Δεξαμένη, τῆς σῆς παρθενίης μετάδος. Εἰ δ' αὖ &c. Subiungiturq; & istud, tanquã eiusdem, Μῆλον ἐγὼ, βάλλει με φιλῶν σύ τις. Sed hoc epigramma Philodemo adscribitur, in Anthol. epigr. lib. 7, pag. 467, mex editionis. Alterum verò illud extat eiusdem operis p. 486, tanquã incerti autoris, aut certè tanquam Ivλιαvoῦ. Cæterùm dicuntur μήλοις βάλλειν, qui muneribus assequi studeant quod optant, aut qui donis prouocant ad amorem mutuum, vt Erasmus scribit in prouerbio, Malis ferire, seu petere: vbi cætera legere poteris, si videbitur. Hoc tantùm addo, quanuis μηλοβολῶ compositè dixerit enarrator Aristophanis, existimare tamen me μήλῳ βάλλειν distinctim potius vsurpari, hac præsertim in significatione. Quod tamen apud Hesychium legimus μηλοβολῶν, expositum πλοῦτον παρὰ καὶ εἰς ἔρωτα ὑπαγαγέσθαι, non dubito quin mendosè pro μηλοβολῶν scriptum sit.

C. Μηλοειδὴς, Mali speciem præ se ferens, vel colore, vel alia re.

C. Μηλόκαρπον, ν, τὸ, Aristolochiæ longæ, quæ mascula dicitur, cognomen: quòd florem ferat, quum dehiscere cœperit, piro similem. Gorr.

C. Μηλολόνθη, SIVE Μηλολαίνθη, aut ETIAM Μηλόνθη, SIVE Μηλαίνθη, Scarabeorum quoddam genus, id est κανθάρων. qui peculiari NOMINE Χρυσοκάνθαρος dicitur. Nam μηλολόνθη, teste Hesychio, est εἶδός τι κανθάρων, quos aliqui χρυσοκανθάρους appellant. At scholiastes Aristoph. non ait esse εἶδος κανθάρου, id est scarabei speciem, sed ζωύφιον χρυσίζον κανθάρῳ ὅμοιον. Verùm alia expositio his verbis subiungitur, secundum quam est illud ipsum quod χρυσοκάνθαρος appellatur. (ita enim ibi intelligendum est aduerbium ἄνω, sicut & aliis plerisque horum scholiorum & aliorum locis: quod in vulg. l. animaduersum non fuit, id est ab eorum consarcinatoribus) Annotat autem hæc in istos Aristophanis versus in Nubibus, Ἀλλ' ἀπτέραν τιὰ φροντὶς ἐς τὸν αἰέρα, Δινοῦσιν ὥσπερ μηλολόνθιόν τιν' παῖδες. vbi ait respici ad puerorum morem, qui hoc animalculum filo alligatum emittunt. ideoque perinde esse acti dicerer, ὥσπερ δύσιν σου τιὰ χαίμιλλον, ἵν' ὅταν ἀφῶσιν ὁι παῖδες τὸν αἰέρα τιὰ χαμίλλου, πάλιν ὀπισθαγωγῇ αὐτιὰ. Possumus autem ex Suida & Eustathio puerilem hunc lusum exactius cognoscere. id est, coniungentes quæ vnus dicit, iis quæ ab altero dicuntur. Scribunt enim, pueros filum (πείσματι, vt refert Eustathius) pedibus huius animalculi appendere seu alligare, deinde in aerem emittere, & tinere volare. Dum autem sic alligatum volat, velut in gyros circumagi & circumuolui: pueròsque tali spectaculo gaudentes, non sine manuum plausu ipsum comitari. Suidas tamen non dicit tantùm χίνειν τοῦ παιδὸς ἕλκοντος, sed adicit, καὶ ξυλίφιον ὃ οὐκ ἰσχύσαν αἰσανσφίσιν. Quidam verò (addentes fortasse de suo) scribunt pueros huius fili pedibus μηλολόνθης appensi, caput digitis suis alligare. Scribit autem Eustathius ex quodam veteri grammatico aut lexicographo, (vnde & præcedentia se accepisse profitetur) esse animal vespa maius, quod nasci ἀπὸ τῆς μηλέας αἰθούσης, aut μηλέαις aduolare quum florere incipiunt. Sic & Pollux ἀπὸ τῆς αἰθούσης τῶν μήλων, (quod pro μηλεῶν accipiendum erit: nisi potius scripsisse μηλεᾶν τοῦ μήλου existimandus sit) αὐτόματα τῇ αἰθούσῃ γίγνεσθαι tradit. Dicit autem duntaxat esse animal volucre: vocarique & μηλολαίνθιον. Suidas esse scribit animalculum quod floribus insidet: sed fortasse scriptum reliquit τοῖς αἰθοῦσι τῶν μηλεῶν, vel τοῖς τῶν μηλεῶν αἰθούσι. A nonnullis μηλολόνθη redditur galleruca, à quibusdam bruchus. (qui tamen à Græcis esse DICTVS Μάσταξ potius existimatur. Ab autore autem χωπτικῶν vox Latina vsurpatur, in βρύχος commutata, libro 13, περὶ τὸ στόμαχος τῆς αἰσχίλου τοῦτο τιὰ ῥίζαι πρὸς κάκιστος σιτήσεως χώσιν. φυτιόμενα γὰρ ταῦτα τὴν ὁδὸν μὴ τὸν βρύχον αἱαιρεῖ. Quidam denique annotant μηλόνθιον esse illud animalculum quod à nobis *hancton* appellatur. Sciendum est porro lusum illum puerilem cuius modò facta fuit mentio, hoc ipsum nomen habere apud Pollucem: sicut apud eundem eodem in loco alii etiam lusus commemorantur, quorum nonnulli animalium nomen habent: vt χαλκῆ μύγα & χελιχελώνη. Inuenitur ETIAM Χρυσομηλολόνθιον apud Aristophanis scholiastem, sicut dictum fuit tomo quarto, inter nomina ex nomine χρυσὸς composita. Sed apud eum eodem in loco LEGI Μηλολόνθιον sciendum est. Vocatum putatur & χρυσαλίς: de quo nomine dictum est inter composita ex nomine χρυσὸς.

Μηλολόνθη est etiam flos quidam, teste Suida.

C. Μηλομαχία, ας, ἡ, Malis commissa pugna, seu pomis, Pugna quæ malis committitur: id est, in qua alii in alios mala iaculantur. Qualis autem fuerit Alexandri μηλομαχία, docet Eustathius, & ante eum Athenæus: ex quo sumpsisse eum quæ de illa scribit, opinor.

C. Μηλόνθη, vide in Μηλολόνθη paulo antè.

C. Μηλονίη, Dea quædam cuius hymnus extat apud Orpheum. Ita quidem vulg. lex. sed apud Orpheum μηλιτίη legitur.

C. Μηλοπάρηος, q.d. Malis similes habẽs genas, vel Cuius malæ seu genæ colorem mali referunt. vt quidam interpret. Sed Eustathius exponit ἀπαλοπάρηος, ex μα-

λὸς ſignificante idem quod αἰπολός. Affert autem ex A Theocrito: apud quem tamen ΕΣΤ Μηλεπίμονος Doricè. Quinetiam alias duas nominis huius ſcripturas editio mea tibi indicabit: ſed eas mendoſas eſſe puto.

C. Μηλοπέπονες, Melopepones. Species ſunt cucumerum, qui quum magnitudinem exceſſere, pepones Plinio vocantur: quum verò rotundi formam & effigiem mali referunt, tunc facto ex pepone & malo nomine, melopepones dicti ſunt. Neque enim aliud inter illa diſcrimen quàm ex figura quondam fuit. Totum autem hoc genus in Martio & Aprili, melones, quaſi μήλωνες, à mali figura Palladio dicuntur. Eſt verò eadem melopeponibus vis quæ & peponibus. Hæc Gorr. At in v.l. hæc annotantur: Μηλοπέπονες, apud Galenum De alimentis libro 2, à Palladio melones dicuntur: à mali Cydonii figura, quod μῆλον per excellentiam Græci vocant. B

C. Μηλοπλακοῦς, Placenta è malis coroneis. Legitur etiam forma DIMINVT. Μηλοπλακουΐτιον. quod Gorr. annotat eſſe confectionem quandam ex malis coroneis in vino coctis, adiecto poſtea melle, pipere, aniſo, atque aliis, pro arbitrio pharmacopœi: quæ deinde omnia miſta, inſtar ſemuncię formantur, & cum lauri foliis componũtur. Additque, ſpeciem eſſe cydoniati. C

C. Μηλόσπορος, ν, ὁ & ἡ, vt μηλόσπορος αἰπύ, malis ſeu pomis conſitum littus: ex Euripide.

C. Μηλοφόρος, ν, ὁ & ἡ, q.d. Mala ferẽs, ſeu geſtans. Quidam Cereris cognomentum eſſe annotant. Apud Athenæum autem & Heſychium μηλοφόροι (nam apud hunc non dubito quin μηλοφόροι reponi debeat pro μηλοφόρη) ſunt regis Perſarum ſatellites, μῆλα χρυσᾶ φέροντες D ὅτε πρὸς συραίκουν.

C. Μηλοφόνη, vide in Μηλολόνη.

C. Μηλωπός, ὄπος, ὁ & ἡ, Colore referens malum, Mali colorem referens. q. d. Mali faciem habens. ex μῆλον, & ὤψ, ὠπός. Hom. Odyſſ. ν, Γυνὴ δέ τοι ἔστω δμωὴ καὶ δῶμα γυναικῶν. Αἱ μάλ' ἀλαπάζουσι μύλης ὕπο μηλοπὰ καρπόν. Vbi μηλοπὰ καρπὸν quidam exponunt πυρὸν, vtpote μηλωπὸν τὸ χρῶμα. Alii verò per μήλοπα καρπὸν intellexerunt πάχειον τὸ μήλων, id eſt lanam ouium. Sed poſterior hæc expoſitio multo minus probatur quàm altera. Vide Heſychium, necnon Euſtathium. E

C. Ἀχεμμηλία, vide in Indice.

C. Ἀμαμηλίς, vide in Indice.

C. Γλυκύμηλον, ſiue Γλυκίμηλον Doricè, habes in Indice.

C. Ἐπιμηλίς, ίδος, ἡ, Meſpili arboris quoddam genus, quæ foliis malum refert: vt tradit Dioſcor. libro 1, cap. 171. qui alterum hoc meſpili genus in Italia naſcẽtis, (nam capite proximè præcedenti egerat de meſpilo quæ ἀγρία quibuſdam eſt dicta) tradit vocarum ETIAM Σπαίριον. (niſi quis malit ſcribere Σπαίνιον cum ν, vt quædam exemplaria habent. In v. l. eſt ETIAM Σπάειον: ſed perperam, vt opinor) Marcel. Virgil. ὀπιμηλίδα ideo vocari exiſtimat quòd felicitſimè ὑπὸ τῆς μηλέας inſeratur. Galenus (qui apud Hippocratem ἀμαμηλίδες exponit voce iſta ὀπιμηλίδες) De alimentis lib. 2, vnedonem in Italia vocari teſtatur fructum τῇ ἄμπελον τὴν καὶ ὀπιμηλίδας φέροντες. At Plinius à quibuſdã reprehenditur quòd ὀπιμηλίδα ſiue vnedonem cum arbuti fructu confuderit, qui μιμαίκυλον ſeu μαμαίκυλον appellatur. D

Ἐπιμηλὶς, eſt & quoddam αἰπόλιον ἡμίν, ſi Pamphilo apud Athenæum credimus. Heſychio quoque teſte eſt αἰπὺ τὸ ἡμίν.

Ἐπιμηλὶς, eſt etiam πάτημα, eodem lexicographo teſte. Significare autem πάτημα aliud etiam quàm fibulam, apud eum ipſum videbis.

C. Τριμήλων, vide inter nomina ex ὄνος compoſita, t. 3, c. 1777, g

C. Φιλόμηλος, Amator malorum, id eſt pomorum, Qui gaudet malis, ſeu delectatur. Alexander φιλόμηλος vocatur apud Athen. lib. 7, vbi μηλομαχίαν eius refert. H

Μήλινος, η, ὁ, Colorem mali habens, Lucens, vt vertit Plin. Exponitur etiam Qui eſt flauo colore, item Giluus, ex Seruio. Plinius μήλινον αἶγος apud Dioſcoridem reddit Luteum, vbi de cantharidibus loquitur. Et quod hic idem dicit, βότρυς, πόα ἐστὶν ὅλη μηλίνη, θαμνώδης, ille interpretatur. Botrys, fruticoſa herba eſt, luteis ramulis.

AT VERO Μήλινον ἔλαιον, Melinum oleum, id eſt, ex malis coroneis. A quibus & μήλινος color dici exiſtimatur: quòd τὸ κυδώνιον μῆλον vocetur etiã ſimpliciter μῆλον. Affertúrque ex Columella libro 12, cap. 45, Liquor mulſei ſaporis ex conditiuis in melle cydoniis malis appellatur melimeli. Intellige autem pro μηλίμελι.

ITIDEM Μηλίνη ἔμπλαστρος VEL Μήλινον ἔμπλαστρον, Melinũ emplaſtrũ, ſic dictũ à colore mali coronei: cuiuſmodi eſſe ſolet id in quo æruginem mediocriter coquitur: vt Docet Galenus. Nam ex cruda viridis color, ex ea verò quæ plus æquo cocta eſt, emplaſtrorum genus emergit quod & διάχυμον & διαχύσιμον, & ab aliis ῥιπτὸν vocatur. Verùm plurima emplaſtra à veteribus μήλινα appellata æruginem non habent. Itaque ſic ea dicũtur vel quòd ex varia miſtura coctioniſque modo prædita ſint eodẽ colore, vel quòd vires habeant eaſdẽ quas Galenus libro 2 περὶ κρότων definit: vt non adeo magna vulnera glutinent, & vlceribus cicatricem obducant quæ à medicis σύμμικτα dicuntur: quæque ex roſaceo liquefacta, caua vlcera carne replent. Crito à coloris ſimilitudine, eadem emplaſtra πύξινα, id eſt buxea, appellauit. Gorr.

Inuenitur ETIAM Μηλινωδὴς, Melinum colorem referens, id eſt luteum, (niſi alio adiectiuo illud Græcum exprimere libeat) Ad melinum colorem accedens. Sed ex Theophraſto affertur μηλινωδὴς αἶγος & pro μήλινον.

Μηλίτης οἶνος, Vinũ ex malis coroneis. Dicitur ETIAM Κυδωνίτης οἶνος. v.l.

Μηλίζω, Ad colorem mali vergo, ſeu inclino, Colore malum refero, ſeu colorem mali. Sed exiſtimatur potius de colore mali coronei dici. Redditur etiam, Sum colore luteo. Dioſcorides de ſorbis, μηλίζοντα καὶ μήπω πέπονα. Idem libri 2, caput 107, ita inchoat, πυροὶ μὲν οἱ ὑγιὰς χρῶτα ἀρίστου, οἱ ἐσχισμένοι καὶ πλείους ὑφηπάτης, τῷ χρόᾳ μηλίζουσι. Quæ Ruell. vertit, Optima è tritici generibus ad ſecundæ valetudinis vſus habentur, quæ recentia & iam perfectè adulta, colorem luteum referũt.

Μηλὶς, ίδος, ἡ, Malus arbor: quæ vſitato magis nomine dicitur μηλέα. Ibycus apud Athen. lib. 13, ἥβης μὲν αἱ τὸ κυδώνιαι μηλίδες ἀρδόμεναι ῥοαῖ ὀκ πόσαμῶν. Eſt etiam coloris genus: item inſtrumentum quoddam medicum. Eſt & malida, quidam morbus aſinorum, de quo Ariſtot. De animal. lib. 8. Ex v.l.

Μήλων, ωνος, ὁ, Hercules cognomẽto dictus eſt à Melitenſibus, ſeu à Thebanis, aut Bœoris, quòd non victimas ei immolarent, ſed malis duntaxat ſacra facerent. Vide Pollucem & Heſych. Pollux dicit apud Thebanos ſiue Bœotos ita vocari, altius repetita hiſtoria originem huius appellationis declarans: Heſychius autem non dicit apud Melitenſes ita fuiſſe appellatum, ſed ideò tributum fuiſſe illi hoc nomen, quoniam Melitenſes οὐκ εἶχον αὐτῷ ἱερεῖα, ſed τὸν καρπὸν τῶν μήλων.

Μήλωψ quoque (quod eſt apis nomen) ponendum hîc fuiſſet, ſi verum eſſet quod ab Euſtathio ſcribitur: videlicet vocatum eſſe ita hoc animalculum quoniam μήλους ὠφελεῖ, nimirum τὸ χρήσιμον ὀπὸ τῶν καρπῶν ἀπεργάζεται: ex μῆλον & ὠφέλω, quod eſt κερδαίνω. (vt ſit μήλωψ quaſi μήλωφ) Sed quãuis hanc deriuationem veterum auctoritate confirmet, mihi ſuſpectam eſſe profiteor. Idem ſcholiaſtes certè quum in quendam libri 9 Odyſſeæ locum, huius deductionis meminiſſet, addidit, ὡς δὲ καὶ ἄλλοι τὸ μέλι καὶ αὐτὸ (videlicet αἱ μέλιτται) καὶ τὸ μέλι, μέλλα πάντα κακόφωνα. Verùm ſi μέλι à μέλω deducamus, non neceſſe videtur ex eodem verbo & μέλιττα deducere, ſed potius ex illo nomine μέλι deriuandum eſſe. fieri enim poteſt vt ipſi melli nomen prius quàm eius artifici impoſitum fuerit.

Μῆλον autem quod ouem significat, à verbo μάλω seu μάλομαι, originem habere existimatur, quoniam μῆλα ἀρχὴ πλούτου ἦσαν τοῖς παλαιοῖς. vel à VOCE Μῆλον significante ἔσχον & ἄμαρον & χαῦλον: quoniam τὸ μεγέθους tale est. Attalus quidam à nomine μαμὸς deduci censuit: quæ deductio planè reiicitur. quòd rationi consentaneum videatur vt contrà μαμὸς à μῆλον deriuari dicatur. Fuerunt denique & qui μῆλον appellatum putauerint ἀφ' οὗ τὸ μηλωτὴ καρπὸν ἔδηδεν. secundum quam deductionē μῆλον hoc posterius altero esset, quod proximè præcessit. (Obseruādum est autē interimi & NOMEN Μηλωνίς, quod perinde sonat acsi à Pomum diceres Pomeus seu Pomaceus: siue fictum sit illud possessiuum, siue aliunde allatum) Sed Etymologus primam illam deriuationē cæteris anteponit: qui, paucis interpositis, addens, ὁ δὲ καρπὸς κατ' ἐκχυσ. πᾶς γὰρ οὗτος ἐλέγετο, (ita enim legēdum est apud eum, non autē, πᾶς οὗτος, sine γάρ) videtur eandem deductionē & alteri μῆλον velle tribuere: intelligēs, μῆλον, quo certus quidā fructus significatur, à μάλω seu μάλομαι dictū esse καθ' ἐκχυσιν: tanquā videlicet ὀπωρικὸν ἐξοχώτατον præ quouis alio. Alioqui enim μῆλον non certum illum fructū, sed quemlibet significabat.

ΜΗ̃ΛΟΝ, ου, τὸ, Ouis, Pecus. Homer. Odyss. ι, — καμίνεσκε μῆλα νομεύων. Idē eodem libro, Ἄρνειος γὰρ ἔην μήλων ὄχ' ἄριστος ἁπάντων. Alibi, μῆλ' αἶγές τε καὶ αἶγας. Sed latius huius nominis significatio interdum extēditur, ad capras nimirum, interdum & ad boues. De capris Odyss. ξ, — ἕκαστος ἐπ' ἤματι μῆλον ἀγινεῖ. Ζαθρηΐων αἰγῶν ὅσσας φαίνηται ἄελλης. Atque adeò de quibuslibet quadrupedibus dictū fuisse traditur, sicut μηλωτὴ de qualibet pelle. Vide lexicogr. Græcos, & Eust.

C. Μηλόβαι, ΒΤ Μηλοβάται, Ouium pastores. Hesych. exp. ποιμένες. sed mendi suspicione illa vocabula non carent.

C. Μηλοβότης, ου, ὁ, VEL Μηλοβοτήρ, ῆρος, ὁ. Ouium pastor, Opilio. aut etiam generalius, Pastor. Legimus apud Homerū, μηλοβοτῆρας: alterum autē extat in Anthol. epigr. Hinc VERB. Μηλοβοτέω, ῶ, Oues pasco. Hes.

Affertur etiam BIS COMP. Ἐπιμηλοβοτήρ in v. l. tanquam idem significans quod μηλοβοτήρ, videlicet Pastor: sed nullo testimonio confirmatur. estque mihi suspectum, quòd verear ne ex errore istud vocabulum bi compositum ortum sit id est, ex præpositione ἐπὶ per errorem iuncta nomini, quum ei minimè iungi deberet: in isto Homeri loco, Iliad. σ, Τάμνοντ' ἀμφὶ βοὸς αἰγὸς καὶ πώεα καλὰ Ἀργυφέων οἰῶν, πῖνον δ' ἐπὶ μηλοβοτῆρας. Verisimile est certè, ex hoc vel alio simili loco (siquis extat) vocabulum id petitum esse, iuncta præpositione ἐπὶ cum accusatiuo μηλοβοτῆρας. Docui autem & in aliis huius operis locis alia esse in vulg. lex. vocabula quæ itidem hanc originem habeant: id est, itidem facta sint ex præpositione iuncta per errorem alii voci quàm ei ad quam pertinebat. Alioqui in ὀπισουράλος vacare itidem præpositionem non ignoro.

C. Μηλόσοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ab ouibus depastus, seu, Quem vel quam oues depascuntur. Redditur etiam Vastus, Desertus. Isocr. in Plataico μάτην τὴν συμμαχίαν ἔλιπον τὴν φαρσαλίων χὴν τὴν τῶν πολλῶν ἐξ ὧν στρατιὰν ἔθρεψαν ἢ τὴν χώραν αὐτῶν μηλόσοτον. Herodian. lib. 8, καὶ καταπλήσας τὴν πόλιν, μηλόσοτον καὶ ἔρημον τὴν χώραν καταλείπει. vbi Polit. vertit Vastam. Exp. & Hesych. necnō Suidas, exēplum afferēs.

C. Μηλονομεύς, ἰῶς, ὁ, VEL Μηλονόμος, Ouium pastor, Opilio. Μηλονομεῖς, ποιμένες, Hesych. Alterum autem illud μηλονόμος apud Suid. extat. per hoc enim exponit illud μηλοβοτήρ, quod paulo antè habuisti. Μηλοβοτήρ, inquit, ὁ τῶν προβάτων ποιμὴν καὶ μηλονόμος, ὁ αὐτός.

Μηλονομεῖς pro quodam genere bruchi, v. l. ex Max. Tyrio.

C. Μηλοστάσιον, Via per quā oues agūtur, apud Rhodios, Hes.

C. Μηλοσώστης, ου, ὁ καὶ ἡ, Ouium seruator, seu seruatrix.

C. Μηλοσφαγέω, ῶ, Oues iugulo, Oues macto, seu immolo. Et NOMEN Μηλοσφαγία, Ouiū iugulatio, seu mactatio, aut immolatio. μηλοσφαγίαι, θυσίαι προβάτων, Hes.

C. Μηλοτρόφος, ου, ὁ, Ouium nutritor, Qui oues alit. Ex Nōno, μηλοτρόφος ποιμήν, pastor qui oues alit.

C. Μηλοφάγος, ου, ὁ, Qui oues comedit, Ouilla carne vescēs.

C. Μηλοφόνος, ου, ὁ, Ouium occisor, seu interfector. Lupi epithetum, in hoc Oppiani versu, De venatione, lib. 3, Μηλοφόνον τε λύκον, θηροδρεῖά τ' αὐλὶς ὕαινας.

C. Μηλοφύλαξ, ακος, ὁ, Ouium custos, in Anthol. Epigr.

C. Μηλιαυθμός, οῦ, ὁ, quasi μήλων ἰαυθμός, Ouium stabulum. Affert Etymol. ex Lycophrone. In v. l. annotatur dici etiam Μηλιαθμός: sed ego mendosum istud esse arbitror.

C. Εὔμηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchras oues habēs, vel Ouibus abundans, Ouium ferax, seu pecorum, Pecorosus. Apud Homerum Od. ι, insula εὔμηλος (in hoc versu 404, Εὔκτιτος, εὔμηλος, αἰπεινήσιος, πολύπυρος) exponitur καλὰ θρέμματα ἔχουσα, id est Pulchras pecudes habens. Ab aliis, Pecudū ferax. Est Εὔμηλος & nomen propriū filii Admeti.

C. Πολύμηλος, ου, ὁ & ἡ, Multas oues habens, Ouibus abundans. Hesiod. in Erg. πολύμηλοί τ' ἀφενοί, τε.

Μήλειος, ου, ὁ & ἡ, Ouinus, seu Ouillus. vt μήλειον κρέας, Ouilla caro: sicut βόειον, bubula.

Μηλωπὴ, ῆς, ἡ, Ouina pellis, proprié: sed interdum de quauis pelle dicitur, vt tradit Hesychius in Μῆλον. idémque testatur Etymologus, & Eustathius. Ab Hesychio exponitur etiam διφθέρα: à Suida ζωϊνὸν δέρμα τι. Cum autem VOX Μηλωπὸς, ἰδὸς, ἡ, VEL Μηλωπεὶς, est specillū auricularium, quo ad repurgandas aures vtimur. Vide Μήλη. AT VERO Μηλωτὸς, οῦ, ὁ, Ouiū pastor.

Μηλάτης, ου, ὁ, Ouium pastor. BOEOTICE Μηλατὴς, idem. Nā μηλατὰν à Bœotis vocari ἡ ποιμένα tradit Hes.

Μήλατα, τὰ, Oues. vnde genitiuus μηλάτων, vt μηλάτων ἀπάγματα. quæ verba Eustathius in exemplum affert, autoris nomen tacens: sed videntur ex quopiam tragico esse sumpta. Affert autem genitiuum hunc μηλάτων in exemplum metaplasmi: qualem esse ait in θρεσσώτιδα pro θρεσσώτις, & ἴδατα pro ἴδητι, necnon ὀνείρατα & ἄστρατα. At in v. l. habetur nominatiuus singularis Μήλατον: quem ego testimonio quopiam idoneo posse confirmari non puto: sed temerè potius adscriptum ab aliquo fuisse, tanquam nimirum μήλατον dici necesse esset, si μήλατα diceretur. Atque eadem ratione constituēdus esset nominatiuus singularis θρέσσατον, tanquam vsitatus, quoniam θρεσσώτιδα & θρεσσώτιον legimus: eodem modo ὀνείρατος ficus ὀνείρατα & ὀνείρατον dici scimus: idémque & de aliis sentiendum esse: quum contrà vbi est μητρυιασμὸς, (sicut in his esse grammatici omnes affirmantur) talis, vt ita dicam, analogia minimè quærenda sit. Adde quòd μήλατον, si sequatur illam datiuorum θρεσσώτιδα & ὀνείρατα declinationem, datiuum habebit itidem μήλατα: ideóque nominatiuum singularem μῆλαξ, ακος, τὸ, non μήλατον. Cæterùm quod hic de nominatiuo singulari μήλατον dico, idem suprà de μαρὸν dixi, nominatiuo singulari neutrius generis, qui itidem in v. l. habetur, tanquam, si μαρὸς per metaplasmum in vsu sit pro μαρὸν, vsurpari μαρὸν quoque necesse sit. Sed verisimilius tamen esset hoc μαρὸν quàm illud μήλατον vsurpari.

Μηρὸς, quod nunc tractandum est, post verbum μηκίζω ponendum fuisset, inter eius deriuata, aut post μῆρος, vel (quod mihi magis placet) post μαίρω. Quæ tres deductiones eòdem tendunt, id est, eadem ratione nituntur: vt nimirum μηρὸς dicta sit Græcis pars corporis quam Latini femur appellant, quòd inde corpus velut diuidi incipiat. καὶ ὁ μηρὸς δὲ διὰ τὸ μηκίζω γίνεται, ὃ σημαίνει τὸ τ εἰς η, inquit Eustachius. In meo autem veteri lexico scriptum est μηρὸς esse à μαίρω significante μηκίζω: vt videlicet ex μαρὸς factum sit μηρὸς, siue vt μηρὸς dictum quasi μαρὸς: quoniam corpus κατ' ὀκτῶνα τὸ μέρη μηκίζεται, id est diuiditur. At verò apud Etymologũ legimus quidem eodem modo μηρὸν esse dictum à μάρος, vel à μαίρω, διὰ τὸν μηκεμὸν τῶ σώματος: sed etymum aliud ibi præcedit longè ineptissimum, quo hoc nomen μηρὸς à μέλας deducitur, mutatione ἀμπέλου λ in ἄμπελον ρ, scilicet.

—ΜΗΡΟΣ, οῦ, ὁ, Femur, Femen. Sunt qui μηρὸν verterint etiam crus, quo tamen nomine Celsus τιβιὰ κνήμιον propriè intelligit: scribens lib. 8, c. 1, crus ex duobus ossibus constare, tibia & sura. Idémque femoris nomine manifestò τὸν μηρὸν intelligit: scribens, tibiæ os cum femoris inferiore capite committi sicut cum humero cubitum. Hæc Gorr. Obseruaui certè apud Virgilium dici aliquem eripere ensem à femore, vt apud Homerum ξίφος seu φάσγανον ἐρύσσασθαι ἀπὸ μηροῦ, siue ἄορ σπάσασθαι ἀπὸ μηροῦ. Legimus enim apud Virgilium Æneid. libro 10,

—ocyus ensem Æneas viso Tyrrheni sanguine lætus
Eripit à femore, & trepidanti feruidus instat. (Dicit alioqui idem poeta & eripere ensem vagina, necnon diripere. Atque vt ibi legimus apud eum eripere ensem à femore, sic alibi, exuere ensem humero: quum tamen alioqui in latere potius apud eum ipsum gestetur. vnde sunt illa, Accommodare ensem lateri, Accingere ensem lateri. Sed alicubi datiuos duos lateri & humeris coniũgit: in hoc nimirum versu, Tum lateri atque humeris Tegeæum subligat ensem. Denique & Suspendere ensem collo apud eum legitur. Quæ à me obiter dicta sint) Homerus Odyss. κ, versu 116, Τόφρα δ' ἐγὼ ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ. Idem Iliad. α, v. 190, Ἦ ὅγε φάσγανον ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ. Idem Odyss. κ, & Iliad. ψ, Σπασσάμενος παχύπους ἄορ παχέος ἀπὸ μηροῦ. At verò Iliad. ε, quum dicit δόρυ ἐκρύσσατο μηροῦ, aliam significationem habet ἐκρύσσατο. Pluraliter μηροὶ & dualem μηρὼ apud eundem poetam aliquoties legimus. vt Il. ω, Μηρὼ πληξάμενος. Item πεπλήγετο μηροὶ, præcedente verbo ἔθραυσεν, apud eundem non semel. Sic apud Plutarchum (quod obseruatione dignissimum est) in Fabio, μηρὸν τι πλήξαμενος καὶ συναίξας μέγα. Apud Xenophontem quoque legimus, de Cyro commoto iis quæ de morte Abradatæ audiuerat, lib. Pædiæ 7, pag. 109, meæ editionis, ἐπαίσατο τὸν μηρόν. In v. l. μηρὸς redditur etiã Cova. Ibidem, μηροῦ κεφαλὴ, Coxæ caput, Rotũdum os, τὸ τῆ κοτύλη σωματοειδὲς: at πλὴν ὅσον μηροῦ, καθ' ὃ ἡ κεφαλὴ τῆ μηροῦ τῆ κοτύλη συνῆπται. In iisdem redditur μηρὸς & Inguen: sed perperam. vt vel ex hoc ipso loco apparet quem ex Galeno ad Glauconem lib. 1, afferunt, βουβῶσί τε καὶ μηροῖς ἐφεστιάξομεν, inguinibus & femoribus applicabimus. Μηροὶ equo etiam aliisque nonnullis animalibus tribuuntur. Quin femina & femora (inquit Cam.) sint μηροὶ, dubium non est. femina tamen Latini carnes huius membri seu pulpas dixerunt: vt quum equitatu Plinius scripsit atteri & aduri femina. Nam μηροὶ equo applicantur ea parte qua interius illum contingunt. Xenophon de re equestri, ὅσοι τε γὰρ μηροῖ οὕτως αὖ ἔχουσι μᾶλλον τῷ ἵππῳ. Id est, Sic enim & feminibus firmius adhæserit equo. Idem scriptor μηρὸν interius in equis nominauit, μηροῦ γε μὴν ὅσον ἐντὸς ἱππικῶς ἂν ἅμα πλαγίᾳ τῇ γραμμῇ διωρισμένους ἔχῃ. Id est, Femina quidem sub cauda si latioris interualli linea distinxerit. Huius igitur membri totius, cum carnibus pulpisque & toris, (quale apparet) nomen est μηρὸς: id est femur. Sed & ossis quod insertum acetabulo in genu desinit, propria est hæc appellatio. Hic est nimirum μηρὸς ἀμφικέφαλος Aristoteli, vtrinque quasi caput habens. Hæc est & coxa. Ita enim Celsus, Coxis proxima sunt genua. Sed coxas & coxendices potius ἰσχία plerique vocarunt. Ab Homero aliisque poetis dicitur ΕΤΙΑΜ Μηροὶ pro μηροῖ, per metaplasmum. vt Odyss. υ, μηροὶ δὲ κἀσσητῆρες. Apud eundem aliquot locis, Αὐτὰρ ἐπὶ χθὶ μῆρ' ἐκάη, καὶ ἀπὸ σπλάγχν' ἐπάσαντο. Sic apud Apollonium, μῆρ' ἐπέμοντο. Quanuis autem dicatur μηροὶ in plurali, non necesse est dici μηρὸν in singulari. Sunt enim quædã nomina quæ in plurali duntaxat numero talem metaplasmum patiuntur. vt δίεμος per metaplasmum habet pluralem δίεμα: & κάλαθος, κάλαθα: item, ζυγὸς, ζυγά. Quibus addere possumus δίφρος & λύχος, ex δίφρος & λύχος. Hoc autem ignorantes vulgarium lexic. consarcinatores singularem μηρὸν, οῦ, τὸ, nobis dederunt.

Μηροὶ sunt τὰ μηρικὰ ὀστᾶ, (i. femorũ ossa) vt exponit auctor breuium schol. in hoc v. 463, Il. α, Μηροί τ' ὀξέα μον. Sed Eustath. huius expositionis non meminit.

Μηρὸς ab Hesychio exponitur etiam πόπος ἀμπέλου, & ξύλον, & τὸ τῆς παλάμης κῶλον. item ὄρος. Quod autem ad hanc vltimam expos. attinet qua dicitur esse ὄρος, sciendum est, de quodam Indiæ monte debere intelligi qui Libero patri sacer erati vnde ΒΑΚΧΗΥS Μηροτραφὴς appellatus est, In Mero monte educatus. At de Μηροῤῥαφὴς, dictum est Tomi 3, col. 669.

C. Μηροῤῥαφὴς, Femori insutus, vide t. 3, c. 669.

C. Μηροτομέω, ῶ, Femur incido, Femur abscindo.

C. Μηροτραφὴς, vide paulo antè in iis quæ postremo loco de voce μηρὸς annotata fuerunt.

C. Μηροτυπὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Femora verberans, seu percutiẽs. vt μηροτυπὶς κέντρον, in Anthol. epigr. Stimulus quo femora boum seu vaccarum percutiuntur.

C. Εὔμηρος, ου, ὁ καὶ ἡ, ITEM Καλλίμηρος, apud Pollucẽ. Διὸ ἤ τῶ μηροῦ, inquit, εὐσαρκοῦσιν εὔμηρος & καλλίμηρος, & μηριαῖα, & εὐμηριαῖα. Est autem εὔμηρος vel Qui bona seu firma femora habet, aut etiam crassa: vel idẽ cum καλλίμηρος, id est Pulchra femora habens, Qui est pulchris femoribus.

C. Φαινομηρὶς, ίδος, ἡ, Quæ femora ostendit. Φαινομηρίδες, siue Φαιομήριδες, dictæ sunt Lacænæ mulieres quòd incedentes femora retegerent. Plut. circa finem vitæ Numæ, (vbi Lycurgi instituta cum Numæ institutis comparat) ex Ibyco hoc vocabulum affert: scribens, φαινομηρίδας τε γὰρ αὐτὰς λέγεσθαι, ὡς Ἴβυκος (nimirum Lacænas virgines) καὶ ἀνδρομανεῖς ἱστορῶσιν, ὡς Εὐριπίδης, λέγων, Αἳ σὺν ῥίπτουσ' ἀκρημόνων δόμους, Γυμνοῖσι μηροῖς καὶ πτύχαις αἰωρήμασι. In sequentibus autem ratione illius appellationis declarat: quia nimirum virginalis tunicæ πέπλωμα ab inferiori parte consutæ non erant, sed explicabãtur, ita vt in incessu totum femur nudarent. Apud Pollucem autem est SCRIPTVM Φαιόμηρις. (sed mẽdosè, vt opinor) Loquẽs enim de vocabulis ex μηρὸς derinatis, καὶ ἡ Λακαινα φαιόμηρις, inquit.

C. Μεσομήριον, q. d. Inter femina. τὸ μεταξὺ τῶν μηρῶν, inquit Poll. i. Spatium quod est inter femina, seu femora. Apuleius autem interfeminium de pudendo muliebri dixit. In v. l. perperam μεσομήρια redditur Femina, vt ἐνδομήρια, femora.

C. Παρομήρια, Internæ femoris partes, Femina. τὰ ἔσω τῶν μηρῶν, teste Polluce. Cam. autem tradit & VOCEM Παρεμμηρίδα, idem significari, eundem testem producens: apud quem tamen huius posterioris vocabuli

expositionem nullam reperio. AT VERO Γαμμηλία, sub. ὅπλα, apud Xenophontem Pæd.6, pag.100, mex editionis, sunt arma quæ equorum μηροῖς aptantur, ad tegendā hanc partem. ἵππος ὁ καὶ ἵππις (inquit) ἐφαλαντίδιος ἢ ἐφεστριδίους· καὶ τοὺς μὲν μηρίστας, παρειρηνίδιους, τοὺς δ' ὅπως τοῖς ἅρμασι, διαστοβιδίους. At in v.l. exponitur generalius, Femorum siue feminum tegumenta & armatura: item Feminalia siue Femoralia, ex Suetonio in Augusto. In primis autē Græcolatinis lexicis διαμηρίδιον dicitur etiam esse genus gladii. A

C. ΔΙΑμηρίζω, verbum obscœnæ significationis, apud Aristophanem & Plutarchum ac Diogenem Laertium, de præpostera nimirum venere. Hesychius tamen διαμηρίσαι non ὅτι παίδων ἀρρένων tantùm sed & ὅτι γυναικῶν dictum fuisse tradit. Quidam Diuidere interpr. obscœnam huic itidem verbo significationem tribuentes. HINC VERBALE Διαμηρισμὸς de obscœno illo actu, apud Plut. in Sympos. Quidam interpr. Interfemineus congressus, seu interfemoralis. Item Diuisio, obscœna significatione: vt διαμηρίζειν, Diuidere.

Μηριαῖος, α, ον, Ad femur siue femora pertinens, q.d. Femoralis. vt μηριαῖα ὀστᾶ apud scholiastem Homeri, Femoralia ossa, id est Ossa femorum.

Μήριον, ου, τὸ, forma diminutiua, idem tamen valens quod μηρός, femur. Vnde μήρια κατέχειν apud Homerum & Hesiodum, idem quod μηροὺς κατέχειν.

Quod sequitur nomen Μῆτις, si πρωτότυπον, id est primitiuum, censeri non debet, non dubium est quin à μῆδος seu μήδομαι deductum centere oporteat. Etymol. à μήδω deriuat: huius μήδω futurum esse dicens μήσω, à quo nomen verbale μῆσις, & per mutationem literæ σ in τ, μῆτις. Cui deriuationi, tanquam non nimium longè accersitæ, facilè assentior. Sed pro μήδω dicere malim μήδομαι: quòd huius passiuæ vocis exēpla multa, illius autē actiuæ nullum inueniam. Est autem omnino poeticum hoc nomen μῆτις, quanuis verbi μήδομαι aliquis sit & in soluta oratione vsus: sicut in præcedētibus docui. Huc autem pertinentia quædam præfabor in nomina ex hoc μῆτις composita.

MHΤΙΣ, ιδος, ἡ, Consilium. Interdum Intelligentia, vel Prudentia, Sapientia. Homerus suum Vlyssem quem sæpe πολύμητιν vocat, interdum Διὶ μῆτιν ἀπάλαστον appellat, id est Ioui consilio parem. vt Iliad. β, versu 408, Ἕκτορ δὴ αὖτ' Ὀδυσῆα Διὶ μῆτιν ἀπάλαστον. Apud eundem legimus aliquoties ἀμείνων μῆτις & ἀείσιτα μῆτις, item λεπτὴ μῆτις: & alicubi, ἄλλη μῆτις. Necnon cum variis verbis: vt μῆτιν φράζεσθαι, item metaphoricè μῆτιν ὑφαίνειν, (quod apud Hesiodum quoque legitur) & μῆτιν πταίρεσθαι, quibus omnibus in locis non dubium est quin βουλὴν, id est consilium, significet: quum nomen illud βουλὴν iisdem aut similibus verbis iũgere soleat. Atque adeò apud hunc ipsum eodem in loco μῆτιν & βουλὴν manifestè idem significare videmus: Iliad. ι, vbi canit, Τοῖς ὁ γέρων ἐμίμνε περίφρων ὑφαίνειν ἠπεπτα μῆτιν Νέστωρ, οὕ ποτε φῶτα ἁμαρτίνοον φάτο βουλή. (Quò pertinentia quædam afferam & in verbo μητιάω) At verò in his versibus Iliad. ψ, Μήτι τοι ἀνυτόμας μάλ' ἀμείνων νὺ βίηφι, Μήτι δ' αὖτε κυδιάνειρα καὶ οἴκοθι πάντα νοήσω Νῦν γοῦν ἐγχεσπάλου αὐτὸς μῆτιν ἐμοὶ ἐνέπεσσι, Μήτι δ' ἠπιόχου Ἀθηναίης, ἀγελείης] ἠπιόχεια. DATIVVS Μήτι (qui per crasin factus est ex dativo Ionico μητεῖ, non ex μῆτις per apocopen: alioqui enim ι corriperetur, quum contrà producatur. Ideoque malè in quibusdam exempl. scriptum est μῆτι, priore syllaba circumflexa) non tam sonat Consilio (quanuis Eustath. exponat τῇ βουλῇ) nec Prudentia, quàm Solertia, aut Solerti quadam industria. Quidam verò interpretantur etiam Arte: sicut breuium scholiorum autor exponit τέχνῃ. Quam expositionem præcedit alia, videlicet σοφίσει. B

Μῆτις in malam partem etiam sumitur pro vafro consilio. Inueniuntur enim coniuncta apud Homerum alicubi δόλοι & μῆτις, item μῆτις & κερδία. Quod tamen VOCAB. Κερδία alicubi & in bonam partem sumitur: vt vel ex eo loco apparet quē modò protulimus id est, ex iis quæ ibi proximè sequuntur. Siquidem de eo ipso cui μῆτιν tribuerat, dicit mox, Ὃς δέ κε κερδίαι σὺν ᾗ ἑαυτῷ τοῦτο ἔπεσσι. C

De sequentibus compositis quæ ex nomine μῆτις facta sunt, hoc sciendum est, vnum idémque duobus modis scriptum inueniri, nimirum cum terminatione non solùm in τις, sed etiam in της: & τις quidem pro vtroque genere, της autem pro masculino duntaxat. Quanuis autem rationi consentaneum videatur vt non minus hæc quàm illa à nomine μῆτις deducamus, Eustathius tamen terminationē in της à verbo μήδω esse tradit: at ego à μῆτις esse potius dicerem. Vide Πολυμήτης.

C. Ἀγλαομήτης, ιδος, ὁ ᾗ ἡ, & Ἀγλαομήτης, ου, ὁ, & Ἀγλαομήτα, vide t.1, c.142.

C. Ἀγκυλομήτης, vel Ἀγκυλομήτης, vide in Indice.

C. Αἰολόμητις, ιδος, ὁ ᾗ ἡ, vel Αἰολομήτης, ου, ὁ, Varium consilium habens, Vafer, Astutus. Vide t.1, c.178, in fine. Inuenitur autem scriptum & αἰολομῆτις.

C. Διχόμητις, vide in Indice. Dici etiam potest Διχομήτης.

C. Δικόμητις, vide in Indice. Dici potest & Δικμήτης.

C. Εὔμητις, VEL Εὐμήτης, Cui bonum est consilium, Bono consilio præditus seu instructus, vel, Bene instructus consilio. Vno verbo, Prudens.

C. Θερσυόμητις, VEL Θερσυμήτης, Audax consilio seu consiliis, Cuius audax est consilium, vel audacia consilia, In capiendo consilio audax. D

C. Κακόμητις, VEL Κακομήτης, Qui est mali consilii, Cuius malum est consilium, siue Cuius mala sunt consilia. Vel, Qui malo vtitur consilio, siue malis consiliis. κακόβουλος, Hesych.

C. Κλυτόμητις, VEL Κλυτομήτης, Inclytus consilio seu consiliis, aut prudentia, Quem consilium reddit inclytum seu valde celebrem. In Anthol. epigr.

C. Πολυμήτης, VEL Πολυμητης, vide t.3, col.442, lit.c. Sciendum est autem, Eustathium in hunc versum 163, libri γ Odysseæ, Ἀμφ' Ὀδυσῆα ἄνακτα δαΐφρονα πολυμήτιν, annotare, Homerum nō dixisse πολυμήτην, quum alioqui ita dicere posset, eodem modo quo θύμητις & πολύμητις, non ita scripsisse tamen: vt ostenderet vtraque scriptura licere vti: πολυμήτην quidem à μῆτις, at πολυμητίω deducendo à verbo μήδω, sicut & ἀγκυλομήτης inde deducitur. Ego tamen (quod Eustathii pace dictum sit) grammaticæ analogiæ vix consentaneam hanc deductionem esse arbitror, potiusque à μῆτις deriuari censeo. E

C. Πολύμητις, VEL Πολυμήτης, Cui multum est consilii & prudentiæ, Consilio abundans. Apud Homerum passim, πολύμητις Ὀδυσσεύς.

C. Ταχύμητις, VEL Ταχυμήτης, vide in Ταχὺς, t.3, col. 1173, lit.G.

C. Τετρόμητις, VEL Τετρομήτης, t.3, c.1761, lit.c.

Μητίετα, ιεω, ὁ, Consilio abundans, Cui multum est consilii. vt Ζεὺς μητίετα apud Hesiodum, in Erg. Διὸς ἐκ μητιέτεω. Apud eundem in Theogonia, Ζῆνά τε μητιόεντα, θεὸν πατέρ' ἠδὲ καὶ αὐτόν. In vulg. lex. tamen μητιέτης redditur simpliciter Consultus, item Consiliarius, & Consilii autor. Dicam de hoc epitheto μητιόεις & in proximè sequente μητιέτης.

Μητιόεντα φάρμακα, apud Hom. Odyss. δ, v.227, Τῶν ἄλλων ἐνέπασσε ἑὸν κέαρ φάρμακα μητιόεντα, quæ magno consilio

seu magna prudentia excogitata sunt: vel Ἃ βυλῆς δόλ- A
μῶν εἰς ἀποφυγήν, inquit Eustathius. μητίσατο Bud. vertit Consultè medica composita sub arte, quatuor Homeri versus quatuor Latinis reddens: additque à Plutarcho exponi κῆρ τῶν ἡσυχαίων πίχλιν ἰσοδυναμοῦσα. Inducebant autem hæc pharmaca malorum omnium obliuionem, vt ibi docet poeta. vnde nomen vel epitheton vnius apud illum ibidem est νηπενθής. Ille porro locus Plutarchi est in iis quæ de Homero scripsit.

Μητίτης, ου, ὁ, (quod dici existimatur quasi μητήτης, per pleonasmum τοῦ η) Consultus, Prudens. Vel Comiliarius, B
item Consultor. Ab Hesychio exponitur βυλευτής: à Suida autem βυλευτικός, & quidem rectius, mea sententia. atque adeò Eustathius quoque non illam sed hanc expositionem affert. Apud Homerũ frequentissimum est Iouis epithetum. sed nominatiui locum apud eum obtinet v o x Μητίετα proparoxytonè: vt Iliad. α. μέγιστε δὶ μητίετα Ζεῦ. Qui χαμαιπετὴς Bœotis atque Æolibus à veteribus fuit adscriptus, vt docet Eustath. qui dubitat an μητιετὰς vocari debeat. Vide & Etymologum. Hoc quidem certè constat, eundem χαμαι- C
πετὴν in aliis plerisque nominibus apud Homerum extare: è quibus sunt hæc, ἱππιος, ἱππιη, αἰχμητὰ, κυανοχαίτης. Caterùm quod ad nominis huius significationem attinet, Eustath. μητίετα Ζεὺς exponit & altera voce proximè præcedente, μητίεις. quem (inquit) Theocritus ἑρμηνεύων, quum dicit, Διὸς μέγα βυλεύοντος. Huc autem pertinere dico & μήτηρ, quod epitheton ab eodem poeta huic deo tribuitur. Latinè autem non satis exprimi videtur, interpretando (quum de Ioue dicitur) Consultus. Magisque placeret Consiliarius, vel Consultor, si actiuam significationem dare liceret: aut etiam D
Consilii autor. Alioqui nõ minus lubèter reddiderim Prouidus (quoniã prouidentiam deo propriè tribui notum est) quàm Cõsultus. Quidam verò reddiderunt superlatiuo Consultissimus.

Μητάω, ὦ, Consilia agito, Cõsilio, Cõsulto, Delibero. Redditur & Consulo. Apud Hom. Il. π, v. 45. Βυλὴ ἦ ῥα Διὸς ἦν ἐφιλύσατο μητιόωσα, verba hæc θεῖν μητιόωσα non dubitarim reddere istis Horatianis, Diuis consiliantibus. Alioqui reddi etiam possunt, Consultãtibus diuis. Sed plerunque addito accusatiuo dicitur aliquis μητᾶν B
quidpiam pro Consilium inire de re quapiam, aut etiam Agitare in animo quidpiam, seu versare: vel Cogitare de re quapiam, aut etiã Moliri rem quampiam. Sic Odyss. ζ, Νοστον Ὀδυσσῆϊ μεγαλήτορι μητιόωσι. Itidemque quum dicit μητιόωντες βυλάς, non possumus (meo quidem iudicio) aptius interpretari μητιόωντες quàm Agitãtes: vt semus Latinis sæpe in vsu esse Agitare consilia. Sic κακὰ μητιόωντ apud eum reddi queat Mala consilia agitanti: sed malim, Mala consulenti, id est, res malas & perniciosas: vel, Mala consilia danti, aut malum B
cõsilium: Iliad. ε, v. 312. Ἕκτορ μὴ δὴ ἐπέεσσιν κακὰ μητιόωντ' Πηλεΐδαο πίθοιο, ὃς ἐθέλει φορέειν βυλήν. Possit verò κακὰ & aduerbio reddi: vt κακὰ μητιόωντ sit Malè consulenti. Estque obiter obseruandum hic κακὰ μητᾶν & ἐθέλειν βυλὴν φορέειν sibi opponi: itidemque supra μητιόωντες βυλάς perinde esse ac si diceretur βυλεύοντες βυλάς. Nam & hi loci μῶμ nihil aliud esse quàm βυλὴν, apertè ostendunt.

Dicitur ETIAM Μητᾶσθαι voce passiua, significatione eadem. vt Iliad. χ, v. 174. Ἀλλ' ἔμπη, φορέεσθαι ἐοὶ ὃ ἐν μητιάασθαι, Ἡέ μιν ἐκ θανάτοιο σαώσομεν ἠὲ καὶ αὐτὸν &c. Vnde COMPOS. Συμμητᾶσθαι, Vnà consultare, Vnà cum aliis consilia agitare, aut Consilia iũ cum alio seu cum aliis communicare. In vulgatis lexicis redditur Dare consilium.

Μητίζομαι, VEL Μητίομαι potius, (vt apud Eustathium legitur vox ACTIVA Μητίω, licet absque exemplo) Consilia agito, Consulto, sicut & Μητᾶσθαι. In hoc autem loco Il. ψ, — νῦν μὲν αὖτ' ἐπὶ Πλαταιὰν ἴομεν εὖ ναιομένην, μητίζωμεν, puto μητίσασθαι esse Cõsilio & solertia circa rem quampiam vti, vel Consilio & solertia rei cuipiam prouidere. Sequitur enim ibi ἄνευθε μάντιν de re eadem dictus, qui (vt docui quum de nomine μῶμος agerem) solertiam seu solertem quandam industriam signifi- E

cure videtur: nonnulli verò artem interpretari sunt. Nonnunquam Μητίομαι est Excogito. Alioqui (sicut præcedens etiam Μητᾶσθαι interdum) cum accusatiuo sæpe est Consilium ineo de rè quapiam, vel potius Molior rem quãpiam: siue Consilio inito molior: aut etiam facio, seu patro. Sic tamen vt verba illa potius subaudienda relinqui debeant quàm addi. Hom. Iliad. κ, Οὐ γὰρ πω ἰδίμην γ' ἐπὶ ἔπλετο μωσάμενος Ἀνδρ' ἕνα τοσσάδε μέρμερ' ἐν ἤματι μητιάασθαι (vel μητιήσασθαι cum ar. de qua scriptura dicam postea) Οἷος Ἕκτωρ ἤρχεε Διὶ φίλος ἦμαρ ἀγαιῶν. vbi breuium scholiorum autor exp. ἐργάσασθαι: itidemque Eustath. ποιῆσαι. qui etiam addit illum τὸ πῖλος declarasse ὁποῖ τι ποιεῖ πῖλος. & volentem exponere illud μητιάασθαι, subiungere ὅοι' Ἕκτωρ ἤρχεε. Nisi tamẽ alia huius significationis exempla extarent, aliter exponi posse verbum μητιάασθαι putarem: vt videlicet diceret poeta, alium ne molitum quidem esse tam multa vno die quàm multa hic non molitus sit duntaxat, sed etiam fecerit. Ac non omnino fortasse reiicienda mea hæc expositio fuerit (vtpote quam sequẽdo aliquid maius à poeta dicatur quàm si alteram sequamur) etiamsi significationis illius exempla extent. Ea autem afferam, illam explicationem lectori interim considerandam relinquens. Legimus igitur apud eundem poetam Iliad. ε, Αὐτῇ οἱ θάνατον μητίσομαι. vbi μητίσομαι θάνατον nõ est simpliciter Moliar necem, sed Patrabo necem: vel Afferam mortem. neque enim verbum facere cum hoc accusatiuo locum habet. Sic Il. γ, Μίσγεσθ' ἀμφοτέρωσιν μητίσομαι ἔχθεα λυγρὰ Τρώων ἠδ' Ἀχαιῶν. Hic enim μητίσομαι ἔχθεα non significat simpliciter Moliar, (quoniam multa molimur quæ tandem efficere non possumus) sed ita moliar vt faciam. Verùm quoniam hic quoque verbum Facere locum habere non potest, vtendum est verbo quod aptè accusatiuo Inimicitias seu Odia (quorum altero interpretabimur Græcum illum ἔχθεα) iungi possit. Tale autem est Concitabo, seu Excitabo. Vt tamen planè quod sentio dicam, nec Eustathio nec breuium scholiorum autori assentiri in eo possum, quòd in hoc loco quem ex Iliad. ψ attuli, μητίσασθαι exponant simpliciter ἐργάσασθαι & ποιῆσαι. Existimo enim & ibi & in sequentibus locis duobus, necnon in aliis plerisque μητίζεσθαι non esse simpliciter facere, sed Adhibita solertia aut arte facere, vel Solertia aut consilio seu solerti consilio prouidere & operã dare vt aliquid fiat. Dixi porro in plerisque aliis, non in omnibus, (quibus alioqui conuenire videri possit illa expositio quam ex scholiographis attuli) quòd vel isti Odyss. μ loco, versu 373, Οἱ δ' ἕτεροι μάλα δηρὸν ἐμητίσαντο μάχεσθαι, haud itidem quadrare mea illa expositio possit: sed ἐμητίσαντο aut simpliciter exp. debeat ἐμάχοντο siue ἐτάραξαν, aut certè sonet quod Gallicè dicimꝰ *ils se sont amusez de faire*. Hoc enim loquendi genere simul & consilium aliquibus fuisse rem quampiam facere, & eos illam fecisse declaramus. Caterùm VERB. Μητᾶσθαι cum accus. illam ποῦ ἐργάσασθαι significationẽ itidẽ habere antea dictum fuit. Vbi etiam vide quæ de illa dixi. Inuenitur autem & absolutè positum vel potius aduerbio iunctum hoc verbum apud eundem poetam, Odyss. ι, — ὅτῳ νῦν Ζεὺς ἤπιος μητιάασθαι. Vbi breuium scholiorum autor μητιάασθαι perperam exponere videtur ἐργάσασθαι. Puto enim μητιάασθαι hoc in loco esse, quod Gallicè dicimus *Disposer*, & quidem ibi etiam vbi Deo verbum hoc tribuimus: velut in hoc prouerbio, *L'homme propose & Dieu dispose*. vt hæc verba, ὅτῳ νῦν Ζεὺς ἤπιος μητιάασθαι, sonent perinde acsi diceremus, *Il a plu à Dieu d'en disposer ainsi*. Atque ita conueniet hoc dictum cum eo quod habemus initio Iliadis, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. Quam sententiam alibi his verbis exprimit, Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς. (sicut & ἥλιος διὰ βουλάς, alicubi apud eum legimus) Hesiodus eodem planè sensu dicit, Διὸς μεγάλοιο ἔπεσσι. Latinè autem hæc reddentes, voce consilium aptissimè vtemur. Virgil. tamẽ alia vsus est in hac sententia exprimenda. Hæc enim eius verba, — Iouis sic numina poscunt, Seruio quoque teste, respondent illis Homericis, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. Sed hoc præterea sciendum est,

pro μυήσασθαι legi etiam μυπάσασθαι: & (quod mirum A
est) Eustathium in vno suorum commentariorum loco, nimirum in priore, habere μυπάσασθαι, in altero μυήσασθαι.

Ne hoc quidem silentio prætereundum est, LEGI Μυήσασθαι in nonnullis exemplaribus cum σ, nō hic solùm sed aliis quoque locis qui hunc infinitiuum habent: itidémque μυήσασμαι & μυήσασκε, atq; adeò vbicunque ea à themate μυήσομαι deducta vnicum σ habent, geminum habere. Fortassis autem ratione hæc B
scriptura non caret, quòd alioqui syllabā πς, in nomine μῦπς, (vnde hoc verbum deductum est) corripi sciamus: quemadmodū in pleriſque aliis verbis pro simplici σ duplex ad producēdā syllabā, quæ alioqui corriperetur, poni videmus. Sic certè in illo quem ex lib. ε Iliad. protuli loco, μυήσωμαι scribit meum vetus exēplar, eandémque scripturam habet non solùm textus commentariis Eustathii præfixus, sed is quoque qui illis insertus est: ideóque & in mea editione gemino σ scripsi μυήσωμαι. Sed (tanta est exemplarium eorūdem C
in hac voce, sicut & in quibusdam aliis, inconstantia) eiusdem poematis libro γ, v. 416, idem verbum, atque adeò idem eius futurum in textu illis Eustathii commentariis præfixo scriptum habemus vnico σ, μυήσομαι. Sic verò Iliad. κ, v. 49, scriptum est μυήσασθαι, non μυήσασθαι, & quidem apud ipsum quoque Eustathiū: id est, non solùm in textu commentariis eius præfixo, sed in duobus ipsorum commentariorum locis.

HINC EST Μύημα, ατος, τό, quod verbale sonat quasi à verbo Consulto deduceretur Cōsultamentum. Sed accipitur pro μῶτις, id est Consilium: sicut pro μῶτις accipitur μύημα. Quod verbale omnino simile isti dicere poterimus, id est, prorsus eodem factum modo, si constituamus THEMA Μυέω. Sicut enim μύημα à Μυέω, sic μύπμα erit à Μυπάω. At Eustath, ipsius nominis μῶτις esse δρῖμὺ tradit verbum μυπάω: quum alioqui rationi consentaneum esse vel potius ratio poscere videatur vt μῶτις verbi μυπάω esse δρῖμὺ dicamus. Sed multa eiusmodi ab Eustathio de quorundam vocabulorum deductionibus tradi, in quibus minime sequendum esse eius iudiciū iudico, alibi quoque docui.

Μῶτις, τος, ὁ, idem quod μῶπς. Cuius pluralis μύπα apud Hesychium extat, exponentem μυπάματα. Quo illum ideo vsum esse arbitror quòd μύησις in vsu esse nō existimaret. Cæterùm ab hoc μῶτις deriuari censeo cōposita in τις terminata, αἰολομύτης, & ἀγκυλομύτης, & ποικιλομύτης, ac cætera: quum Eustathius ea quæ sunt in τις, vt ποικιλόμητις, à μῶτις esse tradat: at quæ in πς, vt ποικιλομύπης, à μύπω.

Μύω, ex iis esse verbis videtur quorum origo minimè quærenda est, vel quòd aliunde facta non sint, vel quòd vnde facta sint vix sciri queat. Sed quod ad verbum istud aliáque eiusmodi attinet, illud potius quàm hoc persuasum habeo. Verùm ex hoc μύω factum existimatur μυίω, ῶ, vnde est nomen μύσις, ex hoc ipso autem alia. Quidam tamen ex illo ipso μύω voluerunt esse μύσις, vt aliquanto pòst docebo: vbi & de aliis à μύω deriuatis differam.

M Υ Ω, Connireo, Nicto, Oculos claudo. Dicitur D
autem μύω sine adiectione, vel μύω τοὺς ὀφθαλμούς seu τὰ ὄμματα, id est oculos. Interdúmque ipsi etiam ὀφθαλμοὶ seu ipsa ὄμματα dicuntur μύειν. Apud Aristoph. in Vespis, μύσας τὸ δεξιὸν, oculis clausis. Sic Lucian. dixit, (sed præsentis temporis participio vtens) οἱ μύοντες οἱ πένητες βαδίζοιεν, si pauperes clausis oculis incederent. Vel, Oculos claudētes. Quanuis autem apud primarios autores μύειν sine accusatiui adiectione positum inueniatur, existimo tamen primum eius vsum cum adiectione accusatiui fuisse, sed breuitatis gra E
tia subaudiendum relinqui consueuisse. Illo autem modo, id est cum accusatiuo, vsus est Alex. Aphrod. Probl. lib. 1, τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν μύομεν, Alterum oculum claudimus: vel, comprimimus: vt quidam interpr. Apud eundē, μύουσι τοῖς ὀφθαλμοὺς οἱ ἄνθρωποι. Polit. reddit, Conniuent oculis homines. Vbi tamen verbo Conniuent contentus esse poterat. Sic in Anthol. epigr. ἔμυσας καὶ θνῆις. Metaphoricè in Lucæ vita, φησὶ δὲ τὸν ἀληθινὸν δι διακαλίας πάντα τῆς καρδίας ἰδεῖν ὥσπερ καὶ τὰ τῆς διανοίας ἔμυεν ὄμματα.

Μύειν, labris quoq; tribuitur, & ori. Dicitur enim μύω τὰ χείλη, & μύω τὸ στόμα. (Greg. verò dixit etiam aliquem μύειν τὰς αἰσθήσεις, De theol. l. 1, εἶτ' μύσαντα τὰς αἰσθήσεις, ἔξω σαρκὸς καὶ κόσμου γιγάμενον, ἑαυτῷ συγκλείσαντα καὶ τῷ θεῷ χρῆσθαι τὸ ὁρώμενον. vbi passiuè etiā reddi possit, Sensibus occlusis) Sed & ipsa χείλη dicuntur μύειν, & ipsum στόμα quoque. Affertúrque ex Anthol. Epigr. χείλεος ἔμυσεν, pro Os se clausit. Sic μύσαντα στόματα ex Plat. Phædro, (vbi metaphoricè στόματα ponitur) ἐπὶ πᾶσι διεξόδων στόματα, ἢ τὸ πλεῖον ὁρμᾷ, συμπαιανόμενα καὶ μύοντα, F
ἀπεκλεῖσθαι τὸν βλάπτον τοῦ πλείονος, Clausa, Astricta. Ex Aristotelis autem Probl. præt. PARTIC. Μεμυκὼς cum dativo στόματι: videlicet μεμυκὼς τῷ στόματι, pro Qui est ore compresso. At verò μύειν seu συμμύειν & χάσκειν opposita inueniuntur. Aristot. χάσκουσι καὶ συμμύουσι, dehiscunt ore & comprimūtur. Bud. Sic & de vulnere cuius labra non hiant, ex isto Galeni loco affert, μύειν μὲν οὖν συμβαίνει τι καὶ ψυχόμενον, ὅταν δέῃ τι συνεχόμενον καὶ βράχειν ἐπαναμένοντα. Apud Dioscoridem præt. Μεμυκὸς dictum itidem ἀπὸ τοῦ ἰχῶρος, reddit Occlusa. G
Latini autem & coire vulnera hac significatione vsurpant. Dicuntur denique & rosæ μύειν, quæ sunt adhuc ἐν κάλυξι. Non solùm μύειν τὰ ὄμματα, (inquit Eustath.) sed etiam χείλη & ὄμματα: & ῥόδα τὰ ἔτι ἐν κάλυξι, & quæcunq; sunt huiusmodi. Verùm videtur potius debuisse dicere μύειν non solùm ὄμματα & χείλη, sed etiam ἕλκη & ῥόδα: quoniam rationi consentaneum est vt prius de oculis & labris quàm de aliis dictū esse existimemus. Idem certè alibi hoc verbum μύειν dici ὅτι βλεφάρων & χειλέων, & de quibusdam aliis, tradit. Dicūtur denique μύειν & πόροι apud Aristot. Meteorol. 4, μύοντες πόροι, Clausi, Obstructi. In v. l. affertur etiam μύσας ὅτι πνεῦσεν ex Epigr. quod redditur, Omissis luctibus. Ex iisdē affertur PRAET. Μύσας pro Obmutuis, ore scilicet compresso. Ex Hesiodo autem pro Contrahitur, Constringitur, Clauditur. vel Mugit, Strepitat. Rursum ex Epigr. μεμυκότα κάλπιν αἰείδῃ. (quod rosis conuenit, sequēdo id quod de illis dictū paulo antè fuit) Itē μεμυκότες αὖραι, Silentes venti. q.d. Qui sunt ore occluso, seu compresso.

Μύσις, ιος, ἡ, Occlusio, Compressio, Obstructio. μύσις τῶν πόρων, Occlusio, seu Obstructio. (vt μύοντες πόροι ex Aristot. allatum fuit pro obstructis poris, seu occlusis, vel clausis) Greg. De homine, συμπάσης γὰρ τῆς ἕξεως καὶ μύσεως ἐν ταῖς λυπηραῖς διαθέσεσι περὶ ἅπαν γινομένης τὸ σῶμα, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τῆς βάσεως κοιλότητας σποδοῦται πᾶν τὸ ἐκ τῆς διαπνοῆς κωλυόμενον. Apud Dioscoridem autem μύσις τῆς ὑστέρας quidam interpr. Contractio vulvæ. vbi scribit, πολὺ ἐκ τῆς ὑστέρας μύσεως καὶ διαφορᾶς. Hippocrates autem VOCABVLVM Μύση idem valet quod μύσις, teste Galeno. At Suidæ μύση est δύση. In vulg. lex. redditur Theca gladii, Vagina ensis. Affertur & pro μύκης, ex Epicharmo, apud Athenæum lib. 2. AVVERO Μυσὸς est Mugitus, Boatus. ex scholiaste Apollonii, lib. 4.

Ἀμυδὶ adverb. à μύειν deductum censetur: exponitúrque ἅμα τῷ μύειν τοὺς χείλεσιν. De hoc pariterque de Ἀμυδίζω & de Ἀμυκτὴς lege Indicem.

C. Κναμύω, vide in Indice. At COMPOS. Ἀναμύω, ET Ἐπιμύω, ITEM Καταμύω, pro simplici μύω posita inueniuntur. Illud Ἐπιμύω pro μύω signi-

ficante Claudo ſeu tego, apud Dionyſ. Areopagitã extat. Item τοῖς ὀφθαλμοῖς ὀπτομύσσοντες pro μύσσοντες, apud Baſilium. At verò ſine adiectione accuſatiui affertur ex Polybio l. 4, αἶσχος μετὰ κακίας τὸ δοκεῖν, ἐάν τις αὐτὸς ὀπτομύσῃ, μηδὲ τοῖς πέλας ὁρᾶν. quæ Camer. vertit, Stultitia eſt coniuncta malitiæ, ſiquis ipſe fortè connixerit, arbitrari ne ab aliis quidem ſe conſpici. Vbi (vt hoc obiter dicam) poſtrema verba ſecus intelligo & intelligenda puto: nimirum ita, Arbitrari ne alios quidem cernere. A

Alterum autem COMPOS. Καταμύω pro μύω apud Xenoph. de lepore, καὶ ὅταν μὲν ἐγρηγορῇ, καταμύει τὰ βλέφαρα· ὅταν δὲ καθεύδῃ, τὰ βλέφαρα ἀνέπτακται. Sine adiectione autem pro Claudere oculos, apud Lucianum in Timone, πολλοὶ γὰρ οἱ ἱεροσυλοῦντες καὶ δυσφύλακτοι, καὶ νὴ Δί' ἔστ' ὀλίγου καταμῦσαι ἡμῶν ἐφιᾶσιν. Sic apud Strab. lib. 6, ὅταν [ξύωσι τῆς ἀθηνᾶς τῆς Γαλεώτου] καταμύουσι μυδήσαντι. Et paulo pòſt, δύνανται δὲ καὶ ταῦτα καταμύοντα τὸ ξυαντὶν. (In vulg. lex. Καταμύω exponitur Inclinor, Cóncido: afferúrque ex Apollonio Argon. lib. 2, κατέμυσαν δ' ἀχέται Θυμόν. ſed à καταμύω: ex ἠμύω, de quo infrà) Hinc autẽ per ſyncopen fit VERBVM Καμμύω, idem valens quod ipſum καταμύω, vnde fit. Vſi ſunt verbo καμμύειν Græci Bibl. interpretes apud Eſaiam, τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, Oculos ſuos clauſerunt. Vel, Oculis ſuis conniuerunt, vt alii interpr. Quæ verba in aliquot Teſtamenti noui locis citantur. Apud eundem propheram, καμμύουσι τοῖς ὀφθαλμοῖς. Hinc autem eſt NOMEN Ἀκάμμυκτος, Inconniuens. B

Supereſt COMP. Συμμύω, quod paſſiuo verbo reddi ſolet, Claudor, vel Clauſus ſum. item Comprimor, aut Compreſſus ſum. Plato de palpebris loquens, ὅταν τοῦτα ξυμμύωσι, καθάπερ γύνεται τὼ τοῦ πυρὸς ἴνδον δεύσαντε. Sic συμμύουσιν ὄμμα apud Ariſtot. Idem συμμιμοῦς & ἀντιπυγώνιον inter ſe opponit. Eodémq; modo συμμύειν & ἀνατανυσθῆναι apud Theophr. oppoſita ſunt. Idẽ alioqui & verbum διώγνυσθαι opponit τῷ συμμύειν: vbi ſcribit, τοῦτο δὲ τὰ μὲν νύκτα συμμύουσι, ἅμα δὲ τῷ ἡλίῳ εἴσω διώγνυσθαι. Apud Xenoph. verò inter ſe opponuntur συμμιμοῦς & διβαίνοντας, id eſt Qui ſunt compreſſis cruribus, & qui contrà ſunt diuaricatis. Apud Ariſtot. συμμύουσιν αἱ ὑσίραι, Vuluæ comprimuntur, Vuluæ ſe contrahunt. vt μύσις τῆς ὑσίρας à quibuſdam redditur Contractio vuluæ. C

C. Μύωψ, ωπος, ὁ & ἡ, ſi quidẽ ſpectemus etymum, vel potius ipſam compoſitionem, ſonat μύων ὤπα, ſeu ὤπας, Qui claudit oculos, Qui cõniuet: ſed certum quoddam oculorum vitium hoc vocabulo ſignificari ſciendum eſt. Gell. lib. 4, cap. 2, μύωπα Latinè luſciioſum appellari tradit. Luſcioſi (inquit Nonius, vel potius Feſtus) ad lucernam non vident: & μύωπες, minus videntes, vocantur à Græcis. Fulgentius, Luſcioſos, inquit, dicunt, qui interdiu parum vident: Græcè μύωπες dicuntur. Νυκτάλωπες igitur & μύωπες (inquit Bud.) iidem eſſe putantur, & pro iiſdem à nonnullis accipiuntur: hoc eſt, pro iis qui interdiu propter viſus hebetem vim contueri nequeunt, nec niſi clauſis oculis: à conniuentibus oculis μύωπες nomen habentes: νυκτάλωπες à nocturnis quaſique nocturnis oculis. Alii νυκτάλωπας diſtinguũt ἀπὸ τοῦ μυώπων, eodem ad vtrunque ſignificatum etymo ſubſeruiente: vt ſint μύωπες, qui iam inde à principio ortus ſui, niſi admota oculis contueri nequeunt: cuiuſmodi multos videmus qui res intuendas, oculis propè contingunt, & limis etiam ſemicluſiſque oculis aſpiciunt. Ariſtot. in Probl. ſect. 31, διὰ τί οἱ μύωπες συναγωγοὺς τοὺς βλέφαρα ἔχουσιν; Cur μύωπες contractis palpebris videnr? Quibus ſubiungit, quinam μυωπάζειν dicantur: οἱ οὐκ ἠρέμας τὸ μὲν ἔξω βλέπουσι, τὸ δὲ ἐγγὺς οὐχ ὁρῶσι. συμβαίνει δὲ πάσχειν οἱ γηρῶντες τοῦς μυωπάζουσι. τὰ γὰρ ἔξω μὲν ὁρῶσι, τὰ πόρρωθεν βλέπουσι. id eſt, Μύωπες autem dicuntur qui ab ortu primo proxima quidem vident, remota verò non vident. At ſenibus vitium huic contrarium accidit. ſiquidem ſenes admota non videntes, longè reducta vident. Meminit horum & Alex. Aphrod. Probl. 74, lib. 1, διὰ τί τοὺς πόρρωθεν καὶ μεγάλα οὐχ ὁρῶντας, τὰ πλησίον καὶ μικρὰ ὁρῶσιν. D E F G H

Quibus ſubiungit, tales μύωπας appellari ἀπὸ τοῦ μυῶντας ὁρᾶν. vt quidem in Aldina editione ſcriptum eſt: pro quo μυῶπας quidam repoſuerunt μυῶντας, quod & in v. l. habetur exponiturque μυῶντας ὁρᾶν, conniuendo videre. Sed reponendum eſt ἀπὸ τοῦ μύοντας ὁρᾶν, veteri etiam exemplari aſſentiente. Quòd ſi exactius etymologiam tradere voluiſſet, non dubium eſt quin dicendum fuiſſet ἀπὸ τοῦ μύειν ὤπα ſeu ὄπας. quod etymum à me allatum fuit. Cæterùm quæ ex Nonio allata fuerunt, myopas, minus videntes, vocari à Græcis: ad alteram huius nominis SCRIPTVRAM Μύωψ pertinent. Sed quum hæc habeat υ, non iam myopes cum υ, ſed miopes ſcribi neceſſe fuerit. Non dubium eſt enim quin hæc verba, Minus videntes, ad exprimendum vocis Græcæ etymum addita ſint, perinde acſi dictum eſſet, Quaſi minus videtes. Apud Feſtum tamen (pro quo nominatus fuit Nonius) verba illa Minus videntes, non inuenio: ſed iſta duntaxat, Luſcioſi, qui ad lucernam non vident: & μύωπες vocantur à Græcis. A Budæo tamen locus ille ſub Nonii nomine & cum verbis illis affertur. Verùm ſiue Feſtus ea ſcripſerit, ſiue non, (aut etiam Nonius) tanta eorum verborum autoritas eſſe non poteſt vt hanc ſcripturam μύωψ confirment. Memini alioqui me in aliis quibuſdam vocibus eandem omnino ſcripturæ diuerſitatem inueniſſe: ex quibus eſt μύυρος. ſcribitur enim & μάυρος. ſic μυωπίζειν & μαωπίζειν, vt ſuo dictum loco fuit. Dixit autem XENOPH. Μυωπὶς pro μύωψ, gen. foem. vbi de canibus hæc ſcribit, αἱ δὲ μυωπὶ καὶ χαροπὶ χείρω τὰ ὄμματα ἔχουσι. Dicitur etiam Μυωπία, vt paulo pòſt docebo, vbi de vitio ipſo μυωπία appellato verba fecero.

Illud itaque NOMEN Μυωπία, eſt appellatio vitii illius oculorum ſeu viſus, quo qui laborant, μύωπες appellantur, de qua voce dictum in proximè præcedentibus fuit. Vocatur ETIAM Μυωπίασις, extátque hoc poſterius nomen apud Definitionum medicarum autorem, Μυωπίασις ἐστὶ διάθεσις ἐν ᾗ τὰς δι' ἐλαττόνων μὲν πόρων ὁρῶσιν, οὐ δὲ πόρρωθεν, ἢ ὅτι βραχύ, ἢ νὴ Δία οὐδέν. Pro μύωψ autem quidam MEDICI Μυωπίας dicunt, de eo nimirum qui vitio illo laborat. μυωπίαι dicuntur (inquit Paul. Ægineta lib. 3, cap. 22,) ὅταν ἠρέμας τὸ μὲν ἔγγὺς βλέπωσι, τὸ δὲ ἐξαπίνης οὐχ ὁρῶσι. (Sed nomen illud Μυωπία habet alioqui & aliam ſignificationem. ponitur enim pro muris ſeu murium cauernula. In qua ſignificatione ο in ω mutatum eſſe, dicere, vt opinor, neceſſe fuerit. neque enim dubito quin ex μῦς & ὤπη factum fuerit. Quam mutationem vt minimè mirer faciunt alia quædam compoſita in quibus reperitur. Vtitur autem nomine illo in hac ſignificatione Ariſtot. De animal. lib. 6, μυωπίας ὑὸς αἰφνίδιον. Vtitur poſt illum Ælianus, ita ſcribens, de muribus, καὶ μαλακὸς τῆς οἰκίας ἀπολειφθέντες, ἀπολείπεται ταὐτὸ μυωπίας αὐτῷ. Sed dicitur ETIAM Μυωξία eo ſignificato, teſte Suida. qui poſtquam μυωξία expoſuit ὑγιεινὸς λόγος, addit, ſignificare item ἕως τῆς μυὸς χαρακῆς. Apud Heſych. eſt SCRIPTVM Μυοξία, per ο: ſed hanc ſcripturam ſeries alphabetica refellit, poſtulans ω. Refellit & DIMINVT. Μυωξάρια, quod ibi ſubiungitur: & de quo, ſicut & de illo altero, ad ipſum te remitto. Illius quidem ſignificationis qua pro μυωπία vſurpatur, non meminit. quod meam ſuſpicionem auget, ne nimirum Suidas memoria lapſus μυωξία pro μυωπία acceperit.

Hinc factum eſt & VERBVM Μυωπάζω, quo vtitur Ariſtot. in loco quem in nomine Μύωψ attuli. Eſt autem μυωπάζω nihil aliud quàm Sum μύωψ, id eſt luſcioſus. Sed latius etiam extenditur verbi μυωπάζω ſignificatio. Nam eo vſum eſſe Dionyſ. Areopagitam pro Cæcutio, ſeu Oculos aperire non poſſum, teſtatur Bud. alicubi verò & pro συμμύω, Conniueo. Pro Cæcutio autem à Paulo quoque vſurpari teſtatur. Sed Paulum pro Petro dixiſſe arbitror. neque enim apud Paulum extare puto: apud Petrum autem legitur epiſt. 2, cap. 1, ᾧ γὰρ μὴ πάρεστι ταῦτα, τυφλός ἐστι, μυωπάζων, λαβὼν λήθην τοῦ καθαρισμοῦ τῶν πάλαι αὐτοῦ ἁμαρτιῶν. Vbi μυωπάζων, ſequedo Budæum (ſi hic eſt locus de quo lo-

qui voluit)reddemus Cæcutiens. Sed quum præcedat τυφλὸς, nullo conuenire modo hæc interpretatio poteſt. Vetus interpr.vertit Manu tentans. Eraſm.Manu viam tentans. Nouiſſima autem interpretatio habet, Nihil procul cernens. Ego hanc cæteris longè præfero,quippe quæ nulla ratione niti videantur : (eſtque apertè deceptus Eraſmus in eo quòd λάθρᾳ τῆς μυὸς, id eſt à muribus,μύωπα dici exiſtimauit)ſi tamē & mihi ſententiam meam proferre liceat, μυωπάζω dixerim potius eſſe Oculos claudens,aut Conniuens,vt à Dionyſio Areopag.accipi dictum eſt. Tunc autē nequaquam μυωπάζων ſub nomine τυφλὸς omnino incluſum erit: quum peculiare quoddam cæcitatis ſit genus, eorum qui oculos ſuos claudunt,ſeu conniuent. Quæ tamen à me obiter dicta,aliis diligentius expendenda relinquo. Inuenitur porro & QVINQVESTLL. Μυωπάζω. nam apud Suidam legitur ἐμυωπίασα:quod exp. ἄκρους τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐσχίσα. Sed ſuſpectum tamen redditur illud ἐμυωπίασα,iis quæ ſequuntur:videlicet,μυωπάζω γὰρ τὸ καμμύω : niſi hîc μυωπάζω reponendum eſſe dicamus.

AT VERO Μύωψ, à quo eſt verbū Μυωπίζω, inſecti genus eſt, quod bobus potiſſimum eſſe infeſtum traditur. A Gaza & Aſilus (ex Virgilio) & Tabanus redditur. Autor Geopon.lib.16, ὅτι ἐκφορτικὰς τοῖς βουσὶ οἱ μύωπες κατασκηνοῦσιν, ἰσμὸν. A Suida & Heſychio dicitur eſſe muſca quædā ἐρεθίζουσα τὰς βοῦς : (obſerua autem dici ab vtroque τὰς βοῦς potius quàm τοὺς βοῦς) ſed additur ab Heſ.καὶ πᾶν ζῶον ἐλαύνουσα· εἶσηρες μόγιον βουσῶ. Vt autem œſtrum metaphoricè quoque vſurpatur,tic & μύωψ. Ponitur & pro calcari quo vrgentur equi. apud Xenoph. ὅταν δὲ μάλιστα σπεύδῃ, παίσατω αὐτὸν τοῦ μύωπος. Quidam exp. etiam Flagellum. Sed & de minimo digito dici (qui alio nomine ὠτίτης appellatur) annot. v.l. Hinc VERB. Μυωπίζω, Calcari vrgeo, ſeu calcaribus. Xenoph. μυωπίζειν τε καὶ μαστιγοῦν τὸν ἵππον. Alibi μυωπίζειν καὶ παίειν. Apud eundem legitur & paſſ. vox itidem de equo qui calcari vrgetur. Alioqui μυωπίζεσθαι eſt item œſtro agitari. Particip.autem μυωπιζόμενος aliud etiam apud Heſychium & Suidam ſignificat, tanquam eam nominis μύωψ ſignificationem ſequens quam & Μυωπάζω ſequitur.

¶ Μυέω, ῶ,à proximè præcedente verbo μύω, ſequendo Euſtathium, vt paulo pòſt docebo.Eſt autem Μυῶ,Doctrina inſtituo,præſertimque ea quæ ad res ſacras ſeu diuinas pertiner. Quidā interpr.ex Euſebio l.2,De præpar. Honeſta bonāq; doctrina inſtituo. vnde dicta ſit Muſa. Sed hæc vocabuli Muſa deductio nimiū remota eſt. In v.l. redditur & generali verbo Doceo:ſed multo rectius interpretantur lexica Græcolat. quæ omnium prima fuerunt,Inſtruo in ſacris,Initio. Proprièenim μυῶ eſt Doceo ſacra,ſeu quæ ad ſacra vel ad deos pertinent,ſiue deorum cultum. Plut.in l. De exilio,de Eumolpo,ὃς ὢν Θρᾴκης μαντεὺς ἐμύησε καὶ μυεῖ τοὺς Ἕλληνας. Hinc PASS. Μυοῦμαι, Initior ſacris, Inſtituor doctrina quæ ad res ſacras pertinet. Ariſtoph.in Ran.ὅσοι μεμυήμεθα. Luc.in Scytha,καὶ ἐμυήθη μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρσις, δημοσίᾳ τελούμενος,ſacris initiatus eſt.Sæpe autē cum accuſatiuo,vt ἄρχια μεμύηται apud Herodotum. Ariſtoph.in Pluto,μῶν οὐκ ἐμυήθης ὦ αὐτοῦ τὰ μεγάλα; Sic τὰ μεγάλα μεμυημένος,item τὰ σμικρὰ,apud Plat.in Gorgia. Laert.in Antiſthene, ὅτι οἱ τὰ Ὀρφικὰ μυούμενοι, πολλῶν ἀγαθῶν ὦ ᾅδου μεταίχμιοι. Vſi ſunt & theologiæ Chriſtianæ doctores. Greg. τὸν ἐκεῖσε μυηθῆναι φωταγωγίαν. Damaſcen.autem dixit, ὦ τῆς θείας μεμυημένος γραφῆς, pro,à ſacris literis hoc edoctus. Neque enim Budæo aſſentior, dicenti μεμυημένος per ſe & ſine adiectione poſitum ſignificare eum qui doctus eſt in ſacris literis: deinde hunc Damaſceni locum afferēti in exemplum, τοίνυν τῇ ἀγαθοῦ τινὸς φύσει ὁ θεῖος Βασίλειος τετέλεσται φησὶν αὐτὸ καὶ πεπεῖσθαι, ὦ τῆς θείας μεμυημένος γραφῆς. Latius autem extenditur huius verbi ſignificatio,& à ſacris ad alia tranſfertur.Plut.εἰ πρεσβ.πολιτ.Τὰ ἀφ' ἑστίας μαντεῖον ἅπαν πολιτεύεται καὶ μυεῖται. Quinetiam μυεῖσθαι τὰ ἐρωτικὰ dixit Plato in Sympoſ.ταῦτα μὲν οὖν τὰ ἐρωτικὰ, ὦ Σώκρατες, ἴσως καὶ σὺ μυηθείης· τὰ δὲ τέλεα καὶ ἐποπτικὰ ἃ ἔστι

ὦ ὥστ' αὐτὰ.

Μυεῖν ex μύω factū eſt: quoniā τοῖς μύουσι neceſſe eſt μύειν τὸ στόμα ἢ μὴ ἐκφαίνειν ἃ μεμύηται,inquit Euſtath.

Μύημα, ατος, τὸ, q.d. Initiamentum : ab ea ſignificatione verbi Initiare, qua dicitur Initiare ſacris. Item,Quod docetur is qui ſacris initiatur. Arethas,τὸ ἐκφαίνειν καὶ ἀποφαίνειν τὴν ἀνθρωπίνην φύσει μύημα.

HINC Μύστης,ου,ὁ,Qui initiatur ſacris, ſeu initiatus eſt. Dicitúrque aliquis eſſe μύστης eius dei cuius ſacris initiatur,ſeu initiatus eſt. Redditur etiam Sacra diſcens, item Myſteriorum peritus.Heſych.exponit,ὁ τῶν μυστηρίων μεταλαβών. Plut.in Alcibiade, τοὺς δ' ἄλλους ἑταίρους παρεῖναι καὶ μυεῖσθαι, μύστας ἀποσκευαζομένους. vbi vides μύστας,ipſo teſte,eſſe τοὺς μυουμένους. Apud eundem in eiuſdem vita, ἱερεῖς δὲ καὶ μύστας καὶ μυσταγωγοὺς αἰτιαλεῶν. Vſi ſunt vocabulo Myſta & Latini quidam ſcriptores.

Μύστης,non ſolùm Diſcipul' & conſcius myſteriorū, ſed etiam μυσταγωγὸς apud Dionyſ.Areopagitam. Atque adeò hanc ſignificationem tanquā priorem Bud. huic nomini μύστης tribuit : at ego contrà priorem illam eſſe exiſtimo.

FOEMIN. Μύστις,ιδος,ἡ, Quæ initiatur ſacris, ſiue initiata eſt. Quidam μύστιδες apud Greg.interpr. Conſciæ myſteriis.Ab eodem μύστις poni αὐτὴ τῆς μυσταγωγοῦ,teſtatur Bud.hunc eius locum afferens, καὶ καινοτέρους ποιεῖται τῆς ὑφροσύνης, ἃς καὶ οἰκειοτέρας μύστιδας ἐπιποιεῖται : de ſupernis virtutibus & poteſtatibus. Affert & ex Sapientiæ c.8, μύστις γὰρ ἔδοξε τῆς τοῦ θεοῦ ἐπιστήμης,pro Initiatrix, vel dux & interpres. At μύστις μολπὴ Anthol.epigrām. lib.5, Myſticum carmen.

COMP.Συμμύστης,ου,ὁ,Iiſdem ſacris initiatus quibus alius ſeu alii,Socius alicui ſeu aliquibus in ſacrorū initiatione. Συμμύστης, Iiſdem ſacris initiati,inquit Bud. afferens ex Philopono, ἰδίᾳ δύο φίλους ἢ συμμύστας, ἅτε ταχέσιν ἔτι τοῦ αὐτοῦ ἐχθροὶ εἶεν, ἢ τῷ αὐτοῦ ἐρῶσι. In v.l. Συμμύστης, Conſors & ſocius diſciplinæ.(vbi diſciplinæ appellatio reſtringi debuerat,ſi quidem propria ſignificatio ſpectetur) Item Secretarius,ex Hiſt.eccleſ.lib.1.

Aliud COMPOS. Μυσταγωγὸς, οῦ, ὁ,vel ἡ, Initiator ſicut μύστης,Qui initiatur,ſeu Initiatus, ſacris videlicet. Ab Heſychio exponitur ἱερεὺς ὁ τοὺς μύστας ἄγων. Greg. ὁ μύστης ὢν ἀπείρου, ὁ μυσταγωγὸς ἰσχύων, παρεξηγούμενος τῷ ἀληθῶς, Initiatus & initiator: quaſi diſcipulus & præceptor. Ex eodem affertur, πατρὸς πατρὸς δαιμόνων καὶ πλάσεως καὶ μυσταγωγοῦ καὶ μύστου.

(Μυσταγωγὸς,eſt etiam is qui hoſpites ad ea quæ viſenda ſunt ducere ſolet:ſi fidem adhibemus Ciceroni, vel potius Ciceronianis exemplaribus. Legimus enim oratione in Verrem 4, Itaque iudices, ii qui hoſpites ad ea quæ viſenda ſunt ducere ſolent, & vnumquidque oſtendere,(quos illi myſtagogos vocant)conuerſam iam habent demonſtrationem ſuam. Nam vt antè demonſtrabant quid vbique eſſet,item nunc, quid vndique ablatum ſit,oſtendunt. Loquitur autem hic de Syracuſis : ideóque Syracuſanis peculiare fuiſſe hoc vocabulum in iſta ſignificatione, exiſtimare quiſpiam poſſit.Sed tamē μυσταγωγὸς in ſignificatione τοῦ ξεναγωγὸς accipi, donec alio teſtimonio probatum mihi fuerit, exemplarium hoc in loco fidem ſuſpectam haberenon deſinam.

Μυσταγωγία,ας,ἡ,Officium eius qui μυσταγωγὸς vocatur,vel Actio illa initiandi ſacris. Vnde redditur etiam Initiatio in ſacris. Quidam verò interpr.Initia,ex Cic.De legibus : quum tamen voci μυστήρια potius conuenire hæc interpretatio videatur. Greg. τὰ τῆς μυσταγωγίας ῥήματα.

Μυσταγωγέω, ῶ, Initio ſacris, Myſteria doceo,ſeu ſacra. Greg. de transfiguratione Chriſti loquens, ἀλλὰ ὅτι τὸ ὄρος ἀνῆλθεν, καὶ ἥλιον φανὸν δίκην γένηται, μυσταγωγῶν τὰ μέλλοντα,Myſticè docens futura,vt Bud.vertit. Sic in iſto loco,ὅταν καὶ Γίγαρτα τοῦ οἴκου καὶ τοῦ καπνοῦ καθεῖδον ἢ πάλιν ἔξοδον μυσταγωγοῦντες πλεῖα τὸν μύστην, particip. μυσταγωγοῦντες reddit Myſticè docentes.

Μυστήριον,ου,τὸ, Myſterium, ſeruando vocem Græcam, vna littera excepta. Redditur etiam Arcanum ad aliqua ſacra pertinens. In vulg.lex. malè redditur ſimplicites

Arcanum. ſi quidem prima & propria eius ſignificatio ſpectetur. Sed additur, Myſterium ſub quo arcani aliquid latet, quódque non perficitur niſi occulta aliqua ſacrorum ratione, Res arcana occultáque, quámque nefas eſt vulgo efferre, Res arcana & paucis cognita, neque communicanda niſi initiatis. Quæ poſtrema interpretatio paulo cæteris tolerabilior videtur, præſertimque ſecunda. quum aliqua res arcana occultáq; eſſe poſſit, & eiuſmodi quam nefas ſit vulgo communicare, nihil minus tamen quàm myſterii nomine appellanda. Quidam interpr. Initium, ea videlicet ſignificatione à qua eſt verbum Initiare, quum dicitur Initiare ſacris & Initiatus ſacris: ſed pluraliter potius dici Initia, ideóque hanc vocem interpretationi pluralis aptiorem eſſe exiſtimo. Sed ne Cicero quidē voce Myſterium vti dubitauit. Herodian. lib. 8, καὶ ναῦν φυλάσσοντας τὸν πρωτοπλοῦν ὅρκον, ὃς ὅτι τῶν Γερμανῶν ἀρχῆς σημεῖόν μυστήριον, id eſt, Seruato etiam militari iureiurādo: quod eſt vnū Romani principatus myſteriū ſanctiſſimum, vt vertit Polit. Idem verò alibi μυστήρια non Initia ſimpliciter, ſed cum adiectione Initia Cereris interpretatur: lib. 3, οὐδὲν μὴν ἧττον ἀπὸ τούτου τῆς τῶν παλαιῶν παιδείας τῶν ἡμαίτων ἐν πᾶσι διάφορος ἡ μυσταγωγία τῆς παντυχίδος ὅτι πλείοσιν ἐκείνοις μυστηρίοις ἔχαιρον. Nā hæc poſtrema verba vertit, Peruigilia ad formā Cereris initiorū. Quidam ann. fuiſſe myſteria duplicia apud Eleuſinē, magna, Cereri ſacra: parua, Proſerpinæ. Qua de re lege ſcholiaſtem Ariſtophanis. Plutarchus De exilio, μυστήρια ἐν Ἐλευσῖνι διαπέμπεσθαι. Pauſ. lexicogr. apud Euſtathium quædam Cereris myſteria quæ τὰ μικρὰ dicebantur, vocata fuiſſe ἐν Ἄγρᾳς dicit, quòd ibi celebrarentur. Sed generalius vſurpari hæc vox ſolet ſine adiectione: ſic tamen vt alicubi ſubaudiri debeat. Thucydides lib. 6, pag. 206, καὶ τὰ μυστήρια ἄμμα οἱ πάντες ἐν οἰκίαις ἐφ' ὕβρει. Paulo pòſt autem ἐν μυστικὰ dicit.

Μυστήριον apud Paulū apoſt. τὸ ἀπόῤῥητον ἢ ἀκουσμα ἢ ἀγούμενον, inquit Chryſoſt. Redditur alicubi Sacramentum à vet. interprete, vbi potius reddi debet Arcanum, aut Myſterium: vt ad Epheſ. capite 1, γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ, patefacto nobis myſterio voluntatis ſuæ, ſeu arcano. At vet. interpr. Vt notum faceret nobis ſacramentum voluntatis ſuæ. Sic epiſt. eiuſdem c. 5, τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν, idem perperam vertit ſacramentum. (Alibi contrà rectè reddit Myſterium) μυστήρια tamen & pro ſacramentis à Græcis theologis alicubi vſurpari ſciendum eſt.

Μυστηριώδης, ους. ὁ & ἡ, Cui ſubeſt myſterium, Qui ſit cum aliquo myſterio, Myſticus. Plut. de loquacitate, καὶ τὸ ἄγαν καὶ τὸ μυστηριώδες τῆς σιωπῆς. Vbi potius ſubſtantiui μυστήριον locum obtinet. Item Μυστηριώδεις σποδαί apud Pollucem, idem eſſe videtur quod μυστηρώδεις. Affertur & VOX TERTIA Μυστηρίδες, ex Epigr. μυστηρίδες παῖδες: quæ etiam pro μυστηριώδεις accipi exiſtimatur. Inuenitur præterea ADIECT. Μυστηριακὸς apud ſchol. Ariſtoph. vbi Bud. eſſe ait Arcanus, Secreta regens.

Μυστικός, ὴ, όν, Myſticus, Cui ſubeſt myſterium, vt reddidi μυστηριώδης. Apud Poll. μυστικαὶ ὑμέραι. Greg. καὶ ἅμα μυστικός τις καὶ ἀπόῤῥητος ὢν ὁ λόγος. Item compar. gradus apud Luc. τὰ γὰρ Αἰγυπτίων μυστικώτερα ὅτι μὲν ἀσπαστὰ, συμβολικώτερον δὲ ὑπεδείξατο. Et ἐν μυστικὰ, quæ & μυστήρια, apud Thucydidem. Hinc ADVERB. Μυστικῶς, Myſticè. Cum myſterio. Greg. ὡς οὖν ἔστιν ἃ τῶν ἐξ Ἐφεσίων τυπικῶς μὲν παρ' ἐκείνοις πλημμέλημα, μυστικῶς δ' ἡμῖν ἀπόκρυφα ἁμαρτήματα.

COMPOS. Μυστιπόλος, SIVE Μυστηπόλος, quaſi μυστικὰ πολῶν, ſiue ὁ περὶ τὰ μυστικὰ πολούμενος, id eſt αἰσχροφόρμιος: vt à Suida expon. ὁ περὶ τὰ μυστήρια αἰσχροφόρμιος. (ſed perperā apud eum ſcriptum eſt μυστιπόλος cum π) vnde de ſacrificō ſeu ſacerdote dictum inuenitur. Nōnunquam verò pro Myſtico vſurpatur: in qua ſignificatione ex Nonno affertur. Sed & μυστιπόλος ἡμέρα ex eodem pro die ſacro, ſeu feſto. Ex Anth. Epigr. μυστιπόλος Apollo: ἰτē μυστιπόλῳ φόρμιγγι. Inde & VERB. Μυστιπολεύω quod ex eodē poeta affertur pro Celebro. ATVERO Μυστιφόρος quod exponitur Ferēs myſteria, ſecundū hanc expoſ. vel pro μυστιφόρος vel pro μυστηριοφόρος dictum videri queat. Inuenitur ETIAM Μυσταγώγιον, ſed à μύστης potius deductum. Nam μυσταγώγια dicitur οἶκος ab Ariſtoph. in Nub. Domus quæ myſtas recipit. Loquitur autem de Eleuſine.

Nomen Μυκτὴρ, de quo nunc agendum eſt, à verbo μύζω deriuatur, ſi Euſtathio credimus: quod μύζω exponit πλὴν φωνὴν τὴν μῦ ταυτοῦ ἀκροωτῶ, item μεμυκέναι χείλεσι πρὸν ἦχον δῶ τῆς ῥινὸς ἀποπλῶ. Etymologus autem vult eſſe dictum à μύξω, (pro quo minimè dubito quin reponi debeat illud ipſum μύζω) vel ἀπὸ τοῦ πλὴν μύξαι δι' αὐτῆς ἐξιέναι. aut etiam ἀπὸ τῆς μύξας πιαὶς ἐφ' ἑαυτῆς ἔχει, id eſt πόρους. Verùm vt hic μυκτὴρ deducitur à μύξα, ita viciſſim μύξα deducitur à μυκτὴρ, in iis quæ ibi proximè ſequūtur. Dicitur enim μύξα eſſe appellata ἀπὸ τοῦ ἀπὸ τῆς μυκτῆρος ἐκκρίνεσθαι. Ego de μυκτὴρ & μύξα, necnon de μύζω, quoniam eòdem pertinēt, vno eodémque loco agere volui, lectori interim, ex iis quæ de illis dicam, ferendum de ordine iudicium relinquens.

MYKTHP, ῆρος, ὁ, Naris. Galen. ad Glauc. lib. 1, καὶ γὰρ ἔστ' ἐξ ἀρίστου μυκτῆρος ἔστ' ἂν ἀξιοῦ ῥυῆναι τὸ αἷμα, χαλεπὸν μὲν ἴδειν ὂν τῷ εὐπρεπίσαι ἀσχημόνημα. Idem, τοὺς μυκτῆρας ὀπλαμβάνειν, nares obſtruere. Apud Ariſtot. De anim. hiſt. l. 1, ὑπὸ μυκτῆρων αἰσθάνεσθαι. A quibuſdam μυκτὴρ exponitur etiam Meatus odorandi: quoniam nare odoramur ſeu olfacimus. vnde nare ſagaci eſſe, metaphoricè etiam dicitur. Huc pertinet μυκτῆρας ὀρθοῦσθαι, apud ſchol. Ariſtoph. Xen. in Sympoſ. οὐδὲν γὰρ τῷ εὐφραίνεσθαι ἥττων ἐστὶν ὁ πόνος ἡμῖν ῥῖνας οἰήκοι. οἱ μὲν γὰρ σὺν μυκτῆρας ἂν γλῶ ἐρῶσιν, οἱ δὲ ἡμοὶ αἰσπάσασται, ὥστε πᾶς τις ἐπὶ τοῦτο ὁρμᾷ φορεῖσθαι. Apud eundem μυκτῆρας ſunt & equorum: quos μυκτῆρας dicit illos ἀρωμένων μᾶλλον quam iraſcentium.

Μυκτὴρ, Naſus. vt, ἐστὶ γὰρ ὁ μυκτὴρ διχόθεν, in duas partes diuiſus eſt naſus. Plut. Sympoſ. lib. 2, quæſt. 1, εἰς δὲ δεκάδας μυκτῆρος ἢ στόματος ἄχθονται συναλλάττοντες. Niſi enim pro naſo acciperet, μυκτήριον potius dicturus fuiſſe videtur. Greg. μυκτὴρ ὕβρεως πάθος καὶ ἀλαζονείας. Plerunque certè per metaphoram vſurpatus, quam ſequitur verbum μυκτηρίζω. Talis autem ineſt & nomini naſus, (quem Plin. tradit nouos mores ſubdolæ irriſioni dicauiſſe) veluti quum legimus apud Martialem, Naſutus ſis vſque licet, ſis denique naſus. Hinc Naſo ſuſpendere, & Suſpendere naſo adunco, apud Horatium, μυκτηρίζειν. Luc. Ad dicentem, Prometh. ἐγὼ μή τις εἰρωνείας οὖν καὶ μυκτῆρας εἶναι τὴν Δίκην φορεῖν ἀξιώσῃ τοῦ ἐπαίνου. Quanuis autem Lucianus hic εἰρωνείας & μυκτῆρας coniungat, legimus tamen apud Pollucem non εἰρωνείαν, ſed ipſum εἴρωνα vocatum à quibuſdam fuiſſe μυκτῆρα. Eius verba ſunt, καὶ τὸν εἴρωνα τινὲς μυκτῆρα καλοῦσι. Interdum verò μυκτὴρ talem vſum metaphoricum habere videtur qualem Gallicè habet vox ei ſignificatione reſpondens: veluti quum dicimus, *Il y a du nez*: vel contrà, *Cela n'a point de nez*. Talem certè aut parum diſſimilem vocis μυκτὴρ vſum apud Plutarchum obſeruare me memini.

Μυκτὴρ, Proboſcis elephantis. Ariſtot. De part. anim. lib. 2, διόπερ αἱ καμήλοι τῶν ἄλλων αἱ μὲν τὸν μυκτῆρα, αἱ δὲν τὸν αὐχένα διὰ μῆκος ἔχουσι μακρόν· ὁ δ' ἐλέφας τὴν πρόσθεν, μυκτὴρ

ἐστὶ δ'

ἔστι τὸ μεγάλοις ῥῖς ἐλέφασι.

De nominis μυκτὴρ derivatione dicã & in Ἀπομύττω.

ADVERB. Μυκτηρόθεν, E naribꝰ, in Anthol. Epigr.

Μυκτηρίζω, Naſo ſuſpendo, Subſanno, Irrideo. Paſſiua voce vſus eſt Paulus, ad Gal. cap. 6, θεὸς οὐ μυκτηρίζεται. Hinc VERBALE Μυκτηρισμός, οὗ, ὁ, Subſannatio, Irritio. Pollux Lyſiam verbo μυκτηρίζειν pro μυσάττεσθαι vſum eſſe teſtatur, ἀπὸ τῆς μυκτῆρας ἐκτείνουσαι τὸ διαχρᾶσθαι. Sed vulgatæ Pollucis editiones ita ſcriptum habent eum locum, Μυκτηρίζειν δ' Λυσίας. καὶ τὸ μυσάττεσθαι, ἀπὸ τῆς μυκτῆρας ἐκτείνουσαι τὸ διαχρᾶσθαι. Vbi perperam poſita eſt puncti nota poſt nomen Λυσίας: quũ nulla omnino interpunctione ibi ſit opus: vtpote Polluce volente exponere non verbum μυσάττεσθαι, (quod ab hoc loco planè alienum eſt) ſed μυκτηρίζειν per illud μυσάττεσθαι, & relinquẽte ſubaudiendũ verbũ ἔστι: perinde ac ſi dixiſſet, μυκτηρίζειν δ' Λυσίας ἔστι καὶ τὸ μυσάττεσθαι. Subiungit autem, vnde ſeu quò reſpiciens, hanc τὸ μυσάττεσθαι ſignif. verbo μυκτηρίζειν tribuerit. Ἀπὸ τῶν, inquit, ὦ μυκτῆρι ἐκτείνουσαι τὸ διαχρᾶσθαι. At nõ animaduerſum quod de puncti nota ſuperuacanea dico, quẽdam alioqui doctiſſimum virũ in errorẽ impulit, vt putauerit à Polluce tradi de verbo μυσάττεσθαι, quod de μυκτηρίζειν ab eo traditur. COMP. Ἐκμυκτηρίζω, idem: ſed præpoſitio aliquã vim ſignificationi addere videtur. Redditur etiam Dicteriis inceſſo. Eius itidẽ VERBALE Ἐκμυκτερισμός pro μυκτερισμός ponitur. At verò COMP. Ἀντιμυκτηρίζω eſt Viciſſim naſo ſuſpendo, ſeu Viciſſim ſubſanno, vel irrideo: τὸν μυκτηρίζοντα μυκτηρίζω.

Inuenitur ETIAM Σμυκτὴρ pro μυκτὴρ, ſi Heſychio credimus. σμυκτὴρ, inquit, ὁ μυκτήρ. Fuerit igitur ſuperuacaneum σ hi, ſicut in σμικρὸς pro μικρὸς, & quibuſdam aliis nominibus. E quorum numero eſt & VOCAB. Σμῶς, apud eundem lexicographum.

De Μυξα & Μύττω.

De Μύξα & de Μύττω nunc dicam, ſicut me dicturum ſum pollicitus: quoniam videlicet eòdem quò & μυκτὴρ, quod ad ſignificationem attinet, pertinent. Nam ab illo μυκτὴρ deriuata etiam eſſe, minimè credere poſſim: potiúſque Euſtathio aſſentirer, à μύζω deducenti. Afferam tamen & tertiam quandam derivationem (vbi de compoſitis à μύττω agam) nominum μύξα & μυκτὴρ, quæ magis vtraque illarum mihi placet.

Μύξα igitur eſt Humor ex naribus fluẽs, Mucus, Mucor. Heſiod. τῆς δὲ μύξαι ἰῶσι μύξαι ῥέον. Poll. τὸ μὲν μυκτὴρ τῆς ῥινός, i. naris, ſeu naſi, eſſe μύξαν Hippocrati, κόρυζαν autẽ Atticis, tradit. Μύξα (inquit Gorr.) dicitur ab Hippocr. humor pituitoſus, lentus & albus. Is in partibus exanguibus, oſſibus & cartilaginibus, colligi cõſueuit: quum ad eam imbecillitatẽ peruenerint vt alimẽtum ſuum nequeant cõcoquere. Aliquanto pòſt, Quanuis autem humor ille qui μύξα vocatur, eiuſdẽ planè generis ſit cũ eo quem βλέννας ipſe etiã Hippocr. appellare cõſueuit, differunt tamẽ, quòd μύξα dicatur ille propriè qui eſt in articulis, aut in ſpatiis internis continetur: βλέννα verò, qui è cerebro per palatum & nares deſcẽdit. quãuis Gal. lib. 8, De vſu partiũ, quam antiqui βλέννας & κόρυζας dixerunt, à iunioribus μύξας vocari, ſcripto prodiderit. Hæc ille. Μύξα eſt etiã humor ille & velut mucus qui in oſtreis & teſtudinibus viſitur. vnde μύξα κοχλιῶν apud Gal. Μύξα (inquit Euſt.) οὐ μόνον περίπωμα τῶν ζώντων, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ὑπόστασις, ἣν ἔχει τὸ ὑγρὸν τὸ ἀπὸ τῶν ὀστέων. Vſurpatur μύξα & de lucernæ ellychnio: vnde λύχνος dictus eſt δίμυξος, vel πολύμυξος: vt mox docebo. At PLVRAL. Μύξαι de naribus apud Soph. dictũ inuenitur. quæ vocantur ETIAM Μυξῶπες, VEL Μυξητῆρες. vtraque enim ſcriptura apud Gal. extat: ſed illa prior multo certior eſt. quum apud Poll. quoque, Dioſcor. necnon Herodot. extet. τῆς δ' ἰνὸς μέση (inquit Pollux) τὰ μὲν κοιλώματα, ἃ τὸ αἷμα, μυκτῆρες, μυξωτῆρες, ἐκπύματα. Apud Herodot. διὰ τῶν μυξωτήρων, per nares. Dioſcor. διὰ μυξωτήρων διαχωρεῖ. Gal. autem non illã ſolùm ſcripturam per η habet, ſed & alteram. Nam legitur quidem apud eum, διὰ μυξητήρων αἱμορραγίας ἐπάγων: item, ὑγρὸν πολὺ καταρρέει διὰ μυξητήρων: ſed alibi μυξωτήρων eius exẽplaria habent. At SINGVL. Μυξωτὴρ exemplum nõ affertur: neque tamen dubitari de illo poteſt.

Quod verò attinet ad cætera vocabula quæ ex nomine μύξα ſunt deriuata, ea duorum ſunt generum. Quædam enim ad μύξα pertinẽt habens ſignif. cui primum locũ dedi: quædam vero pertinere dicenda ſunt ad μύξα quod metaph. de lucerna vſurpatur. Ad prius illud μύξα referẽdũ eſt NOMEN Μυξώδης, εος, ὁ & ἡ, quo ſignificatur interdũ Mucoſus. i. Muco abundans: interdũ Muco ſimilis. Gal. τῶν ἧπαρ μαλακὸν ποιῶν καὶ μυξώδη τῷ χύλῳ τὴν σύστασιν. Idẽ, De part. anim. l. 2, ἔστι δὲ ὁ τοῖς ζώοις ποικὰ τὰ ἐξω χονδρώδη, ὁ ὅσοις διαφέρει μαλακὸν ᾖ καὶ μυξῶδες τὸ σύστημα. διὰ τὸ ἀφυμενίδιλον σάρκα. In omnibus articulis (inquit Gorr.) mucoſum quendã humorẽ videre licet, vt inde & motio prõptior & articulus iniuriis minus eſſet obnoxius: quòd quæ ſicca ſunt, abrumpi in motionibus facile ſoleant. Eámque ob cauſam vertebrarũ vincula μυξώδη Hippocr. lib. De artic. appellauit. At μυξώδης ſignificãs Muco ſimilis, apud Dioſcor. extat. Pertinet ad prius illud μύξα & VERBVM Μυξάζω, quod exp. κορυζῶ. i. Muco abũdo, Nares muco plenas habeo. Eòdẽ pertinẽt (accipiendo μύξαν generaliter pro muco) etiam duo piſciũ NOMINA, Μυξῖνος ATQVE Μυξάριον: niſi potius de eodẽ piſce dici exiſtimanda ſunt: nimirũ de minuto mugile, ſiue capitone, vt quidã tradunt. Nonnulli verò Μυξάριον, quod apud Marcum Aurelium nomen piſcis eſt, de ſaperda ſeu ichthyocolia dici volũt. Μυξῖνον autẽ memi nit Athen. & poſt eum Euſt. & quidem ex ipſo. Sed perperam in v. l. ſcriptũ eſt Μύξινος. Apud Athen. lib. 7, non procul ab eo loco vbi mentio fit μυξίνου, (ſed μυξῖνος apud eum ſcriptũ eſt, non μυξῦνος, vt apud Euſt.) habetur ETIAM Μυξὶς, de piſce. Eſt tamen aliud apud Suid. quem vide. At verò ad poſterius μύξα. i. illud quod de ellychnio lucernæ dicitur, pertinent COMP. Δίμυξος, ET Τρίμυξος, ET Πολύμυξος, cum nomine λύχνος. Atque vt Δίμυξος exponitur in Indice, Duo habens ellychnia, ſic Τρίμυξος exponi debet Tria habens ellychnia, & Πολύμυξος, Multa habẽs ellychnia. At quidam exp. δίμυξος λύχνος, Lucerna apta ad ferenda duo ellychnia: eodemq; expoſ. genere & in cæteris vtuntur.

Μύξα, ων, τὰ, Prunorum ſpecies Galeno & Dioſcoridi incognita: Actuario, Ptello & Aetio frequẽs, ad compeſcendas febres, leniendas pectoris aſperitates, ſedandas tuſſes & vrinæ difficultates, quas bilis aut aſtus excitarit. Eius arboris ligno cortex dicitur eſſe albus, ramus virens, folio rotundo, amplo, fructus in racemo dulcis, & candido lentore plenus, cum interiore nucleo quaſi oliuæ ſiccatur. Ex eo lentore mucoſo videtur illi nomen inditum fuiſſe: ſed per diminutionem appellatur ETIAM Μυξάριον. Vulgò *Sebeſten* dici videtur. Hæc Gorr. In v. l. annotatur μύξα & μυξάρια apud recentiores Græcos medicos eſſe minora prunis damaſcenis, nucleo intus triangulari. afferturque ex Paulo Ægin. lib. 7, Μύξα, δένδρου καρπὸς ὅμοιος μικροῖς μήλοις κυδωνίοις, δυνάμει δὲ ἀκροδρύοις. Alterum verbum, de quo poſt Μυκτὴρ me dicturum promiſi eſt ILLVD Μύττω, VEL Μύσσω potius. nam Μύσσω prius eſſe quam Μύττω, nemo, vt opinor, negauerit: & ita Μυττὼ ex Μύσσω factum eſſe vt ἀρέττω ex ἀρέσσω, vt μαλάττω ex μαλάσσω, vt ταράττω ex ταράσσω, atque vt alia propè infinita ττ in σσ Atticè mutauerunt. Eſt autem Μύσσω, ſeu Μυττὼ, Mungo, Emungo, Mucum naſi extraho. Sed rarus eſt ſimplicis vſus, atque adeò nullum eius exemplum affertur: at COMP. Ἀπομύσσω, SIVE Ἀπομύττω, non itidem infrequẽs eſt. Ammian. lib. 2 Epigr. titulo εἰς διαλῆς, pag. 141, meæ editionis, Οὐ δύναται τῇ χρεὼ Πρόκλος τιὼ μὴν ἀπομύσσειν. Τῆς ῥινὸς γὰρ ἔχει τιὼ χόανα μικροτέρα. Plato De rep. lib. 1, κορυζῶν τε καὶ ἀπομυττόμενος, καὶ οὐκ ἀπομύξας διὰ μέσου. Et paſſ. Ἀπομύττομαι, Emungor, Mungo me. Xenoph. αἰσχύνη, ὦ γύναι, καὶ τιὼ θεὼ Πέρσας χρὴ ἀποπτύειν καὶ ἀπομύττεσθαι. Idem in Sympoſ. ἀπομύξαντό τι καὶ τῇ χειρὶ σπασάμενος κλαίειν ἐφάνη. Apud Ariſtoph. extat particip. vocis mediæ Ἀπομυξάμενος: in Equitibus, Ἀπομυξάμενος ἐμοὶ δοκεῖς τιὼ κατὰ σοῦ ἀπολῶ. At verò βεβλεχὼς ἀπομυττόμενος, dictum prouerbia-

le eſt, apud Plut. Sympoſ. lib. 2, ὁ δὲ φάσκων, μεμνήμεθά σου τῷ βαρχίσαι ἀπομυττόμενον, ἔσκωψε. Quod dictum Euſtath. referens, vtitur τῷ ἀπομυσσόμενος, cum σ: ſimul etiam addens quid ſpectauerit is qui hoc dixit. eius verba ſunt, ἐξ ἐκείνου δὲ (nimirum ἀπὸ τοῦ μύζειν) καὶ κοινὸς ἀπομύσσεσθαι. οὗ χάριν ὁ τοῦ, πατὴρ τοῦ αἰσχύνεσθαι ἀπομυσσόμενος, ἀφ' ὧν μὴ ἔχει δηλαδὴ τὸν νοῦν τῇ χρείᾳ ὁ χολούμενος ἐφ' ἁλίσκεται. Sic apud Cornificium, vel autorem rhetorices ad Herennium, (quicunque is ſit) Quieſce tu, cuius pater cubito ſe emungere ſolebat.

Ἀπομύττω, eodem ferè modo quo Emungo à Terentio vſurpatur, vbi dicit Emunxi argento ſenes. Nam ſi Polluci credimus, ἀπομύττω capitur apud Græcos comicos pro ὅτι κύριόν ἐξαπατῶ. Euſtathius poſtquam docuit λύμφους appellari τὸν ἀπεγγίας μύξαι ἀπὸ τῶν μυκτήρων, ait inde factum vt fatuum hominem vocarent λύμφον. nam, inquit, pro fatuis habebant eos quibus mucus è naribus flueret. vnde & ἀπομύξαι πᾶ dictum fuit pro ἐξαπατῆσαι. i. decipere. Hel ἀπομύττειν exp. nō ſolùm ἐξαπατᾶν, ſed & γελοιάζειν. Luc. dixit τὸν κόρυζαν ἀπέχειν.

HINC EST Ἀπομυξία, de eo quod emungendo detrahimus. vnde Heſych. plur. ἀπομυξίας exponit ἀκαθαρσίας. Facit autem hoc verbale vt NOMEN Μύξα itidem ex Μύττω vel potius Μύττομαι, factum eſſe, atque adeò (quod nō minus mirum alicui fortaſſe videbitur) NOMEN Μυκτὴρ eādem originem habere ſuſpicer. vt videlicet hoc ex tertia perſona ſing. præteriti, illud ex fut. vel aor. ſit formatum. & μυκτὴρ ſit pars corporis quā quis μύττει: μύξα quod aliquis ἐκ τῶν μύξαι detrahit.

Alia ſunt duo COMP. Ἐπομύττω ET Προμύττω. Sed Ἐπομύττω cum μυκτηρίζω conuenit, vt quidem in v. l. exponitur. videlicet Subſanno, Strepitu narium flocci-facio. Προμύττειν autem eſt Promittere ellychnium, & Lucernam emungere. vt inquit Cam. Poll. habet ἐκμύξαι λυχνοῦν, & vſurpari ἐν τῇ κωμῳδίᾳ ſcribit. Apud Ariſtoph. tamen in Veſpis legimus ἐκμύσσειν λύχνον.

Vbi de verbo Μύζω egi, non dixi de ea ſignificatione qua ponitur pro Sugo: quam ſequitur Μυζάω. ideóque hîc iterum de verbo illo differam, ſed ita vt hanc duntaxat ſignificationē alibi conſultò prætermiſſam, ſimulque illa quæ ipſam ſequuntur, explicem.

Μύζω, Sugo. Xen. Expedit. Cyri, lib. 4, ἔδει δέ, ἅτε δι' ὕφους, λαβόντα εἰς τὸ στόμα μύζειν ὡς καλάμους. Sed eſt & alia lectio, videlicet μυζῆν, à THEMATE Μυζίω, ab: quam habet Suidas. qui alioqui nō ſolùm μυζῶ, ſed μύζω quoque exp. θηλάζειν, λείχειν. Afferrque & iſtum locum, ὁ δὲ Δημοσθένης, φάρμακον ἔχων ἐπὶ τῷ σφυγμῷ δεῖ, μυζήσας ἀπέπτυσε. Inuenitur & COMP. Ἐκμυζίω, ὦ, Exugo, Sugo. Alex. Aphrod. Probl. lib. 2, τὸν σίφωνα ἐκμυζοῦσιν, ἕλκουσι τὸν οἶνον. Luc. in Timone, ἅπας καὶ μυελὸς ὠφέλει, ἐκμυζήσαντες καὶ πίνειν. Sed hoc ἐκμυζήσαντες non minus à themate ἐκμυζάω eſſe poteſt: atque adeò hinc potius eſſe puto, vt docebo paulo póſt.

Μυζάω, ὦ, idem quod μύζω ſiue μυζίω, Sugo. Vtitur autē hoc verbo μυζᾷν Euſtath. vbi vocabulum ἀπομυζουσας exp. vt videbis tomi 2, col. 1541.

Μυχὸς inter derivata à nomine νὺξ ponendum fuiſſet, ſi verum eſt quod Etymologus tradit, fieri ex νυχὸς genitiuo illius nominis νὺξ, vertendo vnam literā σίγμα Ζολον in aliam, id eſt ν in μ. vt μυχὸς ſit ὁ ἐνδότατος καὶ σκοτεινὸς τόπος. Eſt autem hic genitiuus νυχὸς regularis quidem, id eſt quem regularis analogia poſcit: ſed inuſitatus tamen, quique locum ſuum ceſſerit alii, videlicet νυκτός. Neque tamen, ſicut etymum illud, quod ad cætera attinet, admitti poſſe videatur, illius inuſitati genitiui cauſa reiici debet: quum & alia quædam derivata videamus non declinationem eam ſiue declinationis terminationem quæ vſitata eſt, ſed illam quam analogia poſceret, ſequi. Verùm ſi nunc quoq; diuinandi libertatem concedere mihi auderem, à μῶς potius deductum eſſe μυχὸς dicerem: arq; vt iocoſa diuinatio illa eſſet, adderem μυχὸς dici quaſi μυὸς οἶκος, mutata tenui in aſpiratam. Multas quidē certè ab Etymologo derivationes afferri dico, non iocante itidem, ſed ſeriò loquente, quæ multo minus non ſolùm veræ, ſed etiam veriſimiles eſſe poſſunt.

ΜΥΧΟΣ, ὑ, ὁ, Penetrale, Intimus locus, ſiue Intima pars, Receſſus. Apud Homerū μυχὸς δόμων locus domus ſeu pars domus quæ eſt ὀνδοτάτω, vt docet Euſtath. Apud eundem poetam, necnon apud Eurip. Medea, μυχὸς ἄντρου, Receſſus antri, ſeu ſpeluncæ: cui Ouidius itidem receſſum tribuit. Conuenitque optimè quod de propria nominis μυχὸς ſignificatione traditur, cum epithetis quæ antro dari ſolent à poetis: vocantibus nimirum abditum, item cæcum, necnon obſcurum: vt alia huiuſmodi omittam. Communis autem eſt huius nominis vſus ſolutæ orationi cum carmine. vt ὁ μυχὸς τῆ λιμένος, apud Thucyd. (ſed ante illum μυχοὶ λιμένος Hom. dixerat) Et πάντας τοὺς γῆς ἓς μυχούς, Ariſtid. Et μυχὸς τῆς Ἑλλάδος, Plut. Apud Luc. autem ὁ μυχὸς τῆ νηὸς, in ima nauigii parte, In imo nauigii, vel in fundo. ſicut μυχὸν τῆς σκηνῆς idem dixit, ὁ Ζῆνος ὁ μυχὸς τῆς σκηνῆς διέφυγε. Idem dicitur & κόπος.

Μυχὸς, Sinus. vt μυχὸς Ἀδριατικὸς, Sinus Adriaticus, apud Polyb. & Strabonem, qui paſſim ita vtitur. Sed & aliam nominis Sinus ſignificationem habere poteſt μυχὸς: veluti ſi apud Lucianum Ἑλλάδος ὁ μυχὸς vertas In ſinu Græciæ.

COMP. Ἐκμυζάω, ὦ, idem quod ἐκμυζίω, Exugo. Homer. Iliad. ο, Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ ἔλκος ὀδυνήφατον ἐξέπιον πικρὸς ἰοὺς, Αἷμ' ὀκμύζησας, ἐπὶ δ' ἤπια φάρμακα οἶδας Παίων. vbi exponitur ἐκμύσας, ab Euſtathio quoque: qui paucis interiectis addit, μυζᾷ δέ πως ὕπνος καὶ γάλα ἐκ θηλῆς: item μυζᾷ δὲ καὶ μυελοί πως, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα. Idem paulo ante vſus fuerat participio ἐκμυζῶντας. Itidem ἐκμυζῶντα legimus apud Dioſcoridem, cum alibi, tum in loco quem afferam in Ἐκμύζησις. Atque adeò illud ἐκμυζήσαντες ex Luciano allatum, hinc potius quàm ab Ἐκμυζίω eſſe puto. Habemus autem illud VERBALE Ἐκμύζησις pro exuctione, (id eſt ipſa exugendi actione) vel ſuctione, ſeu ſuctu, ex eodem Dioſcoride, ἐφ' ὅσον πλεῖστον ἰσχύουσι, ἐκμύζει ἡ δι' ὧν τὸ σῶμα ἐκμύζησις δεῖ δὲ μὴ ἄσιτον τὴν τοῦ ἐκμυζῶντα.

SVPERL. Μυχαίτατος, ET Μυχάτατος, Penitiſſimus, Intimus, pro μυχάτατος. Hoc apud Homerum, illud apud Ariſtot. extat, in lib. De mundo, vbi ſcribit, τῇ Γόργυρι τὸ μυχαίτατον, Μαιῶνες καλοῦσι.

C. Εἰσίμυχος, ν, ὁ, vide in Indice.

Μυχιος, α, ὁ & ἡ, VEL Μυχαῖος, Qui eſt ἐν μυχῷ, vel Qui venit ſeu erumpit ἐκ τοῦ μυχοῦ. Redditur Intimus, item Abſtruſus. Ariſtot. De mundo, πνεύματα εἰς μυχίους σύριγγας γῆς παρεξωθοῦν, ſpiritus qui in abſtruſos quoſdam terræ atque cæcos meatus ſe inſinuarit. Ex Apoll. lib. 2, πνεύμασι μυχίοις, flatibus occultis. At μυχαῖος minus eſt vſitatum: cuius exemplum in vulg. l. affertur, μυχαῖος στρατιώτης, qui dicitur eſſe ὁ ἐκ βάθους αἰσθόμενος. Additúrque, καὶ ἄπορον πεῖσαι, μυχαῖον ἱππόφοιτον λέγοντα. ſed hæc abſque autoris nomine.

Μύχατος, poeticè, idem. vt ἐκ μυχάτων σπλάγχνων, in Anthol. epigr. Ex imis viſceribus, ſeu intimis. Apollon. Argon. 1, μυχάτῃ ἐνὶ κρυφῷ καλιῇ, In intima domus parte, In penetralibus domus. Sic μυχάτης θαλαμοπόρος εἴσω, apud Phocylidem. Legimus & apud Oppian. De ven. lib. 3, Οὐδὲ ἔπειτ' μυχάτοισιν ἔχει δόμοις πέρματα πήγης.

Μυχὲ, pro μυχὸς: vt legimus apud Suid. μυχαὶ Herodoto etiam παλαιόφατος & πεποιημένον.

Nomen Μῶμος (de quo nunc verba faciam, simúlque de iis quæ ab eo deriuata sunt) quam originem habeat, nondum apud vllum ex Græcis lexicographis aut scholiastis legi, quod quidem meminerim. Sunt autem & scriptura & significatione valde affinia μῶμος & μῶσις: adeò vt vel eandem ambo originem habere, vel vnum ex altero factum esse, verisimile iudicari possit. Quòd si vnum ex altero factum esse dicatur, verum illud sit, non minus dubium fuerit. siquidem hoc tantùm constat, multo maiorem apud Græcos scriptores esse vsum huius nominis μῶμος & deriuatorum, quàm nominis μῶσις & eorũ quæ inde deducta sunt. Iam verò & hoc controuersum esse possit, vtri μῶμος prior locus dari debeat, nimirum an illi quod est nomẽ appellatiuum, an contrà ei quod est proprium. ego appellatiuum potius priore loco constituendum esse censui.

Μῶμος, ου, ὁ, Dedecus, Probrum, Infamia, Ignominia. Vel Vituperatio, Reprehensio. Homer. Odyss. β, Τηλέμαχ' ἰφθίμων ὦμος ἄεθλα φέρει, μῶν ἑκητι, Ἠμὲν ἀοιδῶν; ἡδὺς δὲ καὶ μῶμον ἀνάψαι. Ab Hesych. μῶμος exponitur ψόγος, itidemque breuium scholiorum autor μῶμον illo in loco exponit ψόγον. Sed VOCAB. Μῶμαρ ab eodem lexicographo dicitur esse μάμψις, & ὄνειδος, item αἶσχος. Quod postremum vocabulum αἶσχος optimè conuenit cum participio αἰσχύων, quod in illo Homeri loco eadem de re dicitur de qua & μῶμος. Vsurpari autẽ à Lycophrone nomen illud μῶμαρ, tradit Eustathius. Verùm hic silentio prætereundum non est quod de voce Momar apud Festum legimus: Siculos videlicet momar vocare stultum. Ad μῶμος autem vt redeam, (vnde esse factum μῶμαρ constat, quemadmodum μῶχαρ ex μῶχος) poeticum potius est quàm oratorium. atque adeò vbi solutæ orationis scriptores eo vtuntur, de homine potius quàm de re ab illis dici existimo, (de qua significatione mox differã) sic tamen vt de re quoq; vsurpatum alicubi inueniatur. veluti in isto Plutarchi loco in Polit. præceptis, λέγοντος ὁ ἑαυτῆς χρυσὸν ἔχει, ἀδιάφθορον καὶ ἀκίνδυνον καὶ ἄχαστον ὑπὸ φθόνου καὶ μώμου πρὸς.

Μῶμος, Latine itidem Momus, deus quidam reliquorum omnium deorum irrisor & reprehensor. Luc. in Hermotimo, ὁ γοῦν Μῶμος, ἀνήκεστος, εἶναι, ἃ πάντα ἐπάσατο τοῦ Ἡφαίστου. Idem in lib. De hist. scrib. καὶ ὁ νόμος λέγει, ἀλλ' οὐχὶ ὁ Μῶμος, μωμήσασθαι δύναται. Cui planè simile est istud Platonis dictum, De repub. lib. 6, pag. 77, οὐδ' αὖ ὁ Μῶμος (ἔφη) τὸν γε τοιοῦτον μέμψαιτο. Ab eodem variis in locis huius dei fit mentio. De eo differit & Erasmus in prouerbio, Momo satisfacere: quò te remitto. In Anth. epigr. lib. 2, mentio fit & cuiusdam μώμου συγγράφου: vbi grammatici dicuntur esse Μώμου συγγράφου πύκα σῆμα τὸ πάντων, Τελχῖνες βίβλων, Ζωίλοι σκύλακες. Dicitur porro μῶμος & quicunque deum illum imitatur, eodémque modo ficta hominum, quo ille deorum, irridet. (Nisi fortè μῶμος de homine dictum prius quàm de illo deo fuit) vt apud Aristotelem legimus iunctum cum nomine ἥρως: vbi scribit, μώμου καὶ ἡρώων σημεῖον. quo in loco redditur derisor.

C. Μωμοσκόπος, ου, ὁ & ἡ, Qui reprehensoris animo obseruat, seu considerat. itidémque VERB. Μωμοσκοπῶ, Reprehensoris animo considero, vt exponit Bud. apud Gregor. Nyssenum, in lib. De homine, vel potius in præfatione, ita scribentem, ἡμεῖς δ' αὖ εἰκότως ὑπὸ ξυνοίκοις δόξαιμεν τοῖς μωμοσκοποῦσιν, ὡς οὐ χορηγεῖται τὸ μικρολογεῖσθαι τῆς καρδίας ἡμῶν τῇ καθηγεμονίᾳ τῶν ἐφίλων. Affert verò & pass. vocem ex Chrysostomi comm. in epist. ad Rom. διὸ χρὴ πανταχόθεν μωμοσκοπεῖσθαι τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον. quæ scribuntur ab eo vbi enarrat hæc Pauli verba, παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν τῷ θεῷ. In v. l. habetur duntaxat nomen illud μωμοσκόπος, quod exp. Curiosè obseruans reprehendenda.

C. Ἄμωμος, habes in Indice.

C. Παναμώμητος, Qui est omnino ἄμωμος. quod ἄμωμος in Indice explicari dixi. In v. l. redditur Omni culpa & reprehensione vacans.

C. Φιλέμωμος, ου, ὁ & ἡ, Qui vituperationis seu reprehensionis est amator, Qui libenter vituperat seu reprehendit. Pro eodem dicitur φιλόψογος: sicut μῶμον dixi exponi ψόγον. Exponitur etiam Reprehensor & Maledicus, à Budæo, sicut & φιλόψογος. vtroque autem vsum esse Platonem tradit.

Μωμάομαι, ωμαι, VEL Μωμάομαι, ωμαι, Vitupero, Reprehendo, vel Derideo. Hom. Il. γ. — Τρῶαί θ' ἑλίκωπες ἐπιστενάχοντο ἕκαστα Πῶσι μωμητὸν εἶναι. Luc. De hist. scr. ἢ ὁ νόμος, ἀλλ' οὐχὶ ὁ μῶμος, μωμήσασθαι δύναται. Possunt autem hæc vel à μωμάομαι vel à μωμάομαι deduci. Illius vsus est in hoc prouerbiali dicto, πᾶσι μωμᾶσθαι ῥᾴδιόν ἐστιν ἠμεμᾶσθαι. Quod dictum aliqui & per aoristum infinitiui exprimitur, hoc modo, πᾶσι μωμήσασθαι ῥᾴδιόν ἐστιν ἠμεμῆσθαι. Sed olim hoc potius modo efferebatur μωμῆσθαι ὡς μᾶλλον ἠμεμῆσθαι. quæ verba ferarium versum efficiunt. Manauit autem hoc prouerbiale dictum ex Theognide fortasse: apud quem extant hi versus, Μωμεῦνταί δέ με πολλοὶ μάτην καὶ οὐδέν· καὶ οὐδεὶς Μεμφέστερος ἀνδρῶν οὐδενὶ πάντων ἔστιν. Qui etiam locus aperte illud μωμάομαι primæ coniugationis comprobat: quum fit μωμεῦνται pro μωμάονται, non pro μωμέονται. Verùm afferrur etiam μωμᾶ ex Aristoph. in Auibus. Νὴ τὸν Διόνυσον δῆτά γε μωμᾶ ταυτάγι. vbi μωμᾶ exponitur ψέγεις.

HINC Μώμημα, Reprehensio, Irrisio, Sanna. Vel potius, Dictum ipsum quo aliquem reprehendimus, seu irridemus. q. d. Reprehensorium dictum, vel irrisorium. In v. l. μωμήματα exponitur Segmenta, Ramenta & additur, ψήματα: quasi verò ψήματα (quo Hesychius exponit illud μωμήματα) idem significet quod ψήματα: ac non sit à ψήχω, sicut ψήματα. quo ide lexicogr. exponit μωμητά. Atque vt verbale ὠμημα est à prima persona præteriti, sic à tertia sunt duo VERBALIA, Μωμητὸς ET Μωμητός. Est autem Μωμητής, Vituperator, Reprehensor, Irrisor: qui aliquoties dicitur potius μῶμος. At Μωμητός, Vituperabilis, Vituperatione seu reprehensione dignus, Cui contrariam significationem habet COMPOS. Ἀμώμητος, ου, ὁ & ἡ, de quo consule Indicem.

COMPOS. Ἐπιμωμάομαι, VEL Ἐπιμωμάομαι, idem quod μωμάομαι seu μωμάομαι, de quibus dictum modò fuit. Potest tamen dici præpositio ὅτι significationem augere. HINC Ἐπιμωμητής, idem quod μωμητής, Vituperabilis, Vituperatione seu reprehensione dignus, apud Hesiodum.

¶ Μωμιαῖος, de ea dentium molarium parte quæ gingiuæ proxima est. Cam. ex Polluce, In vtraque maxilla æquales & similes siue oppositos dentes numerari oportet: vt suprà & infrà, quatuor πρίονες & duos caninos. Sed μύλαι sunt latiores, quas duplices vocat Plinius. Harum igitur & partibus nomina Græci indiderunt. quæ enim gingiuæ proximi sunt, μωμιαῖοι dixerunt: quæ cibus manditur, βρύγμα: quæ concaui sunt, ὀλμίσκοι.

Quæ traditur vocabuli Μωρὸς, quo stultus significatur, etymologia, videri stulta itidem posset (vt certè multas habet Etymologus quæ hoc nomine dignæ iudicari possint) nisi Eustathii quoque testimonio confirmaretur. Is enim de huius vocis accentu loquens, vult μωρὸς dictum esse quasi μώορος, vel potius inde factum esse: ideóque magis rationi consentaneum videri vt μῶρος, propter crasin quam patitur, scribatur, circunflexa priore syllaba, quàm μωρὸς oxytoné. Meminitque huius derivationis tanquam minimè cõtrouersæ, duobus in locis. Etymologus itidẽ, quum scribit μωρὸς dictum esse παρὰ τὸ μὴ ὁρᾶν, ad illud μώορος respicit: sed addit, τὸ συμφέρον. Præcedit que apud eum hanc deductionem alia, secundum quam μωρὸς à nomine ὦρος, significante φρονήσεις, originẽ habere dicendum fuerit, præfixa videlicet particula μὴ, deinde facta syncope: vt sonet μωρὸς perinde acsi diceretur ὁ μηδὲν φροντίζων. Neutra certè etymologia mihi satis placet: si tamẽ alterutram eligere oporteat, illam qua μῶρος quasi μώορος dictus traditur, longè prætulerim.

ΜΩΡΌΣ, VEL Μῶρος Atticè, Stultus, Fatuus. A Aristoph. Nubibus, Καὶ πῶς, ὦ μῶρε σύ, καὶ χρονίων ὄζων, καὶ βικκισκλίων. Apud eundem in Ranis, — μώρους λαοῖσιν ὧδε Φρυνίχου τραφέντας. Sic verò & apud Sophoclem atque Euripidẽ μῶρος pleraq; exemplaria habent πρὸ ὀλίγου ἰδών. Vnde etiam confirmatur quod de Attica illa scriptura modò dictum fuit. Sed argumẽtum quo nititur Eustathius ad asserendã hanc scripturam, non satis firmum est. Cur enim μῶρος tanquam ex μώορος per crasin factum esse dicemus, ideóq; magis consentaneam rationi hanc Atticam scripturã B esse quàm alteram censebimus, quum Atticos ἡμεῖς itidem pro ὅμιλος, & ἱππῖμος pro ἵππιμος, necnon ἐρῆμος pro ἔρημος, dicere, vbi nulla eiusmodi ratio afferri potest, sciamus? Apud Matth. cap. 25, virgines μωραὶ oppo nuntur ταῖς φρονίμοις: vbi μωραὶ redditur Fatuæ. Cæterùm aliquid etiam dicitur esse μωρὸν, seu μῶρον. vt legimus apud Euripidem, μῶρος γὰρ μῶρος λέγει. vel, μωρὸς & μωρὸς, vt alii codices habent. apud Sophoclem in Aiace, pag. 35, meæ editionis, — μῶρός μοι δοκεῖς φρονεῖν. Sunt autem ipsius Aiacis ad Teucrum verba. Μωρότερος C gradu comp. in prouerbio, Μωρότερος Μορύχου, Stultior Morycho. Cæterùm vt hic Morychus inter μωρους celebratus fuit, sic & aliquot alii: nimirum Μιλτιάδης, & Κόροιβος, & Μαργίτης, & Μαμμακύθης, & Σαΐνας, & Ἀμφιτρύδης, & Πολύωρος. Quibus addi potest & Βυτταλίων ex schol. Aristoph. & ex Suida. Sed vnũ ex istis nominibus propriis, NIMIRVM Μαμμακύθους, appellatiuum aliquando esse existimatur, & de quolibet stulto seu fatuo dici. Affertúrque in exemplum hic Aristophanis locus in Ranis, Τίους δ' ἀζηλιτρώτους Κιχηνίης D μαμμακύθους Καὶ Μιλτιάδας καθήπτω. Sed quod de nomine Μαμμακύθης, idem & de NOMINE Μιλτιάδης dicendum fuerit, (hunc quidem Aristoph. locum sequendo) nimirum de quolibet stulto itidem vsurpari. Nec verò dubium esse debet quin & reliquorum vnumquodque eundem vsum habere queat: sed nominatim de NOM. Σαΐνας & de NOM. Κόροιβος id testatur Eustath. nimirum his nominibus quemlibet μωρὸν appellari: scribẽs, ἐκεῖθεν (nimirum ex veteribus) τὸν μωρὸν οὐδαμοῦ σαΐνας καλοῦσιν, ὡς ἀπὸ κυρίου ὀνόματος· καί φασί τινες Κορυβάντων ἕνα εἶναι τὸν Θεοδαμάντειον Σαΐναν. Quibus subiungit, ἐξ οὗπερ δὴ καὶ Κόροιβόν τινα ἀποκαλοῦμεν μαίνεσθαι τινὰ Κόροιβον ἀνόητον Μυγδόνα, Φρύγα τὸ ἔθνος, ὅτανπερ ἐξ ὑπερτύμων ἀφαιρῶμεν τὸ Περάμου δι' ὀλίγων. Obserua autem, quod ad nomen Sannas attinet, hinc esse sumptum à Latinis vocem Sanna, item Sannio: sed & verbum Subsannare, ex illo nomine Sanna sumptũ, quidam vsurpasse. Probus tamen sanniones à sanna significãte os distortũ cum vultu, dictos existimauit: Nonius à sãnia. Sed suspicor reponendũ esse sannis. Cæterùm & hanc ipsam vocem μῶρος in Latino sermone vsurpatam habemus, mutatis duntaxat literis Græcis in Latinas vnà cum terminatione. Legimus enim apud Plautum in Trinummo, Ita est amor, balista vt iacitur, nihil sic celere est, neque volat, Atque is mores hominum moros & morosos efficit. Hìc enim moros nemo (vt opinor) aliter accipiẽdũ dixerit quàm pro μωρικός. Apud eundẽ extat compositũ Morologus: vt docebo in Μωρολόγος. Iam verò & verbum Morari prima longa, ab hoc μωρὸς deductum, aut certè à verbo μωραίνειν, quod ex isto nomine factum est. Vtitur autem illo Morari Nero apud Tranquillum: vbi hæc scribit, Certè omnibus rerum verborúmque contumeliis mortuum insectatus est, modò stultitiæ, modò sæuitiæ arguens. Nam & morari eum inter homines desiisse producta prima syllaba iocabatur, multáque decreta vt insipientis atque deliri pro irritis habuit. Hìc non dubium est quin verbo Morari significationem Græci μωραίνειν dare voluerit, de quo dicetur aliquanto póst. At nomen Morio, quod & ipsum hinc ortum est, longè præcedentibus vsitatius est, sed apud minus veteres Latinæ linguæ autores. Neque enim prisco seculo tales homines quales sunt ii qui moriones appellati postea fuerunt, tanto honore digni putabantur vt vnusquisque principum seu magnatum aliquos etiã eorum in comitatu suo atque adeò in deliciis haberet. Bud. diminutiuum esse existimauit hoc nomen Morio, & factum ex Græco μωρίων. ita enim scribit, Μωρὸς Græcè stultus dicitur, vnde DIMINVT. Μωρίων, quo etiam Latini vtuntur. Sed donec aliquod vsus nominis μωρίων exemplum apud idoneum autorem inuenero, an verum sit quod Bud. scribit, dubitabo.

Μωρὸς, Cuius gustus est fatuus, siue insipidus. Dioscor. lib. 4, ῥίζαι γινόμεναι μωραί. vbi quidam interpr. Radices gustu fatuo: quidam, Radices sapore insipido.

Μῶρος, nomen proprium, in Anthol. Epigr.

C. Μωρολόγος, ου, ὁ & ἡ, Morologus, cum Plauto: Stultiloquus, Qui vel quæ stulta seu inepta loquitur, aut etiam loqui solet, Qui insulsè blaterat. Aristot. ἔστι δὲ ὁ μὲν πολυλογὸς οἷός ἐστι κἀν, οἷον περιττολογῇ, λέλει καὶ μωρολογεῖ. Plautus autẽ in Pseudolo composito pro simplici vsus est, dicens, Sermonibus morologis vti. id est, λόγοις μωροῖς χρῆσθαι.

Hinc NOMEN Μωρολογία, ας, ἡ, Stultiloquium, Plauto. Quidam vsi sunt & nomine Stultiloquentia. Redditur etiam Stultus sermo, seu fatuus, vel ineptus, item Ineptiæ. Vtitur Paulus apost. epist. ad Ephes. c. 5, vbi redditur Stultiloquium.

Item VERBVM Μωρολογέω, ῶ, Stulta loquor, seu

inepta,aut insulsa,Insulsè blatero,seu ineptè,Stulta deblatero. Plut. μωρολογῖς ὦ Διονύσιε. Quidam apud Athen.libro 6, Τίτλας δὲ τὴν καὶ αἰσχρὰ μωρολογοῦντα. Archestratus apud eundem lib.4, cum accusatiuo, ὁπόσοι τὰδὲ μωρολογοῦσι. A

C. Μωρόσοφος,ν,ὁ,& ἡ, Stultè sapiens. Vel,Fatuè salsus,Insulsè sapiens:aut, Ex stulto & sapiente concretus. Vel, Inter stultum & sapientem anceps. quæ interpretationes sunt Budæi, afferentis hoc vocabulum ex Luciano. Sed addit,videri ab eodem accipi pro eo qui sapienter desipit: hoc est, qui se dissimulat, & stultum simulat. Addit autem & VERBVM Μωροσοφῶ (nescio an à se fictum, an ex aliquo scriptore Græco depromptum) quod vertit Stultè sapere. Equidem & NOMINE Μωροσοφία posse nos haud minus quam illo μωρόσοφος vti,dubium esse non potest. Erit autem μωροσοφία,Stulta sapientia. B

C. Μωρόσυκος, vide in Μῶρον.

Μωρότης,ητος,ἡ,Stultitia,Fatuitas. sed vsitatius est μωρία.

Μωρία, Stultitia,Fatuitas. Eurip.Medea, Τύπτει μαζῶν μωρίαν ἐφιππάζειν. Demosth.Philipp.3,ἀλλ' εἰς ταῦτ' ἀφῖχθε μωρίας,ἢ δυσβουλίας,ἢ οὐκ ἔχω τί λέγω. Apud Herodot. μωΐην πολλὴ λίγλη,(est autem μωΐη Ionicè pro μωρία)ad verbum Stultitia est dicere. Sed Græcum illud genus loquendi melius Gallico interpretabimur. Omnino enim tale est apud nos, C'est une folie de dire cela. C

Μωρία de moro arbore,vide in nomine Μῶρον quo morum significatur.

Μωρῶς,Stultè,Fatuè. Pollux hoc aduerbium λίαν ἀπαλῶς esse ait,postquam ἀληθῶς, αἰσθητῶς, aliàque ad eandem significationem pertinentia attulit.

Μωρωσις, ωσεως,ἡ, Stultitia,Fatuitas,Stoliditas. Sed medicorum potius quàm aliorum est hoc vocabulum, de vitio memoriæ & mentis. Nam(vt quidam annot.) si solius memoriæ iactura sit, iam ληθαργικὴ dicitur: si mentis solùm,τυφωνία:si vtriusque,μωρωσις. Vide vocabulorum medicin. lexicon à me editum, pag. 415. Est μωρωσις,(inquit Gorr.) deficiens seu infirma motio facultatis ratiocinatricis. Ad eam quidem facultatem propriè pertinet fatuitas: non tamen reliquæ principis facultatis actiones integræ sunt,sed pariter imperfectæ.nam & parum aptè imaginantur,nec probè meminisse solent fatui, quippe qui cerebrum non habere vulgò dicantur. Atque ita rem se habere declarat Paulus Ægineta lib.3,cap.11, scribens dici μώρωσιν, quum & ratio & memoria malè fuerint affecta, & ab iisdem causis eam fieri à quibus & memoriam & rationem læsi contingit. Similiter & Aetius ex Rufo & Galeno scribit μώρωσιν esse,quando vnà cum memoria etiam ratio periit. Quibus quidem autoribus ἡ μώρωσις non est simplex affectus,sed rationis primùm,deinde verò & memoriæ. In causa habetur vel minus idonea decénsque cerebri conformatio,vel frigida intemperies, aut frigidus aliquis & pituitosus humor in cerebro collectus, vel medicamenta quæ foris imposita caput modicè refrigerant. Neque enim μωρώσεως causa tam vehemens magnàque est quàm τῆς ἀνοίας,quæ eiusdem facultatis abolitionem priuationémque significat. Eo enim discrimine ἄνοια & μώρωσις distinguuntur. Iam verò differt ἡ ἄνοια ἀπὸ τῆς παραφροσύνης,quòd(vt scribit Galenus) illa quidem abolitio sit, hæc verò functionis ratiocinatricis aut imaginatricis etiam deprauatio:quódque, vt ait Aetius, ἡ μώρωσις ἀπόλυσις λίγλης καὶ παραφοσύνη: delirium autem(quod & λῆρος & παραφροσύνη vocatur)non seruata rerum consequentia alium alii sermonem implicet qui nihil ad rem faciat:& delirium quidem vt plurimum senibus, μώρωσις autem & pueris & adolescentibus & reliquis ætatibus à morbo accidat. C D E F G

Μωρωσὸς, Qui mente prorsus est alienatus.ὁ πρὸς διάνοιαν παντελὴς πεπηρώς, Hes. H

Μωραίνω,Stultè ago,Stultè me gero:vel Stultus sum,Desipio,Ineptio,Deliro,Moror,vtĕdo verbo Suetoniano, vel potius Neroniano, apud Suet.in loco quem antea protuli. Apud Senecam autem legitur etiam Fatuari. Eurip.Medea,Καὶ τῶνδε μὴ λίαν μωραίνῃς,γύναι· Λέξασα γὰρ ὀργὰς,κερδανεῖς ἁμείνονα. Luc.ζ οὐ μωραίνεις ὦ Πλάτων ὑπὲρ μεθόδου ὢν τοῖς τύποις στασιάζεις. Interdum μωραίνω accusatiuo iungitur: idque duobus modis. Alicubi enim pro μωρολογῶ, alicubi pro μωρὸν ποιῶν vsurpatur. Pro μωρολογῶν, in hoc Euripideo versu, Οὐδὲν σοφιστοῦ τοῦτο μωραίνει πλέον.quod Euripidis dictum aliquot locis à Plutarchò affertur. Alterius autem vsus exemplũ apud Paulum apostolum extat, 1 ad Cor.epist.cap.1, οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τοῦτου; vbi vet.interpres ἐμώρανεν vertit Stultam fecit, quidam verò Infatuauit. Apud eundem legimus & ἐμωράνθησαν, à passiuo ΤΗΕΜ. Μωραίνομαι: epist. ad Rom. cap.1, φάσκοντες εἶναι σοφοί, ἐμωράνθησαν, Quum se profiterentur esse sapientes,stulti facti sunt. Vel, Ad stultitiã redacti sunt. I

PRAET. Μεμωρασμένος, Redditus fatuus,seu stultus,aut stupidus, seu stolidus. Aristot. Hist.anim.lib.9, πολὺ δὲ αἰσχίων ὅταν τις λάβηται τὸ ἄκρον τῆς οὐρᾶς, (ἔστι δὲ ὀβελίσκος) αἱ ἄλλαι ἵστανται ὡς μεμωρασμέναι, βλέπουσι εἰς οὐδέν. Quem locum Bud. affert postquam dixit μωραίνομαι esse Stupesco,vel Stolidus fio. At in v.l.scriptum est perperam Μεμωσμένος vnico μ: nec satis aptè expositum Stupidus,perinde acsi nomen esset,non partic.passiuũ. AT VERO Μεμωρωμένον apud Hippocr.aliter exponitur: nimirum,quod μώρωσιν inducit menti: item, τὸ ἀναίσθητον.id est,quod sensu caret.Quid autem sit μώρωσις,non multo antè explicatum fuit. Vide & locum Galeni de hac voce,in lexico vocab.medicin.pag.415. J

Μωραίνεσθαι pro Infatuari,id est Fatuum seu insipidũ reddi: apud Matth. cap. 5, ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται; vbi vet.interpr. vertit, Si sal euanuerit, in quo salietur? Alii autem reddunt, Si sal infatuatus fuerit. Redditur etiam, Si desipuerit, item Si insipidus factus fuerit. Illud certè verbum Infatuatus significatione conuenit:si modò apud Martialem betas fatuas exponere possumus insipidas.Marcus pro μωρανθῇ habet ἄναλον γένηται. Sequitur autem hoc μωραίνεσθαι eam nominis μωρὸς significationem qua prò fatuo seu insipido vsurpari à Dioscoride,paulo antè docui. K

C. Οἰνόμωρος, vide Tomi 2,c.1351.

C. Ἀπομωρεύω, vide in Indice.

¶ Μῶρον, Morũ. Inuenitur tamẽ & aliter SCRIPTVM Μόρον, & quidem in pluribus etiã locis. Apud Hesych. legitur μόρεα,quod exp.συκάμινα. Sed hanc scripturam retellit, & μῶρεα reponendum esse ostendit,alphabetica series: quum vocabulum illud inter μόνυχα & μωραίνει positum sit. Itidem verò voce COMPOS. & Συκόμωρον ET Συκόμορον inuenitur. Dicitur ETIAM Μωροσυκέα VEL Μορόσυκα. Et ARBOR Μωρόσυκος, SIVE Μορόσυκος: sicut Συκόμορος vel Συκόμορος. Celsus lib.3,cap.18, Sed quum Græci morum sycaminum appellant,mori nulla lacryma est:sic verò significatur lacryma arboris in Ægypto nascentis, quam ibi morosycon appellant. Sed alia exempl.habent sycomoron. Hic autem non tacebo quantam in veteribus exemplaribus Testamenti noui varietatem scripturæ repererim, in huius arboris nomine, Lucæ cap.2. Ibi enim quædam συκομωραίαν vel συκομορίαν per ω,quædã συκομοραίαν vel συκομορέαν habebant. (Loquor autem de iis exemplaribus ex quorum collatione editum fuit à patre meo Testamentum illud nouum, grandibus literis) Ego certè, siue per ω siue per ο scribamus, ε malo quàm αι. Sed μῶρον itidémque deriuata inde per ω scribenda esse, Plinii autoritate probari posse videtur: quippe qui sapientissimã arborũ vocans morum, ad nomen,tanquam per antiphrasin, & ex aduerso (vt alicubi ipse loquitur)impositum, respexisse dici fortasse queat. Cæterùm quum Dioscor.lib.1, cap.181,sycomorum nonnullis eandem esse scribat quæ & sycaminus dicitur: sycaminum tamen exponit morum.quæ etiam Galeni sententia est lib.2 De alimẽtis,cap. de sycaminis. Atque adeò paulo pòst singulari capite de sycomoris disputat,quas inter ficum arborem & morum medias collocat: indéque nomen ipsis arbitratur esse positum:non autem(vt Dioscor.scribit) διὰ τὸ ἄτονον τῆς γεύσεως,id est,propter ineffi cacem gustum: quasi fatuã ficum dixeris. Hæc autem quæ ab autore nouissimæ M

interpretationis Teſtamenti noui annotantur hîc de appellatione huius arboris, nimirum ita eſſe dictam quaſi fatuã ficũ: illi per ea ſcripturæ patrocinãtur. Subiungit verò iſta, Eandem ipſam arborem (quam etiam, veluti non admodum frequentem, Galen. in Alexandria ſe vidiſſe ſcribit) dictionibus inuerſis Celſus moroſycon appellat. Quare quum certò apud Galen. ſcriptorem tum doctiſſimum, tum diligentiſſimum, conſtet ſycaminum diuerſam eſſe à ſycomoro, Eraſmi ſententiam non recipio: vt qui perperam annotaſſe videatur eandem eſſe quam συκομωραίαν infrà cap. 19, appellat Lucas. Propius enim vero eſt, quum diuerſis nominibus vtatur Euangeliſta, diuerſas quoque arbores notari: & hac quidem VOCE Συκάμινος morum ſignificari, (quam opinionem vetus etiam interpres ſequutus eſt) συκόμορον verò vel συκομωρέαν, eam quæ inter ficum & morum media eſt, quocunque tandem à Latinis nomine appelletur: quanquam Plinio ficus Ægyptia ſit.

Affertur ETIAM Μωρέα pro moro arbore, ex Plut. in vita Themiſt. ATVERO Μώριον dicitur eſſe tertium mandragoræ genus, & ita vocari quòd μωρῶς reddat eos qui comederint. Heſychius μώριον herbam quandam eſſe ait qua vtuntur ad philtra.

Quum à nomine Νάρκη traditur deriuatum verbum Narkῶ, illud Νάρκη de piſcis potius quàm de morbi appellatione intelligendum eſt: vt ex iis quæ de illo dicam, patebit. Ideóque de ναρκῆ quo piſcis ſignificatur, verba primùm faciam. Quod autem ad etymum attinet, nihil de illo vſquam reperio: ſi autem diuinationem meam (aliter enim nominare non poſſum) in medium proferre mihi licet, ex particula νη & verbo ἀρκῶν originem habere dico. Quã tamẽ etymologiã melius ei nomini ναρκη quod morbo tribuitur, quàm ei quod piſci datur, conuenire non immeritò quis dixerit: ſed, ſi nomini piſcis prior locus concedatur, illum ab effectu hãc appellationem nactum eſſe, reſpõderi poterit.

NÁPKH, ης, ἡ, Torpedo, piſcis. Ariſtot. De hiſt. anim. lib. 9, cap. 37, non procul ab initio B ἔστιν ἡ νάρκη ναρκᾶν ποιοῦσα ὧν ἅπτεται μᾶλλον ἰσχύουσα, τῷ ἔχειν ἐν τῷ σώματι λαμβάνουσα, τρίφεται δύπις. Quæ Gaza ita vertit, Torpedo piſces quos appetit, afficit ea ipſa quam ſuo in corpore continet, facultate torpendi: atque ita retardos præ ſtupore capit, & veſcitur. (Illud autem ἔστω meritò hîc ſuſpectum fuerit) Paucis interiectis ſubiungit Ariſtot. ἡ δὲ νάρκη φασὶ δεῖ καὶ τοῖς αἰθοῦσι ποιῆσαι ναρκᾶν. His addendum eſt quod apud Plutarchum legimus in lib. De prud. anim. τὰς δὲ νάρκας ἴσμεν C δι' οὗ τινος λίνου διώκομεν, ἐμπεσοῦσας αὐτὰς ἀκροχειρίσασθαι, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς σαγήνης βαρύνεται ναρκώδη ταῖς χερσὶ τὸν αἰσθανόμενον ἐμποιοῦσαι. Cum his porro conuenit quod ab aliis ſcribitur, hunc piſcem torporem illum etiam διὰ μηρίνθου & διὰ ξύλων tranſmittere. Alexand. Aphrod. Probl. lib. 1, ἡ θαλασσία νάρκη διὰ τῆς μηρίνθου τὸ σῶμα ναρκοῖ id eſt, Torpedo marina torporem per funiculum corpori inducit. (vbi animaduertendum eſt, adiici θαλασσία) Euſtath. λέγεται δὲ (φασὶν) ἡ νάρκη τὸ ζῷον τοῦτο D ἀπ' αὐτῆς διώκομεν καὶ διὰ ξύλων διαπεμπόμεθα, ποιοῦσα ναρκᾶν τοῖς ἐν χερσὶν αὐτοῦ ἔχουσι. Tale eſt quod Plinius de hoc piſce ſcribit l. 32, c. 1, Quin & ſine hoc exẽplo per ſe ſatis eſſet ex eodem mari torpedo: etiam procul & è longinquo, vel ſi haſta virgáve attingatur, quãuis præualidos lacertos torpeſcere, quamlibet ad curſum veloces alligari pedes. Legimus apud eũdem, lib. 9, cap. 42, Nouit torpedo vim ſuam, ipſa non torpens: merſáque in limo ſe occultat, piſcium qui ſecuri ſupernatantes obtorpuere, corripiens. Quæ ad verbum propè ex Ariſtotele tranſtulit, ſcribente in eodem vnde & præcedentia protuli loco, [illegible] δὲ εἰς τοῦ ἅμμου καὶ τὸ λοιπὸν λαμβάνειν δὲ τὸ ὑπολειφθὲν ὅσον ἀπὸ ναρκώσεως ὑπερῴδημα τοῦ ἰχθύος. Cæterùm vt νάρκη θαλασσία dicitur ab Alex. Aphrod. cum adiectione, ſic quoque apud Platonem eandem adiectionem habemus, in Menone, καὶ δοκεῖς μοι πολλοὺς (οἱ δοῦ τι ἐν σπουδῇ) ἐμοὶ εἶναι τὸ τοῦτο εἶδος καὶ ταῦλα, ταύτην τὴν πλατεῖαν νάρκην τὴν θαλασσίαν. καὶ γὰρ αὐτὸν τοῦτον ἀεὶ ναρκαζόντα καὶ ἀπορίαν ναρκᾶν ποιῶ· καὶ νῦν δοκῶ μοι τοιοῦτόν τι πεπονηκέναι ναρκᾶν.

Dicitur ETIAM Νάρκα, ſicut νάρμα, vt tradit Euſtath. E aliorum tamen teſtimonio nitens, hunc Menandri locum afferentium, ὑπολάλησή τι μου νάρκα τις ἔλαιον τὸ Νάρμα. Sed hoc in verſu minimè piſcis eſt nomen: cuius verſus teſtimonium ex Athenæo deprompſiſſe illum puto. Sed Alexandrum Trallianum hanc eandem terminationem huic nomini dediſſe ſciendum eſt. Apud Oppianum autem habemus νάρκα in accuſandi caſu: De venat. lib. 3, Δίξηλοῦ ὑπὸ χεῖρα φέρει αἰθυια λίσπα Νάρκα βολὼ, τὴ πάντα λύει ὑπὸ γουνάτα θηρῶν. Exiſtimo autem eſſe talem metaplaſmum in hoc accuſatiuo νάρκα qualis in quibuſdam aliis vocabulis apud poetas ſpectatur.

Νάρκη eſt etiã Torpor. Redditur etiam Stupor. Ariſtophanes Veſpis, ἡ πόδ' ὡς σφῶν νάρκη μου κῷ τῆς χειρὸς καταχεῖται; Piſcis νάρκη dicitur & ipſe νάρκην inducere, vt in præcedentibus videre eſt: ſunt alioqui & aliæ eius cauſæ. Νάρκη VEL Νάρκωσις, (inquit Gorr.) Torpor, ſeu Stupor: eſt ſenſus motúſque diminutus neruoſarũ partium. Symptoma eſt tactus non exquiſiti in partibus ſenſu præditis, ſed debilis, cum motu pariter debili & languido. Galen. initio lib. 2, De ſympt. cauſis, inter deprauati motus ſymptomata recenſuit, quæ naturæ & morbo communia exiſtũt, hoc eſt, quæ citra naturæ operam fieri non poſſunt. Eſt enim ſtupor ex morbo & facultate miſtum ſymptoma, ita vt morbus quidem vrgeat, ſed facultas aliqua ex parte reluctetur. Quo fit vt quibus membrum aliquod ſtupidum eſt, ii quicquid tetigerint, obſcuro & hebeti ſenſu percipiant, neque perfectè & ſine dolore moueri poſſint. Si nanque morbus virtutem prorſus ſuperet, nullo modo corpus vel partem eius ſtupore correptam ſuſtinere poterit: ſin virtus vincat, nulla in re laborabit: at ſi veluti pugna quædam ſit, mouebitur quidẽ membrum, ſed ægrè. atque ſi iubeas, vt quum læſum membrum extendunt, ipſum extenſum ſeruent, nequeunt: ſiquidẽ propter ſuſtinentis virtutis imbecillitatem, naturali pondere deorſum decidit. Vt autem in motu, ſic & in ſenſu media dubiáque affectio eſt, eo non prorſus extincto, ſed admodum obſcuro & hebeti. Ex quo patet ſtuporem ab apoplexia & paralyſi differre, in quibus propter cauſarum magnitudinem ſenſus motúſque in totum abolentur, quum in ſtupore aliqua tãtùm ex parte minuantur. Paulo pòſt, Sunt autem torporis plures cauſæ. ac in primis quidem refrigeratio ab intemperie aut frigidis medicamẽtis inducta, durities ac craſſities immodica ab alimento multo, craſſo, lento, aut frigore violento & adſtringente, &c. Aliquãto pòſt, Præ-

ter eas autem alia cauſa eſt, contactus videlicet torpedinis marinæ, quæ non tam earum cauſarum aliqua quàm occulta quadam & indicibili proprietate ſtuporem tangentibus inducit: à quo effectu ναρκη pariter à Græcis vt & torpedo à Latinis dicta eſt. Eſt autem torpor, interdum totius corporis, hoc eſt παντὸς καὶ ὅλου: interdum verò certæ cuiuſdam partis, vt qui in ore & dentibus ſit: quem peculiari nomine αἰμωδίαν nuncupant.

Ναρκη dictum eſt à quibuſdam Centaurium magnũ, vt habetur apud Dioſcor. Quoniam verò Centaurium à quibuſdam dicta eſt Gentiana, quidam ipſam etiam Gentianam ναρκην vocarunt, vt idem ſcribit. Gorr.

ETIAM Ναρκης habent v.l quam vocem de torpedine piſce dici, ſicut ναρκην, annotant: ſed abſque vllo teſtimonio. AT VERO Ναρκὴν Heſych. exp. αἰσθὴν.

Ναρκάω, ῶ, Torpedine afficior, ſiue affectus ſum, Obtorpeſco, aut etiam Torpeo. veluti quum ſcribit Ariſtot. οἱ τὴν ναρκην, id eſt de torpedine, piſce, φασὶ δὲ καὶ τοὺς ἀθρόους ποιεῖσθαι ναρκᾶν. Apud Athenæum ναρκᾶν & ἀμυνπάζειν copulantur, de eodem piſce, ἡμβλύει δὲ εἰς τὸ φιλεῖν ἑαυτὴν τὸ ἰχθύδιον, ὅταν ἁπτόμενον καὶ ναρκᾶν καὶ ἀμυνπάζειν ποιῇ. Sicut autem copulantur hic ναρκᾶν & ἀμυνπάζειν, ſic ναρκᾶσαι & ἠμβλυκέναι διχοῦντες, apud Plutarch. obſeruaui, in lib. De prud. anim ναρκᾶσαι καὶ ἠμβλυκέναι βαρεῖα καὶ δυςκίνητος. Greg. autem dixit τοῦτο ἀσυκάλυπτον eſſe κίνημα ναρκώντων. Alexander Aphrod. dicit quoſdam ναρκᾶν τοὺς ὀδόντας, ad ſtridorem limæ. Aliter autem antea dictum eſt ναρκην eſſe etiam peculiariter in certa quadã parte, veluti in ore & dentibus. hoc enim αἰμωδία vocatur. Sciendum eſt verò apud Homerum Il. ϑ, v. 328, ναρκησε δὲ χεὶρ (vel χεῖρ, vt apud Athen. ſcriptum eſt) ὅτι ναρτῶ, breuium ſcholiorum autorem exponere ἐλύϑη.

Ναρκᾶν alium etiam vſum habet apud Syneſium, vbi ſcribit, ὑπενδιδοὺς δὲ ἐξ ὑδρίας ἐφ' αὑτὸν ὑπηνέγκατο, καίπερ ἐφεστηκὼς, ἐναρκησεν. id eſt, Non ſuſtinuit, Repentè deſiit. vt Bud exponit.

Ναρκάω, ῶ, etiam habetur in v.l. quod redditur Negligo, Torpeſco, Obſtupefacio, Facio torpere: ſed nullum huius ναρκάω exemplum affertur. Adde quòd veriſimile eſt, ſicubi reperiatur, non aliud quàm ναρκᾶν ſignificare.

Ναρκησις, ιως, ἡ, Torpefactio, Torpor, ſeu Stupor. Galen. φάρμακα μετριοπαθῆ μὲν εἰς τὸν ὁ τοῦ παρεμπίπτοντα ναρκησιν, ἀκινδυνοπαθῆ δὲ εἰς τὸ μέλλον. Affertur ETIAM Ναρκημα pro eodem.

COMPOS. Ἀπαναρκάω, ῶ, idem quod ναρκάω, niſi quòd ſignificationem præpoſitio augere poteſt. A Budæo redditur Obſtupeſco, in hoc Baſilii loco, σὺ δὲ οὐκ ἀπαναρκᾶς ὑπὸ χείρος.

Ναρκάω, ῶ, non eſt Torpeo, ſiue Torpeſco, aut Torpefio: (ſicut ναρκάω) ſed Torpefacio, Torpore afficio. Alex. Aphrod. ναρκοῦντα τὴν αἰσθητικὴν δύναμιν. Sic apud Gal. idem verbum itidem cum accuſat. αἰσθησιν legitur, pro Obſtupefacere: vt quidem Bud. vertit in hoc eius loco, οἷον τὸ τῆ Φίλωνος καρωτικὸν, ὑδατὸς ἦθος ἰδίνας, ἐφεῖναι τὴν αἴσθησιν. Paulus Ægin. τὸ δὲ ὑδατώδες ψυχρὸν παχυνει καὶ στυπτικὸν καὶ ψιλοῖ καὶ ναρκοῖ καὶ ναρκοῖ.

HINC Νάρκωσις, ωσς, ἡ, Torpefactio, Torpefaciendi vis. ITEM Narcωτικὸς, Torpefaciendi vim habens, ſeu torporem inducendi, aut obſtupefaciendi. vnde ναρκωτικὰ φάρμακα, quæ Gorr. vertit Stupefacientia medicamenta: addens, eſſe medicamenta frigida, doloris ſenſum adimentia. Quum enim (inquit) plures ſint ſtuporis cauſæ, quas antè expoſuimus, attamen medici in medicamentorum vſu ad mouendum ſtuporem ſola frigida vſurpant, quæ calorem natiuum ſpiritúmque (quibus duobus omnia vitæ munia peraguntur) vel extinguendo vel repellendo, partem cui fuerint admota, ſenſu priuant. Nam ſine ſpiritu animali nihil omnino ſentire poteſt. Id autem non omnia frigida præſtare poſſunt, ſed ea modò quæ quarto exceſſu eiuſmodi ſunt, vel vt minimùm tertii refrigerantiũ ordinis medium ſuperant, vt mandragoræ radix, alterci ſemen, & papaueris ſuccus. Itaque quàm ſit periculoſus eorum vſus, nemo non intelligit, vt quæ partem cui admouentur, niſi diligenter medicus prouideat, mortificent. Aliquanto pòſt, Hac nimirum perſuaſione Galenus, tametſi omnium maximè (vt ſcribit) ab vſu grauiter ſopientium abhorrens, aliquando tamen ea & colicis exhibuit, (ſunt autem hæc omnium valentiſſima, vimque ſtupefactoriam prædominantem habent, quum in aliis aromata & odorata atque vrinam cientia ſemina plurima contineantur) & iis qui vel oculorum vel aurium vel aliarum partium vehementiſſimo dolore cruciabantur, quúmque æger ex tenui deſtillatione, vigiliis & vehementi tuſſi vrgeretur, facilè noxam eorum, ſiquis ſemel eſſet vſus, ſpatio emendatum iri ratus. Plura apud eum videnda tibi relinquo.

Ναρκωδης, ες, ὁ & ἡ, Cui torpor ſeu ſtupor ineſt, Torpidus ſeu ſtupidus. vt ναρκωδης ὀδύνη.

COMPOS. Ἀποναρκάω, itidem vt ſimplex ναρκάω, eſt Torpefacio, ſiue Obtorpefacio, Torporem induco, Torpidum reddo. Exponitur etiam Stuporem induco. Paſſiua vox eſt Ἀποναρκώσμαι, ῶμαι, Obtorpeſio. vnde participium Ἀποναρκωθεὶς, in hoc loco Platonis De republ. lib. 6, ἆρα τὰ νῦν δὴ ἐκ μαθήσεως αὖ δυσκίνητος ἐγένετο καὶ δυσμαθὴς, ὡς ἀποναρκώσας. VNDE Ἀπονάρκωσις, ωσς, ἡ, Obtorpefactio. Exponitur & Obſtupefactio. Affertur etiam ex Ariſtotele in Probl. pro ſignificatione ſtuporis. διὰ (inquit) αἱ ἀποπληξίαι καὶ αἱ ἀπονάρκωσις γίγνεται πρὸς τοῖς πόνοις γίνονται.

¶ Νάρκισσος, ου, ὁ vel ἡ, (à verbo ναρκᾶν, ſeu à nomine ναρκη, ſi Euſtath. credimus) Flos qui ab aliis dicitur λείριον, vt annot. v.l. ex Theophr. Hiſt. plant. lib. 6. Legimus autẽ & apud Dioſcor. lib. 4, cap. 161, νάρκισσος· ἴνιοι καὶ πόα, ὡς ἔφη τὸ κρῖνον, λείριον ἐκάλεσαν. Eius deſcriptionem partim ex eodem Dioſcoride, partim ex aliis iſtam Gorr. affert: Planta eſt cui folia porro ſimilia, tenuia, multo minora & anguſtiora, caulis vacuus & ſine foliis, ſupra dodrantem attollitur. Flos albus, intus croceus, in quibuſdam purpureus. Radix intus alba, rotunda, bulboſa. ſemen, velut in tunica, nigrũ, longum. Fœminino genere apud Theocritum, idyllio 1, Νυῦ ἴα μὲν φορέοιτο βάτοι, φορέοιτο δ' ἄκανθαι, Ἁ δὲ καλὰ νάρκισσος ἐν ἁμετέροισι κομάοι. Vbi ſchol. annotat hic quidem fœminini generis eſſe nomen νάρκισσος, apud Ariſtoph. autem maſculini. Sic certè & apud Dioſc. maſc. generis eſt. Νάρκισσος eſt Ἐρινύων σύμβολον, inquit Euſtath. νάρκισσος enim ex verbo ναρκᾶν παρηχῆται, itidémque Erinnyes maleficis ſunt τῷ ναρκᾶν παραίτιοι. Hoc autem quod dicit eſſe Ἐρινύων σύμβολον, ex Sophocle ſumit, in Œdipo Coloneo, pag. 194, mex editionis. illi enim μαλεραὶ θεαὶ ſunt Erinnyes. Vide & ipſum ſcholiaſtem: qui & quendam Euphorionis locum affert vbi maſculini itidem generis eſt: ſicut & in illo ipſo Sophoclis loco. Commodior ex verbo ναρκη videtur eſſe deductio, (manente alioqui eadem deductionis cauſa) quam & ipſe Euſtath alibi affert, vt opinor.

HINC Ναρκίσσινος, η, ον & ἡ, adiect. vt ναρκίσσινον ἔλαιον, Narciſſinum oleum, ex narciſſi flore. ex Dioſc. HINC ET Ναρκισσίτης lapis, cuius meminit Dionyſius in poemate De ſitu orbis, pag. 143, editionis paternæ, — αἱ μὲν ἵνα· αὐτὰρ Πίηρας, αἳ φύσιν ἀφ' ὑγίεια ναρκισσίτιδι. vbi Euſtath. πίηρας Μυδικὰς (inquit) τὸν ναρκισσίτην φύσιν λίθον, ὃν καὶ ἀφυγίεια καλοῦσιν ναρκίσσῳ τῷ φυτῷ ἐοικότα τὴν χροιὰν, & διαυγάζοντα. Plinius de gemmis variis loquens, lib. 37, cap. 11, Narciſſiten venis ederæ diſtinctam eſſe ait.

Νάρκισσος eſt etiam pueri nomen mutati in florem qui narciſſus itidem appellatur. Is quum eſſet formoſiſſimus, vultus ſui imagine in fonte conſpecta, ſuiipſius amore captus eſt, eóque tandem contabuit: limque rogum (canit Naſo Metam. 3) quaſſáſque faces feretrúmque parabãt: Nuſquam corpus erat: croceum pro corpore florem Inueniunt. medium foliis cingentibus albis. Seruius in hunc locũ Eclogæ 2, Maronis, — ubi candida Nais Pallentes violas & ſumma papauera carpens, Narciſſum & florem iungit bene olentis anethi: Sanè Papauer (inquit) Narciſſus, Anethus, pulcherrimi pueri fuerunt: qui in flores ſuorum nominũ verſi ſunt. quos ei offerendo, quaſi admonet ne quid

etiam tale ex amore vnquam patiatur. Lucilius equidem hoc quod de pulchro Narciſſo narratur, in quendā deformem non ſine lepidiſſimo ioco detorſit: Anthol.epigr.lib.2, Ῥυσὸς ἔχων ἔαρος Ὀλυμπικὸ, μήτ' ἐπὶ κριοῦ Ἐλθὼν, μήτ' ἀφ' ὑδρο χοὸς πολιὸν ὕδωρ. Καὶ σὺ χαῖρε Νάρκισσε, ἰδὼν τὸ σὸν εἶδος ἀφ' ὑγρῆς, Τιθωνίξῃ, μισῶν σοὶ ἴσος ἡλικίαν. Repono autem ἀφ' ὑδρο pro ἀφ' ὕδατος. vt ὕδρη apud Theocr. legimus pro ὕδατος. A

Quod autem ad etymum attinet nominis ναρκισσος, quod de flore dicitur, (hoc enim omiſeram) legimus & apud Plut. Sympoſ. lib. 3. probl. 1, καὶ τὸν ναρκισσον [ὠιόμασται δὲ παλαιοὶ] ὡς ἀμβλωπίζοντα πρὸς ὕδωρ, καὶ βαρύπνοας ἐμποιοῦντα ναρκώσεις. Quibus ſubiungit, Sophoclem ideò ipſum appellaſſe ἀφ' ἁλὸς μεγάλου θεῶν στεφάνωμα, id eſt πρὸς χλοάζον. Vbi obſeruandū etiam eſt illum non μεγάλαν θεὰν, ſed μεγάλου θεῶν legiſſe.

Νήπιος, vnum eſt ex eorum numero quæ prætermiſſa fuerunt: quòd vbi ponenda eſſent, dubium foret. Nam ſi verum eſt ex particula νη & verbo ἔπω ſeu ἔπος eſſe factum, in verbo ἔπω, aut certè poſt ἔπος, quod ex illo ἔπω originem habet, collocandum fuerat: ſin ex νήπιος, inter illa quæ ab hoc deriuata ſunt, poni debuerat. Denique & poſt βίος, tanquam inde deductum, locum obtinere potuiſſet: ſi νήπιος quaſi νηβίος dictum eſſe credibile foret. Potuiſſent denique illi & alii loci aſſignari, prout aliquam ex aliis etymologiis quæ afferuntur, ſequi placuiſſet. Sed in iis quas addit Etymologus, multo etiam magis ſemetipſum νήπιον oſtendit. Quid Euſtathius? Dubitare ſe dicit num ἀνήπυος ex νήπιος per ſyncopen factum fuerit. Ego ex omnibus etymis illud potiſſimùm probo cui primum locum dedi: quod ſequendo, planè conueniet νήπιος cum Latino vocabulo Infans, & ſignificatione & etymo.

ΝΉΠΙΟΣ, υ, ὁ, Infans, vti dixi. ſi enim ſequamur illud etymum cui primum locum tribui, nō ſolùm ſignificatione, ſed etymo quoque hoc Latinum Infans cum Græco illo νήπιος conuenire dicemus. Verùm etiamſi alia potius etymologia nobis placeat, hoc tamē conſtat, νήπιος interdū hanc ſignificationē habere. Quam comprobant & qui apud Hom. Iliad. β, νήπια τέκνα (dictum alioqui περὶ τῶν ἐχόντων νεοττῶν) exp. ἃ οὐ βρεφικὴν ἡλικίαν ἔτι. licet βρεφικὴ ἡλικία valde ἀκύρως brutis tribui videatur. Apud eundem poetam legimus νήπιος υἱὸς & νήπιος παῖς, itidem de infante, vel certè puerulo. Sic verò & in ſoluta oratione vſurpatur. Plut. De Alex. fort. ὁ μὲν νηπίου διαφέροντα, μόνον δὲ ἀπαργαιώσας πορφύρᾳ Μιλήσιος. Et quemadmodum παῖς νήπιος apud Homerum, ſic παῖς νήπιος apud ſolutæ orationis ſcriptores inuenitur: necnon παῖς κομιδῇ νήπιος. Apud Lucianum verò legimus etiam τὰ νήπια παντελῶς βρέφη, τὰ πρωτόπαιδα οὐ δυνάμενα. (Ex quo habebis & νήπιος ſine adiectione poſitum, in voce Νηπιότης) Sed illud quoque ſciendum eſt, dici interdum τὰ νήπια, neutro genere, non addito ſubſtantiuo illo βρέφη, vel quoquam alio. Plut. Sympoſ. lib. 3. διὸ τὰ μὲν νήπια παντάπασιν αἱ πύλαι διαπυῶσαι πρὸς τὸν σαπέλιον φυλάττονται. Sic autē & ſing. τὸ νήπιον pro Infante ſeu ipſa infantia ex Greg. affertur. Quinetiā dicitur ab Ariſtotele ἐκ νηπίου (ſicut ἐκ βρέφους & ἐκ παιδὸς) pro Ab infante, Ab infantia, Ab incunabulis. Affertur & ἀπὸ νηπίου, ſed abſque exemplo. B

Dicitur autem & de brutis hoc vocabulum. nam vt habuiſti ex Homero νήπια τέκνα de paſſerculis vel potius de pullis paſſerum dictum, ſic apud Plut. in lib. De ſera num. vindicta legimus, ἄρτιον μὲν γὰρ ἔτι νήπια καὶ λύκων τέκνα καὶ πτηνῶν ἄδικος ἀμφαίνει τὸ συγγενὲς ἦθος. Affertur porro ex Theophr. Hiſtor. l. 8, hoc vocabulū, de plantis dictum quæ adhuc paruulæ & teneræ ſunt: nominatimque de frumentis. Vide Νηπία. C

Νήπιος interdum non ad ætatem referitur, vt in præcedentibus locis, ſed ad animum, vt ita dicam. Vſurpatur enim de eo qui eſt animo infantis præditus ſeu mente infantis, (accipiendo hoc nomen latius) id eſt, qui non plus ſapit quàm infans. Vnde redditur Imprudens, necnon Stultus, Amens. Hom. Iliad. ρ, — μέχθεν δέ τε νήπιος ἔγνω. quod dictum prouerbiale eſt. Apud eundem Od. ι, & τ, Νήπιος ὃς ξείνοιο, ἢ πολέσσι εἰλάουσης. D

A T V E R O nomẽ Ὄλυμπος quod dictũ esse fertur quòd ἁ ὁλόλαμπος, eìt appellatum: quo significatur cælum, non minus apud Græcos poetas quàm apud Latinos, (præsertimque Maronem) duntaxat terminationem Græcam more suo in Latinam mutantes. Esse autem Olympum sedem ac domicilium deorum,testatur Homerus, cùm alibi, tum Iliad.ε, Ὅρθ' ἐς Ὄλυμπον ἵκηαι, ἵν' ἀθανάτων ἕδος ἐστί. Sed hunc olympum, domicilium deorum,illum ipsum esse montẽ Macedoniæ seu Thessaliæ, quidam tradiderunt, quòd Homerus interdum vno eodémque in loco ὄλυμπον & οὐρανὸν mentionem faciat. Ὄλυμπος(inquit Eustath.)apud poetam mõs est altissimus Macedoniæ: vel Thessaliæ,teste Herodoto: domicilium deorum, vt vult fabulæ licentia.vnde sunt D I C T I Ὀλύμπιοι. At verò allegoria Ὄλυμπον appellat τὸν οὐρανὸν,(id est cælum)quasi ὁλόλαμπον. ideóque fortasse fabula non alium montem quàm Olympum illis tribuit.quòd posset εἰς τὸν λαμπρὸν οὐρανὸν συμβαίνειν, per ἀπάντησιν nominis. Videtur autem ex ὁλόλαμπος factum esse, detracta per syncopen syllaba λα, & mutato posteriore ο in υ, Æolicé. vt pro ὄνομα dicitur ὄνυμα.vnde est ὀνυμαίνω pro ὀνομαίνω.Hinc etiam fit vt tenui spiritu notetur ὄλυμπος: quòd tenui spiritu Æoles gaudeant.Idem in hunc locum eiusdem poetæ, qui legitur Iliad.ε,Αὐτόμαται πύλαι μύκον οὐρανοῦ, ἃς ἔχον Ὧραι, Τῇς ὑπὲρ πάσαι μέγας οὐρανὸς Ὄλυμπός τε Ἠμεν ἀστεροπῇσι τυκιστὸν ῥῆξαι, ἢ ἀνέμοισι, annotat vel οὐρανὸς & Ὄλυμπος pro vna eademque re poni ἐκ περιττολογίου, idque κατ' ἀλληγορικὴν ἀλήθειαν: vel,sicut alibi,ὄλυμπον quidem esse intelligendum τὸ Μακεδονικὸν ὄρος: at οὐρανὸν, τὸν ὑπὲρ τὰ κάτω πόλον: quippe qui interdum quidem ἐlaudatur nu-

bibus,velut portis, interdum contrà aperiri videatur. A Sed quum hic duas expositiones afferat istorum nominum,& earum priorē ἐκ τῶν Ἡρακλείτου positā videri tradat,alibi posterioris tantùm meminit. vt in hunc locum libri ϖ,eiusdem poematis, Ὡς δ' ὅτ' ἀπ' οὐλύμπου νίφος ἔρχεται αἰθρηνὸς ὑπὸ Βορέαο φερέσθην: ἐκ τῶν Αἰόλου ἐκ δίης,ὅπη περ Ζεὺς λαίλαπα πήσει. Hic enim nobis obseruandum proponit manifestum οὐλύμπου & αἰθρηνὸς & αἰόλης discrimen.siquidem ὄλυμπον appellari ipsum montem : αἰθρηνὸν autem, τὸν λιμπάζοντα ἀέρα ἢ παχύνεται αἰόλον dici ἀπὸ τοῦ λιπαροῦ εἶναι,τὸ δὲ αἰόλον τὸν ποικίλον ἢ τὸν ταχέως κινούμενον. vt nimirum B sit hic sensus,ὡς ὄλυμπον τὸ ὄρος λαῖλαψ περιῴδους εἰς ἀέρα ἔρχεται,αἰῶνα λαβοῦσα τὸ ἐνδόσιμον. Aut simplicius (inquit)possumus per ætherem intelligere τὸν αἰθέριον καὶ λαμπρόν. vt sit sensus, νίφος ὡς Ὀλύμπου εἰς αἰθρηνὸν ἔρχεται μετὰ λάμψεως.

Ὄλυμπος quidā olim pro diuersa significatione accentu diuerso notarunt, vt ex Seruii verbis(aut certè autoris commentariorum qui Seruio adscribuntur : quicunque is sit)colligi potest. In hunc enim versum Virgilii Æneid. 3,circa finem, — haud ille finit superi regnator olympi,hæc scribit,Cur in penultima accentus sit,manifesta est ratio apud Latinos. quanquam Græci discretionem velint per accentum facere montis & cæli : quod superfluum est. Idem in hunc versum Æneid.4,Ipse deum tibi me claro demittit olympo Regnator,hæc annotat,Olympus quasi ololampus dictus est:siue mons sit Macedoniæ(qui dicitur esse diuersorum deorū)siue cælum. Vnde addidit Claro:vt Plemmyrium vndosum. Accentus sanè Græcus tunc potest esse si sit Græca declinatio:vt ὄλυμπος,ὄλυμπου. Nam Latinè Olympi. C

Ὄλυμπος est etiam nomen præstantissimi tibicinis Mysi, seu Phrygis,qui Marsyæ discipulus fuit,vt scribit schol.Aristoph.in hunc versum qui legitur initio Equitum, Ξυναυλί' ὡς κλαύσοιδε, Ὀλύμπου νόμ.. vbi idem schol.ait eum composuisse αὐλητικοὺς καὶ θρηνητικοὺς νόμους,id est tibiales & lugubres modos. Paulo post addit, eum fuisse ἄριστον περὶ τὸν αὐλητικὸν : & eum quoque δυστυχῆσαι ἐφ' ᾧσισελῷ. A Polluce Ὀλύμπου νόμοι quidam ἐπιτύμβιοι vocantur,quasi qui super sepulchro D canerentur. Idem Pollux scribit huius Olympi famulum & discipulum necnon amasium fuisse quendam Hieraca:à quo fit DICTVS Ἱεράκιος νόμος. Plato in Minoe Olympum hunc Phryga Marsyæ παιδικὰ appellat. Cæterum ab hoc Olympo dictus est Olympus mōs quidam Mysiæ,si Suidæ credimus : quem vide. Commemorantur ETIAM Ὀλυμπικοὶ Mysi, SIVE Ὀλύμποι ,cùm ab aliis,tum ab Eustathio in Dionys.De situ orbis.

Ὀλύμπιος,ου,ὁ,Olympius,Olympum incolens , seu habitans.vt Ὀλύμπιος Ζεύς,apud Homerum,perinde acsi diceremus cælicolam Iouem : (vt olympum pro cælo accipi dictum est. Ab Hesychio Ὀλύμπιος exponitur οὐρανίος,id est cælestis)Iliad.α. Ἀλλα σὺ πρόμος ἔσσο Ὀλύμπιε μητιόεσσα Ζεῦ. Apud eundem extat & Ὀλυμπος sine adiectione pro Ioue. Sic Ὀλύμπιος ἦοι,Aristoph. necnō ὀλύμπιοι sine adiectione, apud Homerum : qui alibi dicuntur ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες. Sed apud eundem ὀλύμπιοι ἄλλοι,quidam exp.οἱ Τιτᾶνες. Isocrates,τοὺς ἡμῶν τοὺς αἰτίους τῶν ἀγαθῶν ὄντας appellatos esse ait Ὀλυμπίους. A DIECTIVE Ὀλύμπιος,Cæleste,vt Ὀλύμπιοι δῶμα,Cæleste domicilium. Sed apud Hom.potius PLVRALITER Ὀλύμπια δώματα. At verò MVSAE Ὀλυμπιάδες, vel tanquam filiæ Iouis Ὀλυμπίου : vel tanquā,ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι.Eustath. Inuenitur etiam Ῥέα Ὀλυμπιάς, in Epigr. Item ὀλυμπιάδων ἡμῶν apud Sophocl. quod exponitur οὐρανίων. E

Ὀλύμπιος dictus fuit Pericles , secundum quosdam, ἀπὸ τῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ καὶ ταῖς στρατηγίαις δυνάμεως,vt scribit Plut.in eius vita,quem consule. Extat hoc cognomentum apud Aristoph.in Acharn.

Ὄλυμπος est etiam nomen proprium,vt te docebit Thesaurus linguæ Lat.à patre meo editus , in nomine Olympius. Sed in iis quæ ex Suida ibidem afferuntur, male Olympius pro Olympus scriptum est.

Ὄλυμπος denique est etiam venti nomen apud Hesychium. Sed hic VENTVS Ὀλυμπίας ab Aristotele De mundo appellatur, aliisque nominibus Ἀφήλιος, & Γάπυξ. Ponitúrque in numero τῶν ἐαρινῶν ζεφύρων , à solstitiali occasu flans, vt Zephyrus ab æquinoctiali. Hesychio autem VENTVS Ὀλύμπιος est Zephyrus qui ab Olympo flat. Sed Ὀλυμπίας,non Ὀλύμπιος,apud Theophr.quoque scriptum est, De caus.plant.lib. 5,cap.16. Itidemque à Plinio Olympias appellatur,lib. 2,cap. 47 : Sunt etiam quidam peculiares quibusque gentibus venti,non vltra certū procedentes tractum, vt Athenienstibus Sciron,paulum ab Argeste deflexus, reliquæ Græciæ ignotus. Alicubi elatior idem Olympias vocatur. Fuerunt etiam ὄρη quædam ϖρὸς Νικαίῳ DICTA Ὀλύμπια.Eust.

AT VERO Ὀλυμπικὸς vsurpatur nonnunquā cum substantiuo ἀγών:vocatúrque ὀλυμπικὸς ἀγών,Olympicum certamen. Verùm frequentius ὀλυμπιακὸς dicitur: & quidem rectius , vtpote à nomine Ὀλυμπία , de quo infrà. In Epigr.Gr.lib.2,in principio , Ὀλυμπικὸς appellatur Olympicus pugil. Interdum etiam nomen proprium est Ὀλυμπικὸς,cùm apud alios,tum apud Plutarchum.

Ὀλυμπίας,ventus,vide in Ὀλύμπος.

Ὀλυμπιεῖον autem,quod ædificii cuiusdam nomen est apud Aristot.in Polit.(cuius Hesych. quoque meminit)ab Ὀλυμπος an ab Ὀλυμπία deductum sit, dubitari potest. At STEPHANO Ὀλυμπιεῖον quadrisyllabè,locus est apud Delum, quem quum Athenienses Adriani sumptibus ædificarent,nouas Athenas Adrianas appellarunt. AT VERO Ὀλύμπη eidem est vrbs Illyriæ: cuius incola DICITVR Ὀλυμπηνός, VEL Ὀλυμπιάς.

¶ Ὀλυμπία , ας , ἡ , Elidis locus, in quo templum , & ante ipsum lucus. Ὀλυμπία(inquit Steph.)quæ prius Pisa dicebatur:vbi Iupiter Olympius colitur. vnde Ὀλύμπια certamen. Ab hoc nomine Ὀλυμπία sunt πτωτικὰ hæc, Ὀλυμπιάδην & Ὀλυμπιάζει. Hæc ille, omittens & tertium Ὀλυμπιάσι. At Strabo lib.8,περὶ τοῦ χωρίου τοῦ ὑπὸ τῇ Νίσῃ loquēs, ἣν δὲ ταύτῃ ἥ τε Πισαῖτις(ἧς ἡ Ὀλυμπία μέρος)καὶ ἡ Τεγεατικὴ,καὶ ἡ τοῦ Καυκώνων. In alio eiusdem libri loco,περὶ τῆς Αἰτωλῶν loquens , κτίσαι τὴν κοίλην Ἦλιν καὶ τὴν Πισαίτιδος ἀφελόμενοι πολλὴν καὶ ἡ Ὀλυμπία ἐν ἐκείνοις ἐγένετο. In alio autem libri eiusdem loco scribit ipsum ἱερὸν esse ἐν τῇ Πισαίτιδι,minus trecentis stadiis distans ab Elide. & ante hoc esse lucum ἄλσος ἀκάλλωνος,in quo sit τὸ στάδιον.

Ὀλυμπία de Olympiaco certamine,seu Olympiaci certaminis arte,videtur dici ab Aristoph.in Vespis, Νὴ τὸν Δί' ἐξήμαθές γε τὴν ὀλυμπίαν. Sed comicè,vt opinor, data fuerit isti nomini hæc significatio.

Ὀλυμπία,Hesych.exp. ὁ Ἀθήνησιν ἀγών.

Ab illo Ὀλυμπία non solùm deriuantur illa duo πτωτικὰ quæ Steph.affert,Ὀλυμπίαδην & Ὀλυμπιάζει, & tertium quod omisit,Ὀλυμπιάσι: sed etiam NOMEN Ὀλυμπιακός, & neutrum plurale Ὀλύμπια, necnon substantiuum Ὀλυμπιάς,άδος,ἡ:& compositum Ὀλυμπιονίκης. De quibus vt eodem ordine dicam , sciendum est,illa quæ πτωτικὰ vocat Stephanus , esse aduerbia. Quorum PRIMVM Ὀλυμπιάσι(primū enim merēri locum videtur, quanuis ab eo sit prætermissum) est aduerbium in loco,vt grammatici loquūtur: id est, ἐν Ὀλυμπίᾳ,In Olympia , vel potius Olympiæ. Alioqui apud Olympiam rectius diceretur. Aristoph.Vespis,Ὀλυμπιάσι γὰρ ἵππῳ ἐπώρεων ἐγώ. Thucyd. περὶ ὀλυμπιάσι χρημάτων,& περὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ,pro eodē. Sic τὸ ὀλυμπιάσιν ἱερὸν , apud Strab. Et ὁ ὀλυμπιάσιν ἀγών,apud Athen. & alios. Item νικᾶν ὀλυμπιάσι,apud eundem. Sic apud Platonem in Apolog. ἵππῳ νενικηκὼς ὀλυμπιάσι. Itidem Plutarchus in Artox.ὀλυμπιάσιν ἵππῳ κέλητι νενικηκέναι. Quanuis autem ὀλυμπιάσι νικᾶν,nihil aliud sit quàm ὀλύμπια νικᾶν,id est Olympia vincere,vt loquitur Horatiūs: vel Olympiacam victoriam reportare : non debuit tamen ὀλυμπιάσι exponi Ad Olympia & In Olympiis, in vulgar. lexicis. Siquidem ὀλυμπιάσι νικᾶν,sonat ad verbum Vincere seu victorem esse Olympiæ , siue apud Olympiam. Sciendū est autem inueniri etiam adie-

adiectam præpositionem ἐν ante ὀλυμπιάσι. vt apud Plut. in Apophth. ὁ νικῶν ἐν ὀλυμπιάσιν. Sed hæc præpositionis adiectio suspecta esse potest. Ita enim dicitur Ὀλυμπιάσι vt DICITVR Πλαταιάσι pro ἐν Πλαταιᾳ. Quod Πλαταιάσι miror à Stephano esse prætermissum itidem: quum alioqui annotet reliqua duo ADVERBIA, Πλαταιόθι ET Πλαταιάζι: quorum illud significat E Platæa, seu Platæis: hoc autem Platæas. vt Πλαταιάζε πορεύεις, Platæas profectus. Cæterùm de Ὀλυμπιάσι hoc quoque nosse oportet: inueniri etiam SCRIPTVM Ὀλυμπιᾶσι cum α circumflexo: sed hanc scripturam reiiciendam esse, quòd α corripiatur: vt vel in eo versu quem ex Aristoph. protuli, videre est. Atque adeo annotat ibi scholiastes, ὀλυμπιάσι in eo loco & similibus debere scribi: at verò ab ὀλυμπαί, άδος, datiuum pluralem esse ὀλυμπᾶσι cum ᾶ. Aduerbium SECVND. Ὀλυμπίαζε, est aduerbium de loco. vt ὀλυμπίαζε ἐλθών, qui venit Olympia. TERTIVM Ὀλυμπίαζε, est aduerbium ad locum. vt ὀλυμπίαζε παρεῖναι, Thucyd. Olympiam venire: lib. 3, ὡς αὐτοῖς οἱ Λακεδαιμόνιοι εἶπον ὀλυμπίαζε παρεῖναι. iusserūt vt Olympiā venirēt. At v.l. Ad Olympiā adesse. Ὀλυμπιακός, οῦ, ὁ, adiectiuum, Olympiacus. vt ὀλυμπιακὸς ἀγών, olympiacum certamen. In v.l. annotatur, quosdam hanc vocem ὀλυμπιακὸς reiecisse, & potius ὀλυμπικὸς agnouisse. Sed contrà ὀλυμπικὸς trisyllabum reiiciendum potius fuerit: quum manifestum sit ab Olympia magis consentaneam rationi deductionem esse Ὀλυμπιακὸς cum ά, quàm Ὀλυμπικὸς sine α. Ideóque non dubito quin aliquis de voce Ὀλυμπικὸς illud in sui libri margine annotasset, nimirum eam repudiari: deinde vulg. lexicorum consarcinatores annotationem illā voci Ὀλυμπιακὸς apposuerint quæ alteri vocabulo Ὀλυμπικὸς apponenda erat. Id certè coniicere est & ex aduerbio πρασυλλάβως: pro quo alioqui scribendum fuisset πεισυλλάβως. Hæc enim sunt ipsamet vulg. lexicorum verba, Ὀλυμπιακός, οῦ, ὁ, Olympiacus. Sunt qui hanc vocem non recipiant, vt à bonis autoribus vsurpatam: sed ὀλυμπικὸς πρασυλλάβως agnoscant. Hæc, inquam, sunt illorum verba: vbi aduerb. πρασυλλάβως dico aperte ostendere, fuisse hoc annotatum de Ὀλυμπιακὸς, quod est πρασύλλαβον: nimirum esse id quod agnoscatur. ideóq; hæc voci Ὀλυμπικὸς debuisse apponi & Ὀλυμπιακὸς antè πρασυλλάβως scribi. Legitur porro Ὀλυμπιακὸς ἀγών apud Aristoph. quoque in hoc Pluti versu, Εἰ γὰρ ἐπιστήμη, πῶς πείσει αὐτὸς τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶν' ἀ.; Sed mirum si in hoc adiectiuo antepenultima & penultima producuntur, quæ apud Virgilium correptæ extant. Georg. 3, Seu quis Olympiacæ miratur præmia palmæ. Sic & apud Statiū, atque alios. Apud Plut. habetur & ὀλυμπιακὴ ἰσχνειότης, in Lyc.

Ὀλυμπιακὸς autem quanuis regularius esse (vt ita loquar) docuerim, non reiici tamen debere ILLVD Ὀλυμπικὸς, apparet ex Anthol. Epigr. lib. 2. siquidem in eius principio ὀλυμπικὸς legitur dictum de pugile olympiaco, seu pugile olympiorum, vt Cicero appellat. Quinetiam ὀλυμπικὸς ἀγών, sicut ὀλυμπιακὸς, inuenitur. Atque adeo ab Horatio puluerem Olympicum videmus appellari τὸν ὀλυμπικὸν, initio Carminū. Alioqui Ὀλυμπικὸς esse potius ab ὄλυμπος, dictū est.

Ὀλύμπια, ων, τὰ, Olympiaca certamina, in honorem Iouis celebrari solita. Redditur etiam Olympiaci ludi. (qui à Cic. vocantur & Olympiæ ludi) affertúrque ex Demosthene, ὀλύμπια ποιεῖν, pro Ludos olympiacos siue olympicos edere. Dicitur etiam ἄγειν ὀλύμπια. Plut. in Apophth. ἐπαινουμένων δὲ τῶν Ἠλείων ὅτι τὰ τε ὀλύμπια καλῶς ἄγει. Xenophon Hellen. 7, ἐπεὶ δὲ ὅ, τε μὴν ἦν ὃν τὰ ὀλύμπια γίγνεται, καὶ τὰ ἡμέραι ἐν αἷς ἀγωνίζεσθαι αἱροῦνται. Frequens autem est apud quoslibet scriptores accusat. ὀλύμπια cum verbo νικᾶν. Aristot. Rhet. lib. 1, ὀλύμπια ᾐνίκηκα. Sic Luc. in Hermotimo, πῶς γὰρ οὐκ ἂν δοκοίη φοβερὸς εἶναι ὁ νενικηκὼς τὰ μεγάλα νενικηκώς. Vbi obserua etiam addi τὰ μεγάλα. Sic certè Horatius olympia magna dixit, vt paulo pòst docebo. Quinetiam quum Ennius dixisset, Vincere olympia, Græcorum exemplo, ipse eorundem exemplo Coronari Olympia dixit. Ennii locus est apud Cic. Sicut fortis equus, spatio qui sæpe supremo Vicit Olympia, pòst senio confectus quiescit. Horatii autem locus Epistola 1, lib. 1, Quis circum pagos & circum compita pugnax Magna coronari contemnat Olympia? Esse enim Græcum & hoc loquendi genus, non ex poetis tantùm sed & ex aliis scriptoribus discimus. Simonides, Ἴσθμια, δὶς Νέμεα, τρὶς Ὀλύμπια ἐστεφώσην. Lucianus, καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν ἐν μακαρίοις, καὶ ἴσασι τὰ ὀλύμπια. μᾶλλον δὲ Βακχυλίδου ἤκουσας. Vt porro ὀλύμπια νενικηκέναι dicitur quispiam, sic ὀλύμπια αἱρεῖσθαι, pro Olympiacam palmam reportasse. Hoc quoque sciendum est, pro ὀλύμπια inueniri ὀλυμπίων ἀγών, cùm alibi, tum apud Athenæum. Quod autem attinet ad epithetum illud Magna quod Horatius Olympiis tribuit, legitur apud eundem Lucianum, non in eo tantùm quem attuli suprà loco, sed & alibi. vt in Herodoto seu Aetione, ἐνίκησε γοῦν ὁ ὀλύμπια τὰ μεγάλα καὶ ὁ Ἡρόδοτος τοῦτ' ἐκεῖνο, ἄκριτόν τι νομίσας τὸν καιρὸν οὐ μάλιστα ἐγλίχετο, πλήσασθαι τριήρεις τῷ παιήονι. Vbi animaduertere etiā oportet, παιήονι dici τὸν πρὸ ὀλυμπίων, sicut in Xen. loco qui allatus antè fuit. Sic Demosth. τὰς ἐν τῇ Ἑλλάδι παιηονίας appellat, Ἴσθμια, Νέμεα, Ὀλύμπια, Πύθια.

Ὀλύμπια sæpe aduerbialiter accipi pro In olympiis, annotant v.l. sed exemplum nullum proferunt. Legitur quidem apud Plutarchum in Apophth. τὸν Ἡρακλῶ μῦθον ὑπὸ τῶν παίδων ὀλύμπια δραμεῖν τὸ σταδίον: sed suspectum meritò esse potest hoc loco istud vocabulum, ne pro ἐν ὀλυμπίᾳ aut ὀλυμπίασι scriptum sit.

Ὀλύμπια, Πύθια, Νέμεα, Ἴσθμια, quatuor sunt nomina quæ suis quatuor libris dedit Pindarus, in quibus encomia iis qui victoriam inde reportarunt, scribit.

Ὀλύμπια τύπτειν festiuissimè dixit Lucillius de anu, tanquā infligente plagas non minores Olympiacis: id est, quas Olympiæ pugiles infligunt. Epigr. libro 2, Γραῒ μαχέμενον τύπτουσα ὀλύμπια.

Ὀλυμπιάς, άδος, ἡ, Olympiorum victoria, Olympiaca victoria, Olympiaci certaminis victoria. Herodot. ὀλυμπιάδα αἰείρομεν. Qui locus Budæo dubitationem de ista significatione tollere potuisset apud Philostratum. Suidæ ὀλυμπιὰς est ipse ἀγών, vt mox docebo.

Ὀλυμπιάς, Olympias, Quadriennium, Quatuor annorum spatium. In v.l. tamen dicitur esse Quinquennium: quod certè multi crediderunt. Sed fuit tandem deprehensus hic error cum ab aliis, tum à Glareano: cuius hæc verba sunt, (in Chronologia quam in Dionysii Halicarnassei x 1 libros Antiquitatum Rom. scripsit) Olympias spatium est quatuor annorum: quod pusto apud Romanos vocari lustrum. Et paucis interiectis, Fefellit autē quosdam hic loquendi modus apud Latinos. Quinto quoque anno agon gymnicus totius Græciæ celebrabatur: item quinto quoque anno lustrum Romæ condebatur: vt olympiada spatium quinque annorum crediderint, atque adeo etiam scriptis prodiderint: non intelligentes, annum quo sequens olympias incipit, quintum dici annum: qui tamen est primus sequentis olympiados. Quatuor itaque anni interiacent exceptis iis quibus luditur mensibus. Hæc ille. itidémque alii quidam olympiadidus quaternos tantùm annos ex Eusebio & Solino tribuerunt. Atque ita & apud Suidā, ὀλυμπιὰς habet quatuor annos. (qui tamen non πενταετηρικὸν χρόνον, verùm πενταετηρικὸν ἀγῶνα exponit) Eodémq; modo apud Plut. in Apophth. Agis iis qui Eleos ὅτι πρὸ καλῶς ἄγει ὀλύμπια laudabāt, τί δὲ πρώην θαυμαστόν, inquit, εἰ δι' ἐτῶν πεντάδων μιᾷ ἡμέρᾳ χρῶνται τῇ δικαιοσύνῃ; Cōputare porro tempus per olympiadas moris fuit. vt apud Athen. lib. 14, ἐχρῶντο δὲ οἱ Χῖοι τῷ Κατρείων καὶ τῷ ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα ὀλυμπιάδι. Plut. de Isocrate, πρὸς ὀλυμπιάδας αἰείλογον ἔτη χίλια.

Ὀλυμπιὰς dicta fuit & Alexandri magni mater: idémque nomen & aliæ quædam habuerunt. Ὀλυμπιὰς autem ab Ὄλυμπος, vide suprà.

C. Ὀλυμπιονίκης, ου, ὁ, (quod & post Ὀλυμπιὰς collocari potuit) Olympiorum victor, Victor in Olympiis, Olympiacus victor. Retinetur verò & Græca vox à Latinis, scribentibus Olympionices. Plat. De rep. l. 5, ζήσουσί τε τῷ μακαριωτάτῳ, ὃν αἱ ὀλυμπιονίκαις ζῶσι, μακαριώτεροι. Frequens est & apud alios.

Ὀρφανὸς vbinam ponendum eſſet, non minus nunc quàm antea dubitarem, ſi nunc quoque ſua illi quærenda ſedes eſſet. Quæ enim ab etymologo de nominis huius deriuatione ſcribũtur, talia ſunt quæ nullo cum fructu, ſed multo cum riſu legi poſſint. quem ne ego aliis inuidere dicar, ea proferam. Vno igitur in loco ὀφανὸς deducit ab ἔρφος, vt ſit ὀφανὸς quaſi ὀρφανὸς, & ſignificetur ὁ μὴ ἔχων πατὰ βοσκήν. Deducit & ab ὀφνίν: quo declaratur τὸ σκοτεινόν. (Itidémque Heſychius poſtquam VOCEM Ὀρφανεία expoſuit ταραχὴν & σκοτεινὰ: ſubiungit, Atque hinc ὀφανὸν dictum eſſe, τὸν ἐν σκότει ὄντα) In altero autem loco, nimirum poſt Ὀρχομενός, ſcribit, ὀφανὸς eſſe ab οἶος, quod eſt μόνος: perinde acſi diceretur οἰοφανὸς, id eſt μόνος φαινόμενος: vtpote γονεῖς μὴ ἔχων, id eſt, parentes non habens. Addit & quartam deriuationem à verbo ἀρπάζω: vt dictus ſit ὀφανὸς quaſi ἁρπανὸς, is cuius parentes ἁρπάζηνται. Ego, tanquam ex malis eligens quod minus malum eſt, ſecundam etymologiã cæteris prætulerim. Atque adeo ſi & mihi meã de huius vocabuli origine ſententiam vel potius diuinationem proferre liceat, dixerim ἀπὸ τῶν ὀφνιῶν ἱματίων (id eſt μαλακῶν, teſte Polluce) ortam eſſe vocem ὀρφανός: quòd videlicet ὀφνιὰ ἱμάτια geſtarent. Interim tamẽ diſſimulare nolo, poſſe ſuſpectam eſſe apud Pollucem ſcripturam iſtam ὀρφνιά: quòd arbitrer ab ὄρφνη ſeu ὀρφνὸς eſſe deriuatum illud adiectiuum. quam deductionem ſequendo, ὀρφνικὸς ſiue ὄρφνιος ſcribendum potius foret. Minimè tamen noua videri deberet prioris omiſſio (quũ vel ea de cauſa omiſſam ſuſpicari poſſimus vt ab ὄρφνιος differret, ſignificante idem quod ὀρφανικὸς) niſi & ὄρφνιον χρῆμα, quod apud Platonem in Timæo extat, necnon apud Ariſtotelem, ſuſpicionem illam adiuuare poſſit. Siue autem adiici debere dicamus apud Pollucem, ſiue lectionẽ illã retineri, tranſferẽdus in primam accentus videri queat.

Ὀ Ρ Φ Α Ν Ὸ Σ, οῦ, ὁ, Orbus parentibus, vel parente, Pupillus. ὀφανὰ πάντα, Heſiod. Erg. Dicũtur & ὀφανοὶ παῖδες: ſed potius abſque hac adiectione. Hom. Iliad. υ, Ὡς δ' ὅτ' ἂν Πηλῆϊον κύματος αἰόλον ἶσαι, Τὴν πρῶτα μὲν φθεῖσαι ἠοὶ, αἱ δὲ λίπωσι Ὀρφαναὶ ὠὰ μαχαίρων. Sophocl. — εἰκπέμψω δέ νιν Χίρων παρ' ἐχθρὰς παῖδάς τ' ὀφανὸν λιπών. vbi videri poſſit alluſiſſe ad Homeri locum quem in Ὀρφανικὸς proferam. Æſchines in Creſiph. προσελθὼν ὁ κήρυξ, καὶ Δημοσθένης πρὸς ὀφανοὺς ὢν οἱ πατέρες ἦσαν ἐν τῷ πολέμῳ πεπλουτηκότες. Interdum verò cum adiectione genitiui παῖς vſurpatur. vt apud Plutarchum, ὀφανὸς παῖς. Sic in Epitaphio Demoſthenis, λιπαρὸν παῖδα, ὀφανὸν γεγονότα παῖδα· καλὸν δὲ γε κληρονομεῖν παρ' ἀρετῆς δόξαν. Dicitur etiam ὀφανὸς δῆμος, ab Euripide: & ὀφανὸς βίος, à Platone. Genus FOEM. Ὀφανὴ. cuius pluralem ὀφαναὶ protuli modò ex verſu Homerico. ὀφανὴ πόλις, Plut. in Romulo.

Ὀρφανὸς nouè vſurpatur à Syneſio, vbi dicit, ἀλλ' ἐκτεθείσαι μὴ γηράσαι, ζώσης αὐτοῖς ἐπὶ τῷ παῖδι, ὀφαναί. ad verbum, Ne viuente adhuc patre fiant orphani. id eſt, Ne ante mortem Pauli, quem parentis loco habent, ſint tanquam orbi, ſeu pupilli.

Ὀρφανὸς generaliùs etiam pro Orbus. vnde ὀφανὸς παίδων ſeu τέκνων aliquis eſſe dicitur. Vtiturque cum hoc poſteriore genitiuo Plut. A Platone dicitur aliquis ὀφανὸς παίδων καὶ ἑταίρων: De leg. lib. 5, pag. 144, Orbus filiis & ſodalibus, ſeu amicis. Ὀφανὸς (inquit Heſych) ὁ γονέων ἐστερημένος καὶ τέκνων. vbi pro καὶ aptius dixiſſet ἢ.

Ὀρφανὸς, metaphor. latius etiã extẽditur: vt ὀφανὰς τοῦ σώματος χεῖρας, quod ex Greg. affertur.

C. Ὀφανοτρόφος, ου, ὁ & ἡ, Qui orphanum ſeu orphanos alit, Pupillorum nutritor. In vulg. lex. autem ante hoc Ὀφανοτρόφος habetur Ὀρφανοτρόφος, proparoxytonè. cui hæc ſubiunguntur, Cui orphanos parentibúſque orbatos alendi cura & procuratio cõmiſſa eſt. Hinc Orphanotrophi appellantur pupillorum quaſi tutores, adoleſcentium verò quaſi curatores, apud Impp. L. 30, C. De epiſcop. & cler. Ita in vulg. lex. ſed nullo modo ſcriptura illa retineri poteſt: quum ſicut ὀφανοτρόφος eſt is qui orphanos ſeu orphanum alitiita ὀφανοτρόφος (ſicubi reperiatur) ſonet Qui ab orphanõ ſeu orphanis alitur.

HINC EST Ὀφανοτρόφιον, ου, τό, Locus, in quo orphani aluntur, Locus alendis orphanis ſeu pupillis deſtinatus. Affertur ex Iuſt. L. Illud. 16, & L. Sancimus. 18, Cod. de ſacroſ. eccleſ. Inuenitur etiam VERBVM Ὀφανοτροφέω. act, Orphanos alo, ſeu educo, vel Educationis orphanorum ſeu pupillorum curam gero. Vide Ὀφανίζω.

Ὀρφανικὸς, ἡ, ὁ, Pupillaris, Ad pupillum ſeu pupillos pertinens. vt ὀφανικὰ χρήματα, Pupillaris pecunia. Sic ὀφανικὰ συμβόλαια, Pupillaria pacta, Pacta quæ ad pupillos pertinent, apud Platonem De leg.

Ὀφανικὸς, interdum idem quod ὀφανὸς, Orphanus, Pupillus. Hom. Iliad. ζ, Μὴ παῖδ' ὀφανικὸν θῇσι, χόρην τε γυναῖκα. In vulgarib. lexicis affertur ex Ariſtotele Polit. lib. 2, ὀφανικῶν ὄπτια λαμβάνειν: quaſi itidem poſitum ſit pro ὀφανῶν. ſed nihilo magis ὀφανικῶν pro ὀφανῶν quàm ξενικῶν pro ξένων poſitum cenſeri poteſt. In iſdem tamen ex eiuſdem OEcon. libro 2, ὀφανικὴ οἰκία, domus in qua filii ſunt orphani. Sic autem ὀφανὸς οἶκος habuiſti paulo antè ex Euripide.

Ὀφανία, ας, ἡ, Orbitas. Æſchines in Creſiphontem, Δημοσθένης τὸν τῆς ὀφανίας τῶν παίδων αἴτιον. Herodianus libro 2, μὴ τοῦτος ἀκμάζουσα, καὶ ἐν ὀφανίᾳ ἐξουσίαν ἀκρατῆ καὶ ἀκώλυτον σχοῖεν, Ne filius, ſiue ætatis feruore nimio, ſiue licentia quadam ſumma, quam in orbitate eſſet habiturus. vt vertit Polit. At in v. l. traditur ſignificare Platoni De leg. defunctorum deſiderium & iacturam.

Ὀφανίζω, Fut. ίσω, Præt. ικα, Orphanum reddo; id eſt pupillum, ſeu Orbum parente vel parentibus. Reddi etiam poteſt, Parente ſeu parentibus priuo. Quum autem dicitur, γονέων ὀφανίζω, ſuperuacaneus eſt hic gentiuus: itidémque quum dicitur γονέων ἀφανιστήριος. Sed latius etiam vſurpatur (& quidem apud poetas præſertim) pro Priuo. (ſicut videlicet apud Latinos Orbus & Orbare ſignificationem ſuam latius extendunt) veluti quum dicitur ὀφανίζειν ζωῆς, priuare vita. Cui ſimile eſt in Epigr. πολέμοις ὀφανίσαι, ſpiritu priuauit.

Ὀφανίζω, Pupillorum curam gero, Pupillos curo. At in v. l. redditur ſimpliciter Curo: eadémque interpretatio in primis omnium lexicis inuenitur. Sed non dubito quin error hic ex omiſſo per incuriam accentu natus, in prima illa irrepſerit: ex iis autem in cæteras (vtpote cuncta ἀφανίσεως recipientia) manaſſe conſtat. Hinc

nomen VERBALE Ὀρφανιστής, Curator pupillorũ, A Tutor. Ὀρφανισταὶ vocabantur, vtpote ὀρφανῶν ἐπιτροπεύοντες, qui & χηρωσταὶ ob aliam rationem dicebantur: inquit Eustathius, qui de voce ὀρφανισταὶ Sophoclem testari tradit. Huius autem locus extat in Aiace, pag. 31, meæ editionis, vbi vide & scholiastem: à quo inter alia, DICITVR Ὀρφανὸς esse ὁ ἄρτι ἔχων τὸ οὐ φαίνεσθαι. Vide & Ὀρφανεύω.

COMP. Ἀπορφανίζω, idem quod ὀρφανίζω, significans Orbo, & generaliter Priuo. Sic passiuum Ἀπορφανίζομαι (de quo nunc dicturus sum) vnde sit deriuatum, apud nullum nec lexicographum nec grammaticum reperio. Legisse autem alicubi mihi videor, nomina ὀσμὴ & ῥὶν eo includi. Quòd si & mihi aliquid excogitare vel potius diuinare fas sit, dixerim potius, ὀσφραίνομαι dictum esse quasi ὀσμὴν ἀφραίνομαι: sed significationem tamen latius extensam fuisse. quemadmodum in multis verbis vsuuenire videmus, vt significatio ipsius etymi fines (vt ita dicam) prætergrediatur. Ab Hesychio quidem certè ὀσφρήσεται exponitur ἀφροδισιάσει.

Ὀ Σ Φ Ρ Α Ί Ν Ο Μ Α Ι, Fut. ανοῦμαι, Odoror, Olfacio. cum genitiuo. Xenoph. πίνων ὀσφραινόμενος. Ab eodem canes dicuntur ὀσφραίνεσθαι τοῦ λαγῶ, id est odorari leporem. Epigr. lib. 2. Ὀχυτὸς Νίκων ὀσφραίνεται οἶνον ἀρίστα, vinum olfacit sagacissimè. Legimus etiam ὀσφραινόμενος τὸ χρυσίου metaphoricè, apud Luc. in Timone. Apud Alex. Aphrod. legitur ὀσφραινόμενα pass. significatione, Probl. lib. 2, ὀσφραινόμενα γίνεται φωτίον, Dum olfiunt, Dum ea oderamur. Vel, Odore suo. Quidam tradiderũt, magis esse ATTICVM Ὀσφρᾶσθαι, id est vsitatius apud Atticos quam ὀσφραίνεσθαι. Annotat Budæus ὀσφρώμενον τὸ ἡδῦνον dici τὸ ὀσμὴν ἀναδιδόμενον, odoratum. Sed autorem huius expositionis non nominat. Eôdem pertinent hæc quæ ab illo annotantur, sine autoris nomine itidem. Ὀσφραινόμενον, τὸ δεχόμενον πνεῦμα ὀσμήν. Ὀσφρώμενον δὲ ὀγιῶδες, τὸ πνεῦμα τὸν ὀσμήν. In v. l. dicitur ὀσφράμενος (cum o in secunda) esse pro ὀσφραινόμενος: exponiturque ὀσμὴν αἰσθανόμενον. Reperitur apud Lucianum ὀσφρᾶται, & quidem cum illo ipso genitiuo, τοῦ χρυσίου. apud Aristophanem Fut. ὀσφρήσεται. Sed apud eundem in Acharn. legitur ETIAM ὤσφροντο: quod exponitur ἥδοιντο. Extátque apud eundem PARTICIPIVM Ὀσφρόμενος, in Vespis, Κἄπα βδέλυχθεὶς ὀσφρόμενος ἐξέπτυσα. vbi schol. exponit τὴν δυσωδίαν αὐτόθεν ὀσφρόμενος. At in v. l. ὀσφράμενος (vti dixi) dicitur esse pro ὀσφραινόμενος: additurque, ὀσμὴν αἰσθόμενον. Annotatur etiam dici in præsenti, & in aoristo medio, pro ὀσφρησάμενος. Sed neque exemplum affertur, neq; autor nominatur.

Ὀσφραντής, οῦ, ὁ, q. d. Odorator, Olfactor. Hinc COMP. Καπνοσφραντής, quod vide in indice.

Ὀσφραντός, ή, όν, Qui odoratu seu olfactu percipi potest. Quidam interpr. Odorabilis, item Olfactorius, Olfactu excitans. Vide Ὀσφρητικός.

Ὀσφρητικός, ή, όν, idem quod proximè præcedens Ὀσφραντός, sed illo vsitatius. Nam τὸ ὀσφραντὸ & τὸ ὀσφρητικὸ significant itidem olfactoria, vt Plinius appellat: hoc apud Galenũ, (qui & ὀσφρηντικὸν nominat) illud apud Paulum Æginetam. Galeni locus est in his quæ ad Glauconem scribit, λέπτυνε δὲ πυκνὰ ὦν τὰ ἀδρομερῆ τῶν ὀσφρητικῶν αἰσθητήρια. Ibidem ὀσφρητικὰ vocat. In v. l. τὰ ὀσφρητικὰ exponitur etiam Odores, Odoramenta: additurque, Siue (vt dixit Macrobius) Odoraminum spiramenta.

Ὀσφρητικός, ή, όν, Odoratu valens, seu olfactu, Odorandi facultate valens, seu Olfaciendi, Sagax. Qui acri odoratu seu olfactu præditus est, siue sagaci. ὀσφρητικὴ δύναμις, vis olfactrix seu odoratrix. Et NEVTR. Ὀσφρητικόν, τό, Odorandi facultas. Item Odoratus seu olfactus instrumentum. Vide Suidam, qui tradit esse ipsum αἰσθητήριον.

Ὀσφρητήριον, ου, τό, Olfactorium, vt Plinius hoc vocabulo vtitur. Illa autem vox ὀσφρητήριον ex Eustathio affertur. Sed & VOCAB. Ὀσφρητήριον eadem in significatione apud eundem inuenitur, Comment. in Rhapsl. Iliad. primam: vbi scribit adulatorem quendam nomen Ἀρσινόη ita αἰσχρογραμματοῦσαν, Ἥρης ἴον: quasi reginam illam Arsinoen deceret esse Ἥρης ὀσφρητήριον.

Ὀσφρησία, ας, ή, Odor. Affertur ex Græcis Bibl. interpr. vltimo cap. Osee.

AT VERO Ὄσφρησις, ET Ὀσφρῆς, ET Ὀσφρησμός, sunt à themate contracto Ὀσφραίνομαι, ῆσμαι. PRIMVM Ὄσφρησις, εως, ή, Odoratus, Olfactus, Ipse sensus odorandi seu olfaciendi. Sed annotant quidam, dici non solùm ὅτι τὸ ὀσφραίνεσθαι, sed etiam ὅτι τὸ ὀσφραντόν.

Ὄσφρησις, interdum vocantur Nares, eodem modo quo ἀκοαί, aures. Herodian. lib. 3, ἀλλὰ καὶ οἱ κατὰ πόλιν, καλούμενοι τῶν ἰατρῶν, μύρου ἀνοσίου τινὸς τὴν ὄσφρησιν καὶ τὸ ὦτα ἐπεμπλάσαντες.

SECVND. Ὀσφρῆς, οῦ, ὁ, idem quod ὀσφραντός, siue Ὀσφραντικός. Affertur enim ex Galeno ὀσφρητὰ pro Odoribus. Vide Ὀσφρητικός, quod proximè sequitur.

TERT. Ὀσφρησμός, οῦ, ὁ, idem quod ὀσφραντικός: cui etiam respondere videmus τὸ ὀσφρησμός. Vt ergo ὀσφραντικὴ δύναμις vocatur Vis olfactrix, sic & ὀσφρητικὴ δύναμις, ab Alex. Aphrod. vbi de canibus loquitur.

C. Ἀποσφραίνομαι, idem esse videtur quod simplex ὀσφραίνομαι, Odoror, Olfacio: in v. l. tamen redditur passiuè Naribus admoueor.

Ὄωτα, quod nunc exponendum mihi est, Etymologus ab ὄπτω sibi deriuatum videri ait: sed nullam huius deriuationis rationem affert: nec vllam fortasse probabilem afferre potuit. Sed & hoc quærendum fuerit, antequam deriuatio inquiratur, vocémne an famam prima significatione declaret hoc vocabulum ὄωτα. Ego quidem certè quin de voce dicatur significatione primaria, minimè dubitandū existimo: sed quomodo vel ab ὄπτω, vel ab ὄψ, vel ab ὄωτι deduci queat, non video. Si tamen vnum ex his tribus eligendum foret, ab illo nomine ὄψ deducere mallem, vt nimirum ab ὄψ dictum esset ὄωτα, quasi ὄψα.

Ο Σ Σ Α, ης, ἡ, Vox. Hesiod. in Theog. Ἐνύχιαι σὺν χορῷ, θεσπεσίῃσι ὄασαι ἰῆσαι. Testatur Etymologus, quamlibet φωνήν, id est vocem, vocari ὄασαν ab hoc poeta. Verùm (si Eustathio credimus, vt certè credendum esse arbitror) apud Homerum minus generalem significationem habet: quum alioqui apud eius posteros ἁπλῶς declarauerit φωνήν. qua de re dicam & paulo pòst. A

Ὄασα, Fama, Rumor. Exponitur enim φήμη. nullum tamen exemplū affertur eius significationis qua simpliciter pro fama seu rumore ponatur. Ideoque malim B cum Etymologo exponere θεία φήμη, quàm simpliciter φήμη. Sic in isto Homeri loco (vbi tamen redditur Rumor, Fama) Iliad. β, — μετὰ δέ σφισιν ὄασα δι' ἀήρ Ὄρνυσ' ἰέναι, Διὸς ἄγγελος. Itidémque legimus Odyss. α, Ἔρχετο δ' ἐς σοφίην πάσης δ' ἴην εἰχοσόφου, Ἠέ τι καὶ ἄλλοι βροτοί, ἢ ὄασαν ἀκούσας Εἰς Διὸς ἠπύτα μαλιστα φέρει κλέος αὐθρώποισιν. Vbi annotat Eustathius, ὄασαν apud Homerum non significare ἁπλῶς τὴν φωνήν, sicut apud eius posteros: sed ὄασαν & κλῆδόνα & ὄμφήν, necnon φήμην, esse quaddam θεῖαν καὶ σημαντικὴν τῶν μελλόντων. Ibidem hic scholiastes tradit Iouis ὄσσαν esse vel τὴν τῆς θεσπεσιῳδοῦς εἱμαρμένης, quòd sit δηλωτικὴ τῶν μελλόντων: vel τὴν τῶν ἀέρος, quoniā αἰτίες ὄντες ζωῶν, vtpote διηχὴς τυγχάνων. Sed non video quomodo hæc illi alteri loco quem ex Iliad. β, protuli, conuenire possint. Ideóque malo acquiescere iis quæ in eundem illum locum Odyss. α, traduntur: nimirum veteres ad Iouem retulisse omnem ὄασαν & ὄμφήν. atque hanc esse causam cur IVPITER Παυομφαῖος appellatus sit. Sciendum est autem ὄασαν exponi etiam μαντείαν. C D

Ὄασα, est etiam Omen apud Platonem, vt tradit Budæus, (locum tamen nō afferens) itidémque ὀασονίζεσθαι esse dicit Ominari.

Est Ὄασα & mons ille Thessaliæ quem portentosa gigantum audacia celebrem reddidit, sicut Pelion & Olympum. Vide Ὄλυμπος. E

Ὀάομαι, à nomine Ὄασα Eustath. deriuat quodam loco, quum alioqui ab ὄασι ipsemet alibi deriuet: quæ deductio magis recepta est. Sed hoc sciendum est, pro diuersa deductione diuersam quoque significationem ei tribuere. Nam ὄασομαι ab ὄασα, exponit θεσπιῳδήσομαι. quum in hunc locum Iliad ξ, circa principium, Ὡς δ' ὁπότε πρηστὴρ πλαγχθεὶς μεγα κύμα κυλίσῃ, Ὀασόμενος λιγέων ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα Αὔτως. scribit, ὀασόμενος esse vel τὸ θεσπιῳδοῦντα, vel τὸ θεσπιῳδούμενον, siquidem τὸ πιθανὸν esse verè signum αἰνίγματος. Et paucis interiectis, subiungit, liquere, vocem hanc ὄασιν esse interdum μαντικήν: à voce ὄασα quā semper ὁ πᾶς μαντικὸς vsurpet. Talémque esse VOCEM Ὀψ, vt Dionysius Æthius obseruat: dicens ὄπα esse τὴν κλῆσιν: & VERBVM Ὀπάζεσθαι, κληδονίζεσθαι. vt apud Aristoph. in Lysistrata, ὀπαζόμενος πάσῃσιν. Sic autem in hunc versum Iliad. α, Κάλχαντα θεσπέσιον καὶ ὀασόμενος θεοείκτην, annotat aliquam μαντικὴν significationem huic verbo inesse, secundum quorundam expositionem. vt videlicet καὶ ὀασόμενος vel κακοσημαίνοντος coniunctim, sit ὑποκλίσεως κακὸν χάριν τοῦ ὄσσαι, ἤτοι κατὰ τὴν μαντικήν. Sed altera expositio multo magis recepta est, quæ καὶ ὀασόμενος, siue κακοσημαίνοντος coniunctim (vt etiam Hesychius habet) vult esse αἰσχίων θεοειδέστατον seu θεοειδεστάτου: siue δεινῶς ἐμβλεψάμενος, vt idē Hes. exponit: autor breuium scholiorum, δεινὸν καὶ ὀργίλον ἐμβλεπόμενος. Latinè diceremus, Torue intuens, vel Trucibus oculis intuens. Sed enim & tertiam exF G H positionem admittit hic locus, si conferatur cum aliis eiusdē poetæ locis: præsertimque cū isto Iliad. ω, Οὐ μὲν γάρ τι ἐγὼ κακὸν ὀασομένην τὸν δ' ἐσθλὸν, Ἀλλ' αἰεὶ ἀγαθὰ φρονέουσα. Quum enim κακὸν ὀασομένην & αἰεὶ ἀγαθὰ φρονέουσα inter se opponantur, non dubium est quin κακὸν ὀασομένην sonet, Malè cogitans: eadémque huic loco expositio conuenire queat. Legimus certe & in aliis pleriſque huius poetæ locis verbum idem cum κακὸν siue κακά: & quidem adiecto vel nominatiuo ὑμεῖς, vel datiuo ὑμῖν. vt Odyss. σ, v. 154, Νῦν τα ζωὴ κεφαλῇ δὴ γὸ κακὸν ὄαται ὑμῖν. Eiusdem poematis libro χ, v. 472, Ἀλλ' ἦμεν ἀφροσύνῃσιν· κακὰ δ' ὄαται ὑμῖν. Item Iliad. σ, v. 225, — ἀτὰρ καλλιπέζους ἵππους Ἄψ ὄχεα ζεύξαι. ὄαται γὰρ ἄλγεα θυμῷ. Itidémque legimus apud Hesiodum in Theogonia, v. 551, de Ioue, — κακὰ δ' ὄαται θυμῷ Θήκης ἀθρόα πάσῃσι, τὰ καὶ πλέεσθαι ἔμελλεν. Quinetiam variare interdum codices in huiusmodi locis sciendum est. nam (exempli gratia) in illo qui est allatus ex Odyss. σ, pro κακὸν ὄαται ὑμῖν, quædam exempl. habent κακὸν ὄαται ὑμῶν. Vt autem ad interpretationem veniamus, sciendum est, in hoc loco quosdam ὄαται reddidisse Prospiciebat, vel simplicius Videbat: (quæ interpretatio datur in vulg. l. illi quoque Hesiodi loco) quosdam, Augurabatur: nonnullos, Agitabat. Atque hæc postrema interpretatio omnium maximè mihi placet, sequendo illa quæ dixi. Eustath. verò in illum Iliad. α locum, quandam αἰσθησιν φαντασιώδη isto verbo nonnunquam significari tradit. vt in isto loco, (qui legitur Odyss. α) Ὀασόμενος κατὰ θυμόν. Sed perperam omittit ἐν φρεσὶν: quum ipsemet in huius loci expositione differentiam ex illarum vocum adiectione annoter, scribens, ἁπλῶς μὲν Ὀασόμενος, ὁ βλέπων· Ὀασόμενος δὲ φρεσὶν, ὁ φανταζόμενος τὸ μὴ παρόν, καὶ κατὰ τοῦτο αὐτὸ βλέπων καὶ ἀναπλάττουμενος. Additque, Demosthenem paraphrasten exponere διανοούμενον. Vulgaris ad verbum interpretatio Latina habet, Repræsentans patrem probum in mente. Quæ autem Volaterrano tribuitur, habet, Cogitans siquo modo pater veniens stragem in ædibus ederet. Ego autem redderem potius, In animo sibi fingens reditum patris, in quo procos fugaret. Aut, Imaginans reditum patris. (Nam Imaginans patrem, ad verbum quidem, sed durè diceretur) Nec munus commodè fortasse verteretur, In animo sibi proponens patrem, vel reditum patris. Aut etiam, Cogitās de patre. Vel, Cogitationem in patre defixam habens, seu in patris reditu. Vel, Sibi proponens patrem, seu patris redituri, in quo procos &c. Quòd siquis expositionem alteri verbi ὄασθαι deductioni conuenientem habere malit, non dubitarim & hoc modo exponere, Ob oculos sibi ponens patrem, aut ante oculos habens. Et hæc quidem sunt quæ mihi de isto loco videntur. Fortasse autem hæc vocabuli ὀασόμενος expositio, quam apud Hesych. legimus, κατὰ ψυχὴν θεοσδοκῶν, ἢ θεοσδοκῶν, nulli Homeri loco magis quàm isti quadrare potest. Sciendum est porrò, in v. l. hoc verbum ὄαομαι exponi non solùm Circumspicio, sed etiam Auguror, Prædico: ita tamen qui ibi subiunguntur locis in exemplum, has posteriores significationes non tribui. Affertur enim ille quem protuli ex Iliad. α, locus, Κάλχαντα θεοπρόπον καὶ ὀασόμενος θεοείκτην, sine vlla interpretatione. Cui subiungitur ex Hesiodo, κακὰ δ' ὄαται θυμῷ, pro, Videbat mala animo. Rursum ex Homero, ὄασται δ' ὀλέθρου, pro Mortem præ oculis habebant. Qui locus vnde petitus sit, non annotatur. quòd si sit ex Odyss. β, vbi de aquilis ea ipsa verba proferuntur à poeta, conuenire illa interpretatio non potest. potius enim ὄασται est Portendebant, vel Ominabantur: aut etiam Prælagiebant. atque ita fuerit ὄασται pro ὀασθῶσι, de quo non multò pòst dicam. Alicubi autem vel Vaticinari vel Augurari, reddi etiam queat. Cæterùm Hesychius verba illa, ὄασται δ' ὀλέθρου (ex hoc ipso loco petita) exponit qui-

dem ἀφ' ὀφθαλμῶν ἔχον: sed addit, πυνθάνεσθαι καὶ ἀκούσματον, καὶ ἐμφανὲς ἐπιτηδεῖον. Ibidem proxime præcedit hoc Ὄσσοντο (ex alio quopiam petitum loco) expositum, δίκαιοι ἦσαν ἀκούειν.

Ὄσσομαι alteram deductionē (iuxta quam significat Video, Aspicio: aut Præuideo. vt in hoc Gregorii pentam. Αἰὼν ἐπ' ἐχθρῶν μαίνεται ὀσσόμενος) habet ab ὄσσος, significante oculū. qui tamen nominatiuus in nullo aut raro vsu est: potiusq; vsurpatur num. DVAL. Ὄσσε, ex ὄσσε factus secundū quosdam. Sed sunt qui contrà nomen hoc ex verbo illo factum censeant: quod vt verum aut certè verisimile esse possit, sua verbo Ὄσσομαι quærenda deductio fuerit. Aptior autem nulla vt detur esse, quàm vt VOX ACT. Ὄσσω, ex Ὄπτω per Æolicam mutationem facta dicatur: (sicut nimirum πίσσω ex πίπτω ortum esse traditur) pro qua voce actiua vsurpata fuerit passiua Ὄσσομαι. Fuisse tamen & actiuæ vsum aliquem, apparet ex secūda PERS. Ὄσσεις, quæ apud Hesych. extat, exponentem βλέπεις & ὁρᾷς. Item ex ὄσσει, quod exp. βλέψει (ita enim scribendum pro βλέψῃ) & ἴδοι. Quod autem ad nomen illud attinet quo significatur oculus, NIMIRVM Ὄσσε, (siue ab eo sit Ὄσσω, siue potius ipsum sit ab Ὄσσω) sciendum est, secundum quosdam, neutrius, secundum alios masculini generis esse. Siquidē Ὄσσε quidam volunt esse neutrum primæ declinationis contractorum, & flecti ὄσσες eodem modo quo πίσσες. vt videlicet illud ὄσσα factum sit ex ὄσσαε per syncopen, vel apocopen. quod ὄσσε ita dicatur vt πίσσε. Hancque sententiam adiuuat datiuus ὄσσαι, vt πίσσαι, vt βέλεσι, & huiusmodi alia. quem datiuum ὄσσῃ in vsu esse testatur Eustathius. Alii autem existimant, ab Ὄσσος, nominatiuo masculini generis, qui declinetur vt πλοῦς, esse dualem ὄσσω, vt πλώ: deinde per metaplasmum, ὄσσοι, id est κατὰ πλῆθος τὸ ω πλεοναζον τῆς εἰθείας εἰς τὸ ι. Afferuntúrque ad huius metaplasmi confirmationem alia huius schematis exempla: ex quibus sunt αἰχαὶ & ὑσμῖναι, pro αἰχμὴ & ὑσμίνη, & κλαδὶ pro κλάδῳ: necnō ἰμυσάλματα pro ἱμασσάλματα. Sed rectius (meo quidem iudicio) de hac voce iudicat Herodianus grammaticus: ita scribēs, Quemadmodum dicitur τὸ σκόπος & ὁ σκόπος, eadem terminatione, itidemq; ὁ ἴλιγγος & τὸ ἴλιγγες, ita etiam ὄσσος. Cuius dualis quum esse debuisset ὄσσοιν, passus apocopen vel syncopen, (incertum est enim vtram) mutatus est in ὄσσιν. Hæc ille: quem sciendum est ideo dubium relinquere vtrum apocopen an syncopen sit passum ὄσσιν, quòd incertum sit vtrum ε ex duobus ablatum sit, priusne an posterius. Et hæc quidem hactenus. nam quæ de accentu huius ipsius nominis, non perinde necessaria esse videntur. Debuit porro ad confirmationem τῷ ὄσσος masculini afferri DAT. PLVR. Ὄσσοις, quem minimè raro in vsu esse videmus. Legimus enim in quodam Sapphûs loco, καὶ τοῖς ἐπ' ὄσσοις ἀμπίπασι χάριν. Et apud Orpheū (id est, in quodam fragmento quod veteris Orphei esse creditur) ὄφρα μὴ ὀπταὶ κόραι εἶεν ἐν ὀσσοις. Itidemque ὀσσοισι vt μυθοισι pro μυθοις, apud Hesiodum extat. vt in Aspide, Δεινὸν ὁρῶν ὀσσοισι, λέων ὡς σώματα κύσας. In eodē poemate, Ἐμπαλιν ὀσσοισιν πυρὶ λαμπομένοισι δέδορκώς.

At ille DVALIS Ὄσσε frequenti apud Hom. in vsu est. vt Odyss. χ, — ἐν δέ οἱ ὄσσε Δακρυόφιν πίμπλαντο. Sic lib. φ, eiusdē poematis, — τὼ δέ οἱ ὄσσε Δακρυόφιν πλῆσθεν. Itidem lib. υ, — δίδαχεν δὲ μιν ὄσσε Μινερβαίῳ Ὀδυσῆος. Et lib. τ, — ἐκ δέ τοι ὄσσε Δακρυόφιν πλῆσθεν. Apud eundem legimus Iliad. α, — ἐκ δέ οἱ ὄσσε γέμουσιν. Et his quidem in locis omnibus dualis est nominatiuus, sicut & in aliis plerisque: non minus autem frequens est vsus vocabuli eiusdem in accusatiuo. Sic Odyss. φ, Οὐδ' ἴδεν Νέστορ' υἱὸν ἀδακρυτον ἔχον ὄσσε. Eodem libro, τῷ δ' ἐπὶ δάκρυα χεῦε, κάλυψε δὲ ὄσσε παρειάς. Sic Iliad. ξ, Κείμενον ἀμφὶ Ζώστορι καὶ Λυκόφρονι ὄσσε κάλυψεν.

A TVERO Ὄσσομαι, (siue ex Ὄσσεμαι factum, siue potius ex Ὄσσα deductum) solutæ orationi cum carmine commune est. Estque Ὄσσομαι, Ominor, vel Vaticinor, Auguror, vt quidem in vulg. lex. redditur. Pro illo quidem Ominor poni à Platone Bud. testatur, sed locum non afferens. Apud Hesych. LEGITVR Ὄσσασθαι, expositum κληδονίσασθαι. cuius vsum esse rarum arbitror. At pro illo Ὄσσομαι frequentius est VERBVM Ὀφθόμαι. cuius & Suidas meminit, nullam alterius mentionem faciens. Sed affert etiam NOMEN Ὄφθα, tanquam idem significans quod ὄσσα. Scribit enim, Ὄφθα καὶ Ὄσσα, φήμη, μαντεία, ἢ κληδών. καὶ Ὀφθίσασθαι, τὸ μαντεύεσθαι. Quibus expositionibus locum istum subiungit, ex Polybio fortasse, ἐδόκει, τὸ μέλλον εὐτρόπως ὀφθασάμενος, εἰς ἴσον ἔλθῃ τῷ φόβῳ καὶ ἀπροφάσιστον τῷ ὄφθα Πολεμαίου. Eustath. quoque, postquam scripsit ὀφθῆναι esse interdum vocem μαντικήν, addit, talem esse & ὀφθίσασθαι. quod Ὄσσα & Ὄπτα sit εἰωθοσκοπία, vel κληδών. Sed dicit φασί, tanquam ex aliorum opinione id referens. In vulg. lex. Ὀφθόμαι redditur In religionem verto, Aspernor, Auguror. Verùm hoc Aspernor prorsus aspernari debemus. Nullo enim modo (quod sciam) Ὀφθόμαι significationem istam verbi Aspernor admittere potest. Quod verò ad cæteras attinet, non plane reiciendæ sunt, præsertimque vltima. Sed nullo verbo commodius reddi videtur, quàm illo Ominari: quo & Ὀφθίσασθαι Budæus reddit, vt paulo antè docui. Idem hæc Polybii affert ex lib. ι, ὁ δὲ Ἱέρων ὀφθάσας μὲν τὸ τέλος τῶν πραγμάτων, ὑπερηφανίας τῆς τυχούσης ἀπέσχετο καὶ κατεύθυνε. & interpretatur In summam belli totius ominatus ex vno prælio male pugnato. Eundem locum affert & Camer. postquam dixit, ὀφθίσασθαι esse Diuinare. Additque hanc interpretationem, Præsagiente aliquid animo de totius belli euentu. Legit autem ὀφθάσας μὲν π τοῦ &c. at Budæus particulam π omisit. In ipso quidem certe Polybio (in ea saltem editione qua ipse vsus est, Haganoæ impressa anno 1530) est ὀφθάσας μὲν π. quod π vt minimè loco conueniens, reiecit: sed in locum reiectæ huius particulæ rectè illam substituit ipse quoque arbitror. Ab Ὀφθόμαι autem est VERBALE Ὀφθία, quod à Suida exponitur μαντία, id est Vaticinatio, Diuinatio. Sequendo autem illa quæ dicta modò fuerunt, reddi etiam possit Ominatio. In v.l. habetur & VERBALE Ὀφθεία, quod redditur Vaticinatio: at Ὄφθια ibidem Horror. Additúrque, Ὄφθιαι, Somnia inania, Vaticinium. Pro religione sumpsit Dionys. Halicarn. l. 9.

Præter Ὀφθόμαι siue Ὄφθομαι, inueniuntur & alia duo eiusdem significatui VERBA, Ὄφθομαι, ET Ὀφθέομαι. Ambo apud Hesych. extant, scribentem, Ὄφθεται, κληδονίζεται· Ὀφθέεται, ἐμφαίνεται. Hoc verò, Ὀφθεῖται legimus apud Eustathium, sed afferentem ex Dionysio Alio, vt antea docui. ab hoc enim scribi testatur, Ὄπτα esse τὰ κληδόνια: & Ὀφθεῖται, τὰ κληδονίζεται. Nisi tamen magnæ hic Dionysius Alius esset auctoritatis, non magni faciendum hoc eius testimonium videri posset: & eum, quòd Ὀφθεῖται legisset, vbi Ὀφθέεται scribendum erat, ex illo nomine Ὄφις, suam illi derivationem quæsiuisse. Verùm mouere nos vicissim debet hoc quoque, quòd Eustathius illa eius verba ita refert vt nihil tale cogitasse videatur: quum alioqui & ipse verbum Ὀφθίσασθαι agnoscæret, vt in præcedentibus videre potes.

SVPEREST Ἀοσσητήρ, vocabulum poeticum, quod licet non parum remotam significationem habere videatur ab ea quam habet nomen ὄσσα, ab hoc tamen deduci, omnes grammatici ore vno testantur. Est autē Ἀοσσητήρ, ῆρος, ὁ, Auxiliator, Opitulator. Quanuis porrò & NOMEN Ὀσσητήρ apud Hesych. inueniatur, exponētem βοηθός: illi Ἀοσσητήρ locum primum tribuo, tanquam pluribus testimoniis confirmato. Hoc enim ἀοσσητήρ, ne agnoscere quidem videntur alii siue lexicographi, siue grammatici, quum ἀοσσητήρ esse tradunt qui αἰὲν ὄσσας βοηθῇ. volunt enim α, sequendo istud etymon, locum τὸ αἰὲν obtinere. quum tamen, si verum sit inueniri etiam Ὀσσητήρ, dicendum sit potius α illud præfixum, esse superuacaneum: sicut in quarundam aliarum vocum fronte vacare videmus. Verùm de illo ὀσσητήρ penes Hesych. (donec alibi inueniatur) sit fides. De Ἀοσσητήρ autem Etymologus scribit, ὡς ἀπὸ τοῦ ὄσσαι fieri ὀσσητήρ, & ἀοσσητήρ, quo significetur βοηθός.

sed pro ὄσσω minimè dubitandū puto quin reponi debeat ὄσσα. Quinetiam ἀοσσητὴρ per σ in media syllaba, sicut ἀόσσητορ, scribendum esse censeo. Addit autem ὁ αὐδὴ ὄσσης καὶ κλῆσις βοηθῶν αἰτησαίτης. quam expositionem & Suidas habet. Sed in editione Basiliensi, anni 1544, perperam legitur Ἀοσσητὴρ pro Ἀοσσητήρ. Est certè frequens apud poetam vocabulum istud Ἀοσσητήρ, quod Eustathius quoque à nomine ὄσσα deriuat, exponens ἕτοιμος & σπουδαῖος βοηθεῖν, item ἕτοιμος & ἀσφαλὴς ὑπέρμαχος: vtpote αὐδὴ ὄσσης ἐοικυῖα. Vt autem ad exempla veniam, legimus Iliad. χ, — ἀοσσητὴρ μάλ' ἀμύνων. Iliad. ε, Θάρσει νῦν. πάντῃ τοι ἀοσσητῆρε Κρονίων Ἐξ ἴδης ὄφρα νῆα παρίσταμένῳ καὶ ἀμύνῃσιν, Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον. Vbi scholiastes ille annotat, ex veterum sententia, ἀοσσητὴρ dici qui ad auxiliandum currit, αὐδὴ ὄσσης καὶ μαρτυρίας. Legimus & Iliad. ε, circa finem, Ἠέ πῃ ἐμβῶ τῇ ἀοσσητῆρες ἕπωνται; vbi exponitur σπουδαῖοι βοηθοί. Obseruauit autem, hunc poetam istud aduerbium ἕπεσθαι huic nomini & alibi quoque subiungere. vt Odyss. ψ, Καί χέρ τις δ' ἴνα φῶτα κατακτείνας ἐνὶ δήμῳ, Ὃς μὴ τοῖσι ἑταῖρος ἕπεσθαι ἀοσσητῆρες ἔωσιν, Φεύγει τοὺς τ' ἐνθάδε πάντας καὶ ἀπ' ἀγχιάλοιο πατρίδα γαῖαν. Est igitur ἀοσσητὴρ propriè Auxiliator promptus, Qui festinat ad opem ferendam non expectans dum consuluerit oraculum: vt videlicet ex eo sciat num è re sua futurum sit ad ferendum auxilium ire. Siquidem ille idem enarrator, in hunc locum Odyss. ρ, Πολλά γ' ἄλγε' ἔχει τὸν δὲ πρὸς πατρὸς ἐόντα μνώμεθα μνηστῆρες ἐν μεγάροις, οὐ μὲν ἄλλοι ἀοσσητῆρες ἔασιν, annotat, ἀοσσητῆρες esse βοηθοὶ σπουδαῖοι & μὴ αἰτηθέντες ἐοικότες εἰς τὸ βοηθεῖν. fuisse enim moris εἰωθέναι τὸν φίλον ἐξ βοηθεῖν μὴ, εἰ καὶ μὴ παρακαλοῖτο τις ἐπιβοᾶν δὲ, εἰ κρείττων εἴη. Itidemq; Etymologici autor illis quæ ex ipso attuli verbis, subiungit, ἔθος γὰρ τοῖς παλαιοῖς τοῦτο, πανδημοσθένεις μαρτύρας βοηθεῖν. Meminisse autem oportet hic eorum quæ antea dixi, nimirum, si in vsu sit etiam ἀοσσητήρ, concidere hanc etymologiam.

Videor autem mihi & VERBVM Ἀοσσάω, &, alicubi annotatum inuenisse, tanquam idem significans quod βοηθῶ. Rationi certè consentaneum fuerit vt priorem huic verbo Ἀοσσάω locum tribuamus: vt videlicet ab ὄσσα hoc sit Ἀοσσάω: cuius verbale sit Ἀοσσητήρ.

Omissum fuit in præcedentibus, nimirum post Ὄσσομαι, COMPOS. Ποσσόσσομαι, SIVE Προσόσσομαι, quo significatur προσβλέπω, Aspicio, Intueor: apud Homerum Iliad. π, non procul ab initio, Μηδέ πι' αἰθέρα πᾶσι προσόσσεσθαι μενεαίνειν. id est προσβλέπειν, inquit Eustath. Aliquando tamen est προσβλέπω, non προσβλέπομαι. vt Od. ξ, Οὔπω μοι δόκεεν προσόσσεσθαι ὑμέας αἰνῶς, Non præuidebat mortem, vel Mortem sibi ante oculos non ponebat, Mortis metum ante oculos non habebat. Autor breuiū schol. exponit, προσβλέπειν & προσδέχεσθαι. Hesychius προσόσσεται exponit non solùm προσέξεται & προσδέξεται, item προσδοκᾷ: sed etiam προσαγορεύει. quæ expositio mira videri possit.

Obseruandum est porrò in illo Hom. loco προσόσσεσθαι ὑμέας cum accusatiuo, vt alibi ἔσσεται ὑμέας. Apud Apoll. Rhodium Argon. lib. 1, cū infinitiuo. — ὅτ' αὖτε προσόσσεσθαι αὐδὴ πλάζηται. vbi schol. exp. προσόψεσθαι. In v. l. ex eodē poeta προσόσσεσθαι affertur pro Augurari: itidémq; in iis προσόσσεσθαι redditur etiam Præsagire.